



**Hermolai Barbari Patritij Veneti et Aquileiensis Patriarchae, in  
Dioscoridem Corollarioru[m] Libri Quinque. : Adiectus est  
Index eorum quae hisce libris explicantur, quem post  
Dioscoridis indices consultò locauimus**

<https://hdl.handle.net/1874/436778>

HERMOLAI BAR-  
 BARI PATRITII VENETI ET  
 Aquileiensis Patriarchæ, in Dioscoridem Corollariorū  
 LIBRI QVINQVE.

Adiectus est Index eorum quæ hisce libris explicantur,  
 quem post Dioscoridis indices consul-  
 tō locauimus.



COLONIAE APVD  
 IOAN. SOTEREM, ANNO  
 MDXXX. MENSE FEB.

# B. EGNATIVS

## LECTORI



**N** TIBI LECTOR OPTIME BARBARI CO-  
 rollariū libris quinq; tandē absolutū emittimus, quos non dubito  
 tantō tibi gratiores iucūdioreſq; fore, quō tibi magis iam pridem  
 perſuaſum forſitan erat, aut ab autore nō perfectos ſuo, aut ab ali  
 is interceptos, aut apud Hermolai fratres ſitu ſqualoreq; obſitos  
 atq; capite diminutos latere. Sed & ille iandudum cōcepto operi  
 fatigum impoſuerat, & ſartum tectum, quod aiunt, uel ad libellā  
 exhibuerat; & Didymus Fertinus eius anagnoſtes diligenter ad  
 modum aſſeruarat. Fratres quoq; ipſi, ut theſaurum ac gemmas condiderant. Nec ſanē  
 fallebantur opinione ſua: Sunt enim hi libri tales, quibus nihil eruditius, cultius, copio-  
 ſius, ornatius, centeſimū abhinc annum in lucem prodierit. Qui cum Latinam linguā  
 plurimū illuſtrent, Græcam etiam aliud agentes, non negligant. Qui quicquid ueteres  
 Græci Latiniq; ſcriptores in hoc olim genere prodidere memoriæ, completātur: ut ta-  
 men recentia quædam feliciter attingant. Acceſſit ad hoc ſingulare quoddam Barbari  
 iudicium, & candor animi quidā egregius in his aut æſtimandis, in quibus autores ipſi  
 diuerſi abeunt: aut arguendis, in quibus uel incuria uel imperitia peccatum ab aliis fit.  
 Quid dicam quanto ſtudio, quantis uigiliis, qua induſtria in hiſce libris uſus ipſe fuerit.  
 Nam ut Plinianæ caſtigations non parua cum laude uirum ad rem literariam iuuan-  
 dam natum exercuerint: ut Ariſtoteles Latinitate donatus clariorem illuſtriorēq; illā  
 facturum mox eſt: ſic ſanē libri hi quinque ab illo perpoliti, & per nos tandem editi, in o-  
 mnes ætates illuſtrare illum, & patriam etiam atq; etiam poſſunt. Quæ cum reliquas  
 urbes domeſtica externaq; laude facile antecellit, tum ingeniorum copia & ſublimitate  
 nulli Italicarū ceſſerit. Ex quo enim literæ Latinæ ac Græcæ reuiſcere atq; effloſce-  
 re apud noſtros homines cœpere, cum multi & clari in literis patrii noſtrates ſemper  
 uiguere, tum uero in hac una familia Hermolaus ſenior, Franciſcus auus, & ipſe deniq;  
 Hermolaus noſter adeō præſtitit, ut obſcurare maiorū ſuorum penē laudem potuerit.  
 Quæ cum ampla & multiplex fit, in literis tamen iuandis & ornandis aliquantō am-  
 plior & uerior extat. Quare eō libentius id noſtri præſtare debent, quantō eorum inge-  
 nia longē aliorū excellant, & uirtutis ampliōra præmia illis propoſita ſint. Bene uale.

# HERMOLAI BAR-

BARI PATRITII VENETI, ET AQVILEIENSIS PATRIAR-  
chæ, in primum Corollarij librum, PRAEFATIO.



VI POPVLORVM AC PRINCIPVM RES EGREGIE  
gestas, aut quamuis aliam studiorum partem illustrandam suscipiunt, solent illud in  
primis profiteri, nihil sibi maiori curæ esse, nihil æque studere, quàm ut uitæ usuiq;  
mortalium consulant. Hanc laudem atq; eorū animi propensionem, ipse etiam à pue-  
ro semper admiratus, quantum mihi oij à priuatis publicis' ue officijs impetrare li-  
cuit, id totum honestis artibus, ac liberalibus disciplinis perapiendis impendi. Nec sa-  
nè quicquam antiquius unquam habui, quàm ut studio, cura, industriaq; mea uitæ ho-  
minum prodessem, deq; ea optime meritis existimarer. Aßecutus id sim nec ne, alio-  
rum malim esse iudicium quàm meum. Illud certè pro iure meo testari possum, nos hac mente animoq; elaborasse, ut  
quicquid cogitando, scribendo, consequi possem, id omne ad mortalitatis fructum & utilitatem transferrem. Quam-  
obrem Themistium adolescentes penè ciuitate Romana primū donauimus: tum uertēdis omnibus Aristotelis eiusq;  
interpretum uoluminibus, omnem operam atq; industriam adhibuimus. Quod opus infiniti penè laboris cum mihi  
Pliniana castigations excussissent de manibus, his mox editis, tanto animi ardore, quæ remiseram, ab soluenda sus-  
cepi, ueteraq; studia reuocauit, ut nō multa mihi uertenda superessent. Subijt interim non minor hisce omnibus cura,  
ac nescio an maior etiam cogitatio Dioscoridis in Latinam linguam transferendi. Quem cum emittere uel hortanti-  
bus amicis uellem, eadem animi inductione, quam à teneris hauseram, promerendi opus omnium maximum ac labo-  
riofissimum aggressus, Dioscoridis ac Plinij, & (ut ingenue fatear) omnis rei literariæ illustrandæ noua commenta-  
tione, suscepi: ut nihil uel apud Græcos uel apud Latinos ad hanc diem extet in hoc scribendi genere, quod non in ho-  
sce commentarios regeßerim. Ausus etiam non pauca ex recentioribus attingere, corrupta scilicet, & indoctorum  
pertinacia non satis adhuc explosa. Hosce libros Corollarij nomine nuncupare uolui, quod hi uelut appendix addita-  
mentum' que essent legitimo iustoq; operi tralati Dioscoridis: neq; uero Dioscoridis solum, sed meorum planè studio  
rum, scriptorumq; omnium. Sic enim mihi persuadeo, me quantum ingenio perficere, quantum industria elaborare,  
quantum studio ac cura consequi potui, quantum deniq; iudicij in literis habui, in hosce libros contulisse. Qui si tales  
erunt, quales ut essent, commendimus, gratulabor mihi & omnibus quibus hæc scripsimus. Sin uero aliud doctorū sue-  
rit de his iudicium, non recuso, quin quantum de his libris, tantumdem de studijs ac uigilijs detrahatur meis. Illud cer-  
tè petiit ab omnibus uelim, eodem animi candore nostra æstiment, quo uel ipsi nostra scripsimus, uel nos de alienis  
iudicauimus, uel ut illi perpendi examinariq; sua ab alijs uellent.

## HERMOLAI BARBARI PA-

TRITII VENETI ET AQVILEIENSIS PATRIARCHÆ,  
Corollarij liber Primus.

### IRIS ILLYRICA

### CAPVT I.



RIS AESTATE FLO-  
ret. Folio arundinaceo.  
Caulē habet cubita-  
lem atq; rectum, simi-  
lem asphodelo, sed mi-  
norem duriorēq;. Sunt  
qui hierida appellent:  
unde cōsecratix quo-  
que dicta sit in Latino.  
E rebus in unguēta ue-

petant. Nullos cultus exigit, nisi quod ablaqueatam  
reficcare solēt. Tractatu pustulas ambusti modo fa-  
cit. Teredinibus non ficca modo, sed in terra quoq;  
celerrime infestatur. Ostendit nobis iridem in horto  
suo foelix Sophia Padug, representabat eius flos pru-  
na perquam matura odore, ob quod mire appetit à  
formicis. Radicē quoq; uidi ruffam extra, intus per-  
candidam. Genus unum eius troglodyticum appel-  
lant: quam qui manducauerit, uinum quamuis co-  
pioso eo hausto nō obolet, ut Aphricanus scriptum  
reliquit. In Paulo non troglodytin sed astragalitin le-  
gas in pastilli compositione, pantolmij uocati. Phil-  
linus flores iridis lycos uocari tradit, quia labiarum  
lupi specimen reddat: Apollonius Herophili discipu-  
lus irin ex Elide ac Cilicia probabat. Est & orbiculus  
pastillus' ue iris appellatus in medicina: is ex croco,  
alumine myrrhaq; conficitur.

### ACORVS II.

Acorus & acor, folijs iridis, sed pediculo lon-  
giore. Radices ei Dioscorides subalidas, Pli-  
nius nigras minusq; uenofas reddidit. Ipse  
rubentem intus uidi, foris colore inter nigrum atq;  
a can

nientibus, nihil in Europa nasci præter iridem, autor  
est Theophrastus. In Illyrio cōmendatissima est, par-  
te mediterranea, maximeq; septentrionibus exposi-  
ta: &, ut inquit Nicander & Plinius, in syluestribus  
Drilonis ac Narone. Laudatur iris radice tatum. Ma-  
cedonica candidat. Illyrica duorum generum est: ra-  
phanitis à similitudine, quæ & melior, rizotomos,  
subruffa. Non improbat & Pisidica Selgentiū. Fos-  
suri tribus ante mensibus mulsā aqua circumfusa, hoc  
ueluti placamēto terræ blandiuntur: circumscriptam  
mucrone gladio' ue triplici cū legerint, protinus in  
caelum atcollunt: Præcipiturq; ante omnia ut casti

COROLLARI,

candidum. Raram inuentu falsò tradit Apuleius, nec nisi cum florē emiserit, cognobilē, locis cultis, & hortis pratisq; nascentē, legendā Augusto mēse, aphrodisiam & sandicē nauticā, & singentianā, alio codice, radicē naucicā, & unguentianā, & piperapiū uocatam: ut deprauatum in Dioscoride quis putet piperacium, pro piperapiū. Quandoquidē apes, suspēsa in uasis eas herba, nunq̄ diffugere, idē autor proditū reliquit. Arbitratur & ea parte mendā esse, quā in Dioscoride aspletion appellari legit: asplenon uerius existimāt, q̄ radix acori lienē comminuat. Optimā Ponticā, post Galaticā, mox Creticā candidiores Ponticis: sed primā in Colchide iuxta phasin amnē, & ubi cunq; in aquosis. Recētibus uirtus maior q̄ uetustis. Siccatur utribus in umbra digitalibus frustis. Sunt qui radicē rusci acoron uocent, proinde ut hanc nonnulli acorq; syluestre appellare malint. Acoron flores aureos croceos ue attribunt. Semē spissum atq; gliscens non sine odoris gratia. Haberi ferunt in Chio, Hellepontoq; & Euxino mari radicē acori sub rubentem, uenis intrinsecus neruosis, prætenuibis & candidis: eaq; indigenas iridis loco uti.

M E V.

III.

**M**Eu Græci mēon producta priore syllaba, nō diphthongo sed uocali longa, ex Galeno. Genera eius duo; nobilissimum Athamanticū, ita dictum q̄ ab Athamante inuentum sit, siue quod laudatissimum in Athamante reperiatur, in Italia nō nisi à medicis seri solitum, folijs anisi, caule interim bipedali, radicibus multis et obnigris: alterum rufius. Est & geum inter herbas longe distans à meo, radice, ut inquit Plinius, tenues & nigras habens, & beneolentes. Pectoris & lateris doloribus quærēda, cruditatibus quoq; discutiendis, iocundo sapore. Sūt tamen Pliniani codices, in quibus gethin hæc, non geum scribatur, quā recte nescio,

C Y P E R V S

IIII.

**C**yperus gladioli nomine apud nostros, aliud est q̄ cyperus is, quem Latini radicem iunci, ut Dioscorides hoc loco Columellaq; testant, uel iuncū quadratū, ut Cornelius. Cyperus pro gladiolo, ut Theodorus Gaza uertit, à Theophrasto peculiarem habere quandā æqualitatem in caule describitur: radice tamē inæquali, partim crassa carnosaq; partim gracili atq; furculosa. Hanc & in altum agi, ideoq; contumacē emori atq; uelli. Nasci ē latere huius radiculā, unde cauliculus erumpat alius. Sunt qui nō distinguant uiciniate nominis fallente, sed discrimine multo separant. Cyperus siue cypirus is, qui Latine gladiolus, & xiphion à Dioscoride suo loco dicit, radice bulbosa. laudatissimus in insulis Creta, dein Naxo postea Phœnice uisitur. Cretico cādor odorq; propinquus nardo, actior hic Naxio, exilis Phœnicæ, nullus Aegyptio, nam & ibi prouenit. Tradunt non egredi Barbaros domibus, nisi ab hoc suffitu: uegetiores em firmioresq; sic fieri. dulcis huic radix, & quæ decocta, panem etiam gratiorem faciat, ut inquit Theophrastus, unde sumpsit Plinius, pōderosior utiq; simul subacta. Hoc ipso nomine palustris alter cypirus siue gladiolus ostenditur, quē Iulio mense ad radicē secari præcipiunt: tertioq; die in sole contineri, dum candidus fiat. Quotidie autē ante solem occidentē in tectum referri, quoniā nocturni rores palustribus officiāt. Sit palustris hic, qui floreat uere cū uiola nigra, sed utiq; post anemonem,

que timonia uocat, comitatus hyacinthis, & gladiolus appellatus, an, quod magis puto, xiphion. Theophrastum secutus, quærendum & æstimandū relinquo. Est enim uagum & cōmune multis nomē gladiolus: foliū simile nomini. At cyperus de quo nunc agitur, iunci trianguli, ut Plinius interpretat: ut Celasus, quadrati species, iuxta terrā candidus, cacumine niger pinguisq; profilit: cuius radicē cum oblonga est, cyperidē appellant. Laus prima Hæmoniacose cuncta, Rhodio: tertia, Thracio, si Pliniū sequāre: nouissima Aegyptio, qui & confundit intellectū: quoniam & cypiros ibi nascit, qui est gladiolus. Sed & cyperus pro iunco, durissima, uixq; spiras in Aegypto. Cæteris odor ipsam nardū imitans. Nonnulli dicitur cutionis gratia cypiron pro gladiolo, cyperon pro iunco triangulari siue quadrato, nominant. Non defunt qui pseudocypirū uocēt gladiolū. de q̄ Plinius semel, qd meminerim, dixit: Ocyssima omnium cypirus & pseudocypirus frutex, proinus em, inquit, floret, & pseudocypirus frutex, proinus em, inquit, ad differentiam rotūdi iunci, quē schoenon Græci uocat, cognominatus intelligit. Penultimā cyperi quādam Græci scribunt. thongo longā, quādoq; uocali breuē Græci scribunt. Dicitur hæc & neutro genere cyperum à Paulo. Habetur & cyperus Indica, quā Plinius cyperin appellat, etiam si quibusdam exemplaribus cypera legitur. Non possum non mirari, quam obrē Laurentius Valla cyperum in Herodoto siler conuerterit.

C A R D A M O M V M

**C**ardamomū Theophrastus refert alios ē Meadia putare, alios ex India cū amomo atq; nardo & plurimis id genus aduehi. Simile amomo frutice toto prædicant, semine oblongo. Quatuor eius genera. uiridissimū & pingue, acutis angulis, fricanti ptinax, quod & maxime laudatur. Proximū ē ruffo candicans: Tertiū minutius atq; nigrius: Peius uariū & friari facile, odorisq; parui, id qd uerius est, uicinus esse costō debet. Pretium optimi ait Plinius in libras denarij II. Recentiores Mauritanii hoc non cardamomum, sed corderum, & syluestre caros uocat. Cardamomi uero nomine genus aliud intelligunt, in geminas diuisum species: alterum lenis amplitudine, alterum ciceris obnigrū, in quo graminum albū sit, gustu mordaci: utrunq; odoratū. Quid quod officinæ cardamomo utitur alio, q̄ quod à Mauris & à Dioscoride perscribitur: duplicis fastigij minus & maius appellantes: cui simile id semen sit, quod uulgo melligeta dicitur, prælatum uiribus.

N A R D I S P I C A

**N**ardū siue nardus, in Thracia exili odore nascitur, siue ut Theophrastus scripsit, radicē potius quædā, imitantes odore nardum, sed leuiter: quā Plinius inuentā in Thracia nuper herbā dicat, cuius folia nihil ab Indica nardo specie differentiant. Principatus in unguentis nardo apud ueteres stetit. Frutex est graui & crassa radice, sed minores, nigraq; ac fragili, quamuis pingui, situm redolente, qualem cupressi, aspero sapore, folio paruo denso. Cacumina in aristas se spargunt: Ideo geminata nardi spicas & folia concelebrant. Alterum genus apud Gangē in totū reijcitur. Ideo geminata do herba, quæ ubiq; nascitur, crassiore atq; latiore folio, colore languido, in candidū uergente. Sic hæc fortasse quam Dioscorides samphariticā appellat. Item sua radice permixta, ut stibio ponderis gratia, & gummi,

gummi, & argenti spuma, & cyperi cortice. Pretiū  
spice in libras denarij lxxx. foliorū uero eius, quod  
maiora hæc habet, hadrospheron uocatur, denarij  
xxx. Eius aut quod minora & mesospheron dicitur,  
denarij l. At eius quod minima, & ob id microspheron  
appellatur, laudatissimūq; est, denarij lxxv. Odo  
ris gratia, omnibus maior, recentibus. Nardo color, q  
inueterauerit, nigriori melior. Indica Syriacæ præfer  
tur à Galeno, Nigrior & ualidior etiā nonnunq; Syria  
ca, Reliqua genera in mēione Gallici nardi montan  
nūq; dicemus. Sed poscimus identidē, quæ sint illæ no  
uem species, quas nardū Indicū representare Plinius  
existimet: an Gangetis prima, ozentis ab odore ui  
rulento dicta: secunda, pseudonardus: tertia, Syria  
ca, quarta, Gallica, quinta, Cretica, id est phu: sexta,  
bacchatis: septima, hirculus: octaua, asaron: nona,  
Thracia. Quidā usum nardi oēm abdicant, ob ancipi  
tem ex ea medicinā: propterea q; in nardo quiddam  
ueneni delibutorij uice nasci ferant, è quo pison illud  
uocantū, Indi conficiāt. Exitiale nō potu modo, sed in  
sudore corporibus appositū, etiāsi ab legulis purga  
ri & elui curiofissime moris sit: fortasse q; hoc sit aut  
nō dissimile, quod pharicon à Dioscoride ac Plinio,  
pharicon ab Athengo dicitur, gustu nardi omnino,  
sed resolutionē faciēs neruorū cū alienatione mentis  
atq; spalmo. Aduersari aut huius ueneno maxime cy  
doniā Philarchus prodidit. Notatu dignū à Dioscori  
de cæterisq; ueteribus, nardū cyperi odore cōmen  
dari, à Plinio cupressi. Malum quidē librarj fuisse cul  
pam: sed si Plinio tribuēdus error foret, affinitate uer  
bi lapsus esse, dicerē, *κνπαρια* q; *κνπρ* legentē.  
Neq; dici potest contrā, deceptū esse Dioscoridē, non  
Pliniū: quādoquidē cyperū idem ipse Plinius odorem  
nardi referre alio loco scribat. Aduertendū est & illud  
omnia nardi genera herbas esse, præter Indicū. In ijs  
probatio una, ne sint fragilia & arida potius q; sicca  
folia. Hirculus porro qua uitari nardū syncerā dicit,  
nō grauitate odoris modo, sed similitudine etiā non  
nulla animalis eius, nomē accepit: Græci *βαρυ* uocat.  
Illud, ne quē fallamus, noscendū, Syriacā nardū du  
plici esse generis, unū in Indiā, sed parte montis in  
Syriā spectante, quā Plinius sub Indicæ uocabulo cō  
plectitur: alterū in orbe nostro, id est Syria, Ciliciāq;  
hoc aliqui Gallico præponūt: aliqui contrā, Gallicū  
Syriaco tali præferūt. De Gallico mox dicemus. Ga  
lenus Indicā nardū accipit, quoties absolute *σακν*, id  
est spicā nardi nominat, quāsi spicā cæteræ nō habe  
ant, sed herbā duntaxat, quē admodū & Plinio uidet.  
In Cedrosia q; nardū est, sed sub Indico cōtineri cre  
dimus.

## NARDVM GALLICVM. VII.

**N**ardum Gallicū, siue ut Græci appellāt Celti  
cum, laudatur in orbe nostro post Syriacū,  
quippe qd Syriaco sit leuius, neq; multū ab  
Indico differēs, ut Plinius existimat. Pretiū siclis xiii.  
Hoc & aliucā uocari Dioscorides alpinis populis tra  
dit. Credo saluicā legendū, à uicinitate puto saluic  
cæ, quā nostri foliosā quidē, sed breuē, & quæ necti  
nō possit, describūt. Radici numerosæ cohæret her  
ba uerius q; flos, dēsa, ueluti manu pressa, breuiter q;  
cespes sui generis. Pannonia gignit hanc, & Norica,  
& alpium aprica: urbiū, Eporedia, tantæ suauitatis,  
ut metallū esse cœperit. Vestibus interponi eam gra  
uissimū. Seruius hanc uulgo appellari orci tunica pu  
cauit. De hirculo herba, cuius Dioscorides hoc loco  
mēminit, superius mox absolui.

## NARDVM MONTANVM. VIII.

**N**ardus montana, quæ & Syriacam & Ciliciā  
uocare possis, à Galeno *κνπρ* appellata est:  
nec priuatim à Plinio describitur, sed inter  
nardi genera promiscue refertur.

## ASARON. IX.

**A**saron præter cæteras differentias molliorā  
quoq; folia obtinet q; hedera. Radice Gallici  
nardi: semine saporis calidi ac uinosi. Bis an  
no floret, autumno & uere. Optimū in Ponto, prox  
imum in Phrygia, tertium in Illyrio. Effoditur cum mit  
tit folia, situm ocyslime trahens ac senescens. Error  
librariorū est in Plinio, qui alicubi iubere uideatur sic  
candum in sole, alicubi in umbra: nisi quis posteriōre  
locum ita legat: Non q; siccandū sit in umbra, sed q;  
situm celerrime in umbra sentiat. Nō ignorandū bac  
charem aliud omnino esse q; asaron, etiamsi medica  
nas, quas Dioscorides asaro dicauit, Pliniū apud nos  
bacchari magna ex parte acceptas retulit: nec mirū,  
cum sit earum natura uiribus & effectū proxima.  
Cæteræ perpensam, siue perpresam (nam utrunq; le  
gitur ut in bacchare latius exposui) nō asaron ut Di  
oscorides, sed baccharē intelligi Secundus noster uo  
luit. Contrā quoq; descriptio asari à Dioscoride facta,  
congruit bacchari multis partibus: Primum, q; odor  
ei cinamomo uicinus redditur, ut asaro: deinde, q;  
gracili nec humido solo prouenit, ut asaron. Alioqui  
reprehenduntur à Plinio qui nardū rusticum radicē  
baccharis appellauere, quia nardū rusticum proprie  
sit asaron. Quod uero Dioscorides coronamentariā  
esse dicit herbā asaron, id bacchari potius q; asaro cō  
uenit: propterea q; asaron uocari scribunt, quoniam  
in coronas atq;serta non addatur. Legebatur in Dio  
scoride Romanos asaron peritresam uocare: nos per  
pensam aut perpresam ex Plinio correximur. Autor  
is eandem opinor herbā xxi. libro perpresam, xxvi.  
perpresam nominat. Codices etiānum sunt, in quib;  
nō perpresa sed sparsa legitur, ut existimo, corrupte.  
Legitur & asarus, non pro asaro, sed pro arisaro men  
dose. Quid enim incolume relinquit medicorū impe  
ritia? De arisaro agemus suo loco.

## PHV. X.

**P**hu Creticū nardū nonnulli uocant. Radice uil  
losa imitante q; auium pedes. In Pliniū codici  
bus corrupte aliphu pro phu legitur.

## MALABATHRVM. XI.

**M**alabathrum Plinius arborē Syriæ affirmat  
esse, folio conuoluto, arido colore. Fertilius  
in Aegypto, laudatius in Indiæ paludibus,  
sine radice fluitans. Improbant candidū. Celerrime  
situm in uetustate sentit. Odor in uino sufferuefacti  
antecedit alios. In pretio quidē prodigio simile est, à  
singulis denarijs ad tercentū peruenire libras, ut idem  
inquit autor: oleum autē ipsū in libras lxx. Sunt co  
dices in quibus, non oleū sed foliū scribatur. Si hæc ue  
ra sunt, malabathri gemina conditio: alterū palustre,  
ut Dioscoridi uidetur: alterū ex arbore: nunc medici  
nec primū, nec secundū, sed tertium malabathri genus  
nouere, appellatū à Mauritanis suis Tembul, cuius  
furculi cum folio, quale arbuti siue lauri est, pollicar  
nes plerumq; ad nos ferantur, & fructus quoq; lauri  
nis baccis simillimus. Omnia tria genera folij appel  
latione significari consueuerunt, sed priora duo ma  
xime. Foliatum inde unguentum, quo fœminas locu  
pletes oblini Romæ solitas Galenus autor est. Græci

## COROLLARI,

ΦΥΛΛΟΝ, hoc est folium uocant, herbæ genus in saxosis montibus repertū: nostri uulgo foliū syluestre nominant, ut suo loco differemus. Notandū uariare Dioscoridē à Plinio, q̄ alter malabathū probari scribat quodā salis gustu, alter nullo.

CASSIA.

XII.

**C**assiam Theophrastus fruticē magnitudine salicis Amerinæ prodidit, sed multis surculosisq̄ brachiata ramis, crassiore q̄ cinnamomū samento: præterea neruofissimā, & solo cortice cōmendabilem, qui ei cutis tenuitate obducitur: neq̄ aliter detrahitur, q̄ si præfutas corio bubulo uirgulas bicubitas, enati uermes eroserint. Cortice tuto intactoq̄ propter amaritudinem, odorisq̄ acrimoniā futuro. Hæc iuxta cinnamomi campos in Aethiopia, Troglodytis permixta connubio, sed in montibus nascitur. Dissentit à Dioscoride Plinius, Theophrastū, ut arbitror, sequutus: q̄ Dioscorides crassum eius corticem esse scribat, illi cute uerius q̄ cortice uestiri tradant, quē conteri atq̄ in cinnamomo leuari exinanitiq̄ pretiū sit. Amplitudo fruticis cubitoꝝ trium, ut idem Plinius existimat. Colostriplex: cum primum emicat, candidus, pedali mensura: deinde rubescit, addito sequisipede: ultra nigricans: quæ pars, inquit, maxime laudatur, ac deinde proxima: damnatur uero candida. Eligendā recentem maxime, & quæ sit odoris mollissimi, breui tunicæq̄ fistula, & nō fragili, quæq̄ plurima, minimum ponderis faciat: cæterę notæ congruunt: lactā uocant talem barbaro uocabulo. Alia est balsamodes ab odore dicta, sed amara: ideoq̄ utilior medicis. Hanc esse, quā Dioscorides zeger & Galenus gizer, Aëtius ozem uocarunt, haud multū absūm quin credā. Nominat & mottoden Galenus speciē cassiæ, uiribus proximam appellatæ gizer. Nigra unguentis expetebatur. Pretia nullis tam diuersa. Optimæ in libras xl. cæteris xv. His addidere māgonēs quā daphnoide m uocāt, isocinnamon cognominatā, pretiumq̄ eius faciunt ccc. Adulteratur styrace, & propter similitudinē cortice lauri surculis tenuissimis. Forteq̄ pachnoides eadē sit cassia, quā daphnitin à mercatoribus uocari scribit Dioscorides. Fabulæ sunt, cassiam cinnamomūq̄ nidis auitū decuti plumbatis sagittis, aut circa paludes quasdā colligi propugnate diro serpentū genere, ut Theophrastus ait, uespertilionūq̄, ut aliq̄. Sciendum q̄ ubi nos in Dioscoridē cōuertimus quandā haberi cassiā redolentē hircinū uirus, Mauritani odorē porri trāstulerūt, *πρωϊσσαν*, nō *πρωϊσσαν* legētes: utra lectio sit uerior, experti iudicēt. Nō cōuehitur modo cassia præter q̄ rarissima, inter xylocinnamomi fasciculos quā doq̄ inuenta, nigritiæ argumēto. Cassiam Latini correpta priore syllaba pronuntiat, etiāsi apud Græcos ferē oēs geminata consonate scribitur. Vergilius: Nec casia liquidi corripitur usus oliui. Habetur & cassia odoratā genus herbę, ut in thymelæa siue poti<sup>9</sup> chamælaa demonstrabimus. Aliud etiānū genus est, quā ætas nostra cassiam appellat, & cognomēto fistulę, ab aromatica lignea' ue discriminat, ueteribus ignotam, perinde ut ferē nobis modo lignea: alioqui in nostro quondam orbe seri cepta, extremiq̄ imperij Romani margine, qua Renuis alluit, uiuere in aluarijs apum solita: etiāsi color aberat ille torridus sole, atq̄ ob id simul idem odor. Cæterę scire oportet, si quādo cassiam syringa, hoc est fistulā, in antiquis autoribus legere contigerit, nō pro ea capiendam esse

quæ nunc cassia fistula dicatur, colore rubro nigra, laminis intus carnosiss, quas parietinæ discludunt, seminiibus siliquæ cerariæ, ad deiciendā bilem usitam mire ualens, sed pro lignea siue aromatica, cui<sup>9</sup> una quoq̄ species, ab ipso Dioscoride *πικτήα ούρηξ*, id est modo liber eius est qui circūfertur, appellatiōe fistulæ simpliciter, cassiam odoratā, siue aromaticā inteligit. Inuenio tamen apud Græcos auctorē, qui Paulū & Oribasiū ita loquentes induxerit: Cassia syrix aduersus flauā bilem prodest, & item eos, qui præter naturā pallefcunt, item anginas, & laterę dolores & peripneumonicos. Hæc Paulus. At Oribasius refrigerari ea inq̄ iecinoris calores intēperatos. Hæc recentiores Græci calidā, & humetā abscessu primo perhibēt. Idē ferē Mauritanii de cassia qua bilis p̄ aluū detrahit, & p̄pterea cathartice dici potest: nā aromatica siue lignea excalfacit, atq̄ siccat abscessu ferē tertio. Porro cassia cathartice partim in India, partim in Aegypto nascit, folio iuglādīs. ALEXANDRIE sibi uisam Pōticus FACINUS retulit, dum ista proderē. Siliquas habet prælongas ac teretes, ut inq̄ fastigiatas, duos ferē pedes p̄ceras, carne intus nigra, gustu prædulci, sed planē medicato, ligneis distinguētibus membranis, & ossibus siliquarū intercurfantibus, ut prædixi. Eligūt ponderosam, collucentē, plenā, & quā si concusseris, inclusa intus ligna nō sentias. Negotiatores in hortis Alexandria nascentē præferūt. Iam & Asiæ cōmunis facta dicitur. Seritur & apud nos, uerum frustra: quia nec ad frugē peruenit, & celeriter opprimit. Quid sit myrrha casia Hippocrati, cuius semē laudat uolumine *σμύρινα*, inquit, *καριος* *καριος*, haud scio reddere: nisi quis pro smyri herba ceperit, cuius cibo mēstrua *σμύρινα* iuari constat. Strabo cassiam odoratā ē stagnis colligi non solum ex arboribus, in Arabia Felice, quosdā in India, maiorem eius partem existimasse prodit.

CINNAMOMUM.

XIII.

**C**innamomū in partes quinque concidunt: præcipua bonitas tenuissimis, ad longitudinem palmi, paulo ue amplioribus: secunda proximis, breuiore mēsurā. Vilissimæ, quæ radicē antecedunt, quā ibi minimū corticis, in quo summa gratiæ: quæ de causa præferunt cacumina ubi plurimus cortex. Ipse frutex duorū cubitoꝝ altitudine amplissimus palmiq̄ minimus, quatuor digitoꝝ crassitudinis, statim à terra sex digitis surculosus, arido similis: cum uiret, nō odoratus. Folio origani, siccitate gaudens. Sterilior imbre, ceu contraria cæteris natura. Cignit quidē in p̄anis, sed densissimis in uepibus rubisq̄. Difficilis collectu. Verior sententia est, nasci in Aethiopia Troglodytis cōnubio permixta, nō ut Herodotus, quo situ Liber pater educatus esset, ex inuis rupibus, auiumq̄ nidis peti, & priuatim Phœnicis: neq̄ ut aliq̄, in Arabia. Igitur mercatores illi à conterminis uehant per maria uasta ratibus, sine gubernaculo, sine remis ac uelis, sed hyberno per brumā, euris tum maxime flātibus. Primus his portus Gebennitarum Ocyra, siue Acila ut Strabo, Ptolemęus Ocelia. Prodūtur uix quinto anno reuerti mercatores, & interire multos. Cōtrā reuehūt uitrea & xnea, uestes, fibulas cū armillis ac monilibus. Ipsum lignū in fastidio est propter origani acrimoniā, xylocinnamomū uocāt. Pretiū in libras xx. Quidā cinnami (nā & cinnamū dicit) duo genera tradidere, cādidi<sup>9</sup>, nigricās<sup>9</sup>: Et quādam p̄g

præferatur candidū. Nunc cōtra, nigrum cōmen-  
datus auctore Plinio, atq; etiā uariū præferunt candi-  
do, certissimo argumento, si sit scabrū, atq; ut inuicē  
tur molle imprimis, aut cui albicat cortex. Ius eius à  
Gebannitæ rege solo proficiscit. Is edicto mercatu  
uēdit. Pretia quondā fuere in libras denarioꝝ mille.  
Auctū id parte dimidia est, incensis (ut ferunt) syluis  
ira Barbaroꝝ: aut etiā forte fortuna, quoniā austru-  
tam ardentes ibi afflare solēt, ut æstatibus syluas accē-  
dant. Coronæ ueteribus fiebant ex cinnamomo in-  
terassilauo inclusæ. Radicem eius magni ponde-  
ris aureæ patere imposita uidisse Plinius meminit,  
ex qua guttæ editæ annis omnibus, in grana dura-  
bantur. Pseudocinnamomum Galenus cinnamomi-  
dem quoque appellari scribit.

## AMOMVM

XIII.

**A** Momū quidā ex India, alij ex Media impor-  
tari narrant. E' uite Indica, quæ sit labrusca,  
existimatur nasci, frutice uenoso palmi alti-  
tudine. Carpitur cū radice. Manipulatum leniter cō-  
ponitur. Protinus fragile laudat, Punici mali folijs si-  
mile, nec rugosis, colore ruffo. Secūda bonitas palli-  
do herbaceū peius, pessimumq; candidū, qd & uetu-  
state uenit. Pretiū uuae in libras sicli lxx. friato uero  
amomo, xlviij. Nascit & in Armeniæ parte, que uo-  
catur Ocene. Adultera mali granati folijs, & gummi  
liquido ut cohærescat uuae modo, conuoluatq; sese.  
Est & quæ uocat amomis minus uenosa atq; durior,  
ac minus odorata, q̄ apparet aut aliud esse, aut colligi-  
mirantū si quādo Plinius à Diosco-  
ride nostro dissonat, quoniam sicut pretia reꝝ, ita et  
notæ, & experimēta quoq; uariantur. Neq; ulla medi-  
cine pars incertior, q̄ que ab alio orbe q̄ nostro peti-  
tur, id qd & ratio persuadet. Amomū quale nūc offi-  
cinæ præferūt sabulosa specie, nec odoris argumēto,  
nec alia ratione congruit cum eo, qd hic describit.

## COSTVM

XV.

**C**ostus & costū dicitur, & per diminutionē à  
Serabone costariū. Huius radix in pretio, fru-  
ctus inutilis. Plinius Indicū duntaxat uidetur  
nouisse costū, primo statim introitu amnis Indi in  
Patale insula compertū: duo eius genera faciens, ni-  
grum, & quod melius eo iudicat, cādīdum. Pretium  
xvi. in libras singulas.

## IUNCVS ODORATVS

XVI.

**I**uncum odoratū ῥοιον Græci uocāt, & Hippocra-  
tes ῥοιον μυρτινης, & ῥοιον ἠδύομον & florem eius  
ῥοιον ἄρε. Cornelius Celsus iuncū rotūdum, ut  
ab angulari differat, cypero à Græcis appellato: Rotū-  
dum & in Cāpania inueniri tradunt, utiq; minus pol-  
lentem. In Arabia sanē cum calamo odorato nasci-  
tur, conuale quam dicemus, nihil aspectu differens  
à cæteris. Prouenit & in Syria Cœle cognominata.  
Iuncum rotundum uinosæ mordacitatis ad gustum  
sentiri perhibent. Pretium in libras denarij quinque.  
Noscedum uero Babylonium, & teuchitin à Diosco-  
ride pro eodē genere intelligi, non sic à cæteris, quip-  
pe qui teuchitin eundemq; nobilissimum, qui ē Na-  
bathæa sit, appellant: proximum Babylonium, pesti-  
mum, ex Aphrica, ac sine odore. Dicitur & lētiscus ar-  
bor sue frutex à Græcis ῥιϑ, non ῥοιον, ut quidam  
ē peritoribus falso interpretati sunt. Vulgaris porrò  
iuncus, quo ad uitiliū nexus utimur, item rotundus  
& odoratus, non ῥιϑ, sed ῥοιον, unde funes appel-

lati. Recētiore iuncū odoratū cū funario palustrisq;  
cōfundūt. Græci ῥοιον & palustrē & odoratū schœnon  
uocāt, quoties tamē de odorato intelligi uolūt, schœ-  
nū. i. iuncū absolute nomināt. Alterꝝ uero genus he-  
lis hoc est palustris adiectiōe discrimināt. Dicitur &  
schœnos mēsurā quādā, sicut alstarus & parasanga,  
Barbaroꝝ. CALAMVS ODORATVS XVII.

**C**alamus aromaticus, siue ut Hippocrates my-  
replicos. i. unguētarius & odoratus, in Arabia  
nascens, cōmunis Indiæ atq; Syriæ est. In qua  
uincit omnis à nostro mari, stadijs ut Theophrastus  
inquit, cl. Inter Libanū montem aliūq; ignobilē, nō  
ut Strabo & alij quidā existimauere antilibanū, lacu  
Gennefaretide, ubi conuallis amplissima & pulcher-  
rima: quam aulonem cognominant, sed in conual-  
li modica propē stagnum, palustribus per æstatem  
siccatis. In eo tricenis stadijs iuncus & calamus odo-  
rati gignuntur. Sed præstantior odore calamus sta-  
tim ē longinquo inuitat. Mollior tactu, meliorq; qui  
minus fragilis. Araneum eius, ut ait Plinius, in fitu-  
la florem appellant: magno Domitiꝝ errore in qua-  
dam Papiniꝝ poetæ syluula, non distinguētis harū-  
dinem faccæ fundentem, ab odorata. Calamo pre-  
tiū in libras denarij xi. reliqua probatio ut niger sit.  
Dannatur aliubi. Nobilior quō breuior & crassior,  
lentusq; in frangēdo. Succum eius elaterio similem  
excipiunt. Legi & in Meotide odoratum nasci cala-  
mum, radice subalbida, et sine fistulis, plena intus &  
amara, specie acori: de quo & falsi quidam sunt, aco-  
rum eam putantes. Quātō autem amarior, tantō  
& calidior est Indico. Vtrunque tamen genus aco-  
rum odore superat. Teredinibus ut acorum incessi-  
tur: omnino que uicarium pro acoro est, ab Ionia, &  
Ponto, & Herculis columnis profususq; apud omnes,  
qui mediterranea colunt Aphricæ, ut si eadem non  
sunt planē, maxima tamē germanitate uisantur, ut  
autores plerique tradunt.

## BALSAMVS

XVIII.

**B**alsamo alij punicæ magnitudinē reddunt, ra-  
mis frequentibus, semine terebinthi, colore,  
amplitude, figura: quod & odoratius quidā  
lachryma sua prædicat, casamū & carpobalsamum  
uocantes. Ceditur sub canem, parte qua maxime ui-  
deatur esse prægnans, & caudice & cacumine. Su-  
dor ē plaga manat ætate tota. Sarmēta quoq; eius  
& surculi odore præstantes amputantur, & ueneunt  
magno, alioquin grandesceret arbuscula, nisi succide-  
retur. Balsamū syluestre Theophrastus repetiri nus-  
quam testis est: Omnibus odoribus balsamum præ-  
fertur: quondā in duobus tantū hortis, utroq; regio,  
altero iugerūm xx. altero paucioꝝ, Hiericunta no-  
minant: quanq; & palmetis confitum tanto questu,  
ut ludæis opes, ex opobalsami uectigalibus creuisse  
Trogus prodat. Is humili piceꝝ, quidā cyaso terebin-  
thoꝝ ut Strabo, quidā myrtho similem dixere. Sed  
uiti similiorem esse Plinio constat maleolis seri ce-  
pta. Impletq; colles, uineaꝝ modo, quæ pedatæ non  
sunt. Tondetur, nitescitq; rastro. Intra tertū annum  
à satu fructifera. Foliū tuberis (id gen<sup>o</sup> mali est) à Pli-  
nio reddi putāt, sed mendosum in eo locum esse ar-  
bitror: nec tuberis scribendū, sed rutæ: nam & exem-  
plaria sunt, in quibus ita legitur, folium proximum  
rubeat, corrupte ut pleraque alia, pro rutæ, alioquin  
Theophrastus & Dioscorides rutæ folio sed exalbi-  
do balsamū describūt. Pausanias nunc myrto, nunc  
a s sampsu



fampuchio, à quo non per B, sed per P, passamū pronuntiat. Id ipse in Arabia gigni scribit, arbore uiperis obfessa, quare morfu nemo extinguitur, quā succo eo palat, noxiū uirus habere desinunt. Ab Hierosolymis captis serere fiscus balsamū cœpit, proceritas intra bina cubita subsistit. Arbore tria genera, capillaceū, theriston uocāt: alter scabrū, incuruū, fruticosum, odoratus, ostracon: tertiū eumeces, quia procerius leui cortice, huic secunda bonitas, nouissima theristo. Semen eius est uino proximū gustu, colore ruffo, nec sine pingui, peius in grano, quod leuius atque uiridius. Ramus crassior myrto. Incidebat ante ferreis unguibus: sed quoniam ferro uitalia læderent, transit usus ad uitrū & lapides, osseos uel cultellos. Incidentis manus artificii libramento tēperatur, ne quod ultra corticē desquamet lacestatū, succus lanis parua colligitur in cornua, ex his nouo fictili conditur, crassiori similis oleo, & in musto candidus: Rubescit deinde, simulque durefcit translucidus. Sub Alexandro & Theophrasti tēporibus toto die æstiuo unā concham impleri iustū erat: omni uero fecunditate, & maiore horto semicōgios bilenos, & minore binos. At Plinij æuo etiā singularū arborum largior erat uena. Ter omnibus percutitur æstatibus, postea deputatur: amputatio ipsa & surculus decc. uenit: intra quintum demū annum, corticis etiā ad medicamenta pretium est etiā ante quā ligni. Ex hoc buxosum est optimū, quod est odoratissimū. Ex semine autē maximum, & ponderosissimū, mordens gustu feruentē in ore. Lachryma debet esse pinguis & tenuis, modice ruffa, & in fricādo odorata cū austero. Secundus candidæ color, peior uiridis crassusque: pessimus niger, quippe ut oleum senescit. Ex omni incisura maxime probatur, quod ante semel fluxit. Vitiā semine suo, ut uix possit deprehendi fraus: Itē & oleo rosæ, myrti, resina, galbano, nequissime gūmi: quoniam ipsum quoque inarescit manu inuersa, & in aqua fider ut balsamū. Quod cera & resina permutatum est, in carbone nigriori flamma detegit. Nā mentitū melle, contrahit muscas. Meropio adulteratū, in aqua circulo candido cingitur, nec aliubi Seplassæ maior improbitas: quippe sextarius, qui mille denarijs uendente fisco emebat, mox ccc. tantū denarijs constabat. Xylobalsamo pretiū, in libras sex. Romæ in triūpho Imperatores Vespasiani arbusculā ostendēre. Plerique in Aegypto nasci phibent, regione quæ nūc Solis oculus, siue fons dicat, quodā Heliopolis. Incidi autē uino ad liquore, qui & oleū balsaminū uocat. Strabo & in Syria cœle nasci prodidit, ualle illa fertili quā libanū & antilibanū interiacet, iuxta lacū Gennesaricū. In Arabia quæ Sabæorū tractu maritimo. Admonēdi sumus, Dioscoridē in huius mentionis calce dicere, xylobalfami decoctum cum iride sicca, mederi capitis uulneribus. ἀνάγει δὲ καὶ κριδίας, nos squamas detrahare conuertimus, ut uel porriginem intelligas. Est enim porrigo, ut Celsus ait, ubi inter pilos quædam quasi squamula surgunt ex, quæ à cute resoluuntur, modo sine ulcere, modo exulcerato loco, uel quæadmodum recētiore, de squamis fractorū ossium. Sed & caruncula quæ inter uiuam & emortuam ossis adusti partem subit, expletura quod abscēssit, quasi testa tenuis & angusta, ut idē Cornelius testatur, squama id est κριδίας à græcis appellata est, liberum æstimaturis esto.

ASPALATHVS, XVIII.

**A**spalathus in Aegypto quoque nascitur, spina syluestris, magnitudine arboris medicæ, candida flore rosæ: Cuius radix unguentis expectitur. Idem frutex humilior in Syria & Nisyro, Rhodiōque insulis prouenit: quæ alij sceptrum elisei, alij adipsatheon, alij dipsacon, alij diacheron ut Plinius, uel diaxylon ut Dioscorides, uocant. Nascitur & pluribus locis, sed non perinde odoratus. Tradit in quocumque frutice, sed in aspalatho amplius, cœlesti arcu in eum in nixō, suauitatē odoris inenarrabile fieri. Laudatur colore ruffo uel igneo, & odore castorei, permutatur in libras quindecim. Sane per Hispanias multum & ad odores, & inter unguenta utuntur spina, quæ uocant aspalathum: Sed ea uulgaris est, ex qua sullo nix implementur urnæ, radicisque usus tantum habetur. Necdum cōperi sit idē uulgaris spina & topiaria, de qua in acantho diximus. Radicē nigrā Hippocrates cū uocat, radicē Galeno significat aspalathi, Crisæo Phocidis agro commendatissimam.

BRYON

**B**ryon hoc est muscus, uerbum ex uerbo, dicitur & Ipon. In Cyrenaica, puincia maxime probatur: secundū locum obtinet Cypriū, ab eo Phœnicium. Fertur & in Aegypto nasci, quoniam in Gallia: nec dubitatur. Sunt & hoc nomine arces muscoso uillo, quales & glandiferis sola ferē quæ uocatur ægylops, fert: non in cortice modo, uerū & ramis dependentes, cubitali magnitudine, sed odore præstantes. Candidissimis atque altissimis prima dignatio, proxima rutilis, nulla nigratibus, & in insulis pertris nati dānantur, omnesque quibus palmas, atque non suus odor est. Ex bryō & balanino oleo expeditissimum, primūque unguentum fuisse ueteribus tradunt. Differentia hæc, quod Bryon aliæ arborum candida sunt, ut dixi: Bryon uero populi candidæ, uua. Circa Gnidum optima aut Caria, in siccantibus, alperisque. Secundā in Lycia cedro, pertinentē ad unguentū prædicant, Paulus & in picea uel larice Bryon nasci prodidit, à Galeno priore scriptū. Est & Bryon thalation, hoc est marinum, ut suo diceet loco, muscus. Pretiosissimū odoris genus est, & quod muscus uulgo nominatur ab Aëtio, itēque Paulo, sed & à Phocione grammatico recentiore, moschus odoratus capree, seu quod idem est, dorcadis peregrine sanies, ex umbilico eius aut uomica. Gazellam uocant animal id barbari, ut & Hieronymi ad Demetriadē: hoc nonnullis significat muscus inquit & cœnanthe, ex peregrint muris pellicula. Sed muscus Hieronymo aliter uel non est quæ bryon, de quo hic agitur: nā & Plinius eadem ferē mentione de bryō & cœnanthe disputat. Quis aut sit peregrinus mus, odorata celebratus pellicula, non uideo, nisi quis animal hoc intelligat, ex quo zibettū siue ut recētiore græci uocāt zaperion excipitur: quæ & cōpositionis quoddā genus est zaperion, ex animalis musco, agallocho & orientali succino: hæc ipsa cōpositio etiam, net uocari solet à grecis quibusdam, sed uox est Arabica. Inuenio & muscilion dici quandam herbā ab odore musci, ut consilio, quoniam & dorcida uocant eam, naribus uitiosis & fetentibus accommodatam, ut Aëtius existimat, nisi quis pro dictamo accipiat, quod & dorcidium appellant.

**A**gallochvm. XXI.  
Gallochon Aëtius & medicorū uulguis xyloloën, id est lignum aloën appellat, à nonnulla simili.

similitudine coloris aloës ut arbitror. Non antequam aduerto ubi de hoc genere loquatur Galenus. Recentiores graeci tradunt sub terra conditi agallochon, non alijs odoratum furum, quod ubi teredinibus computruit. Fastigia eius summa quatuor, Indicum sapphicum ex urbe Sappho, Speon, & hygron, id est humidum, quod ipsum deinde in species quatuor conciditur. Arabes nonnulli semen huius arboris esse uolunt id, quod haormiam ipsi uocant, similitudine piperis miuti, colore subrubens, qua propter & piperellam dixere. Agallochon Aëtius in thymiamate myrsipico idem esse quod & tarum putat. De taro Plinius ex cassia inquit & cinnami confinio cancamum & tarum inuehitur per Nabathæos, Troglodytasque uicinos.

## NASCAPHTHVM XXII

Nascaphthon pretermisum à Plinio arbitror consulto, quia incerta esset natura eius, ut aliorum quoque plurium, quæ ille ordini nostro tantum notibus cognita esse tradit, ut sericatum gabaliumque. Paulus & lacaphthon nominat. Inter ea, quæ à quibusdam in cyphi heliaci adduntur: corticem piceæ, uel alterius arboris existimat. Ego lacaphthon idem esse cum nascaphtho ratus sum.

## CANCAMVM XXIII

Cancamum ex collimitio cassiæ cinnamique, per Nabathæos Troglodytasque confines aduehit. Qui cõsedere ex Nabathæis nomine solo cõpiti Plinio. Nec sum nescius lacca à barbaris hoc genus uocari aliam, quæ de purpuræ floccis conficitur tincturibus. Est & gummi quoddam arboris lacca dictum, & tincturis utile. Nec an ea cancamum sit hoc, de quo agitur, satis habeo compertum. Democritus certe, si modo eius liber est qui de tingenda purpura circifertur: lacchan nominat inter colores, hoc & florè achaium appellat idem autor, sicut florè syriacum quod rhizion priuatum uocari tradit, ad eundem usum. Sit autem flos achaius aut syriacus id, quod nos modo cremes dicimus: an diuersum, non constat. Paulus odoratum esse cancamum prodidit. Differt cancamum à cancano, quod cancanus herba est à Galeno dicta, à Dioscoride cacalia. Nam caucalis alia est, ut post dicet. In quod foedissime neoterici diffucluant, graeci lignum quoque aridum cancanon appellant.

## CYPHI

XXIII

Cyphi urebant uespertinis omnibus aegyptij, matutinis resinam, meridianis myrrham: ea erat miscella, ut Plutarchus inquit, sexdecim literis sacris contenta, ex melle, uino, uua passa, cypero, resina, seseli, aspalatho, myrrha, bitumine, iunco, bryo, calamo, utroque iunipero, cardamomo, lapatho, quam lacaphtho forte non lapatho scribendum sit in Plutarcho, ut ex his quæ in nascaphtho diximus comprehendere potest. Confundebantur hæc non ratione aut fortuito, sed præuentibus de scripto qui ratione & ordinem præcineret, quo quicquid loco, tempore, mensura, coniunctum esset. Placuit uero numerus sexdecim, quod is è quadrato quadratus existeret: talis a linea circumcurrentis per oras, æqualem cum area sua mensum habet, de quo latius in libello dictum est, quem ex antiquis autoribus de iside & Osiride condidimus. Sit & alia thymiamatis huius & pro arbitrio cuiusque rationes, sed due in medicina cognomētis signis, heliacum & seleniacum, hoc è solariū & lunare.

## CROCVM

XXV

Crocum folio angusto ad usque capillameti exilitate, germine ac flore serotino per autunnum occasu uergit, quod paucissimis diebus marcescat. cum folio florem expellit obiter, quin & prius uidetur. Subest radix multa, carnosa, peruiua, calcata melius surgit, & quasi pereundo letius prouenit. semitas eò fontesque amat. Seritur radix bulbo. Duo genera eius, montanum & satium: prius hebes, posterius odoratum: utrunque primis imbribus emicat autumno, ut dixi, post aphacen. Inodori duo genera, cadidum ac spinosum. Viret bruma & colligitur, sicatur in sole, sed in umbra melius etiã hyberna. Crocum syluestre optimum. Serere in Italia non expedit, ad scrupula usque singula areis decoquuntur. Satiium maius nitidiusque, sed leui momento degenerat: omnino infœcundum natura ubique, uel Cyrenis, ubi laudatissima omnia. Quidam phlegæo croco secundum locum fiscunt, probatio sinceri, ut manu imposita crepet, uel uti fragile: dilutum & humidum, sedet. Altera probatio, si manu plata ab ore, leniter facie oculosque mordeat, esse inquit Plinius & per se genus satiui blandissimum uulgo, cum sit medio sui candidum *Διόλιον*, uocatum. Cyrenaico utium, quod omni croco nigrius, & quod celerime corrumpitur. Laudatur breuibus capillis in Lycia. Anno septimo uel octauo transfertur in locum subactum: atque ita degeneras reuocatur. Vfus eius in coronis nusquam propter angustiam folij, nisi quæ ad mulcendam ebrietatem fieri à quibusdam soleant. Vino mire congruit præcipue dulci, quo & aqua facillime soluitur, nulloque alio dulci. Tritum ad theatra replenda, ut hoc nonnulli apud Dioscoridem intelligat, cum *βίαν* dicit, errore librariorum *βίαν* pro *βίαν* scribentium. Sed nos immutare lectionem antiquam ausi non sumus. Ideoque mortarijs tingendis conuertimus, præsertim cum de mortarijs atque croco mentionem quodam loco habitam à Plinio sciremus. Afferuatur pixidecula è cornu. Acerrima croco uis tribuitur: ut illatum manus palmæ, continuo perueniat ad cor.

## CROCOMAGMA XXVI

Crocomagma uerbum ex uerbo, sex olei crocini est: nam feces unguentorum magmata graeci appellant, & conspersione siue massam quæ subacta sit, egmagma: quo nomine, inquit Galenus ipsum quoque crocomagma significamus.

## HELENIVM

XXVII

Helenium enula siue inula, sed duplici natura. Folio serpylli, de qua statim post dicetur. Altera folio uerbasci exiliioris, de qua nunc agitur breuior hæc quam pastinaca est, sed corosior amariore, & nisi temperatur liquido dulci, stomacho inimicissima. Sed pluribus modis austeritate uicta, gratiam inuenit. Nam & uuis passis, & defruto, & melle subigit in pollinè tusa: & pinguibus quoque caryotis, iã cotoneis malis, sorbis, & prunis, aliquando pipere atque thymo, illustrata maxime lulia Augustæ cotidiano cibo. Superuacuum eius semen, quonia ut Dioscorides meminit, propaginibus serit, modo quo harundines: magnisque interuallis, neque ullo minus quaternox pedum, quonia spatiosè fructet.

## HELENIVM AEGYPTIVM XXVIII

Helenium hoc posterius à nostris inulam appellari posse non uideo. Theophrastus interuenienion, Aristoteles belenion, scripsere, si modo liber eius est, qui de plantis ad auctorem Aristotelem refertur.

refertur. Belenium inquit delibutorium in Perfide uenenum erat, in Aegyptū & Palestinam translatum, sine periculo mandi coepit. Hæc cōmentatio Græcis perierat, habebatur in Arabico, demū cōuersa est in Græcum sermonē à quodam ut ferūt Maximo: propterea quædā in eo libro barbara fruticū & radicū legitur nomina, ut sunt benteli, nenuphar, opinais, & aliquot huiusmodi. Nenuphar pro nymphæa qui dem capitur Arabiæ, sed benteli & opinais quid sit, parū liquet: nisi quis opinain pro sulphio intelligat, quoniam succū ex eo manare lentiusculū dicat, quē priuatim uocamus opon. Bentelos autē initio spicata esse traditur, mox in arborē grādescere. Sed redeamus ad heleniū. Plinius hoc Helenæ lachrymis enatum refert, dum gubernatorē Canopum hæmorrhii serpentis ictu exanimatū fleuisset. Hilaritatē Hippocratis testimonio facit, prædulcis in eo cremor. Radix contrita mures necat: cādida intus est, & dulcis, Dioscoridi uero pallida. Laudatissimū in Helena insula. Hutus rami dodrantes à Plinio, cubitales à Dioscoride feruntur. Addebatur in coronamēta folium.

## OMP HACINVM XXXIX.

**O**leum Omphacinum fit duobus modis, olea adhuc alba expressa. Cādidiū deterius ex drupa (ita enī uocatur à Græcis Latinisq; priusq; tenera esui sit) sam tum luteola, coloremq; demutās: hoc uiride Cato appellat, atq; utili<sup>9</sup> est. Est & omphacinum siue omphaciū ē uite, de quo post. Galenus oleum, nō omphacinū, sed dulce fieri ex drupa scribit. Alterum uero genus quod ex immaturis albisq; premitur & omphacinū & ἀμφοτέρω appellari tradit, unguentis utilissimū ē Phaulia ut Theophrasto placet. Simile omphacino fit oleum, si oleæ ramus in cōdituram adijciatur. Quibusdā natura foli, non conficiēdi ratio astrictoriā uim, qualis in omphacino sentitur, dat, ut Hispaniensi nominato. Omphacinū ab omphace deducitur, unde acor ex uuis Græce appellatur omphaciū, & acerba uua ἀμφοτέρω & acerbū mel ἀμφοτέρω, ab eodem omnia uocabulo.

## OLEVM EX DRVPA XXX.

**O**leum ex Drupa fieri dulcissimum Galenus testis est, utiq; si ex maxime drupa fiat, non si ex drupa tantū. Olei probi notæ apud Galenum sunt, ut sit q̄d dulcissimū, tenuissimū, purissimū, trās lucidum, quodq; modico eius cuti superfufo, plurimū sese fundat, & facile cōbibat: cuiusmodi est, inquit, quod Sabina bacca premitur. Oleum cū aqua mixtum ὑδρῶδες uocatur & χυρόν: quanq̄ posteri<sup>9</sup> hoc Homero lustrationē ferē significat. In Bactris iuxta flumen Ochum effossa terra fons manuit olei, q̄d quidem traditū ab ijs, qui Alexandri res scripserūt: & Strabo credidit.

## OLEVM EX OLEASTRO XXXI.

**O**leum ex oliua syluestri tenue, multoq; amarior q̄ ex satiuā. Utile hoc ad medicamēta ferētantū: de quo alia quoq; Dioscorides in ratione oleastri & oliuæ cōmemorat: aridissimū hoc Galenus inter olea describit. Post hoc Histricū, mox Hispanum: pinguisima, Libycū & Ciliciū. In pingui uero tenue Sabinū. Inter hæc media ferē natura eorū, quæ Græcia & Asia & Cyclades mittunt. Pausanias Tithoreum ē Phocide cōmendat. Hispaniēsi præutil & Histrico pingue lentitia: tenue perspicuitas & puritas consequuntur.

## OLEVM CANDIDVM XXXII.

**O**leum candidum, aliud spōte, ut quod ex oliua adhuc alba exprimitur ἀμφοτέρω uocatur, aliud factitium, ut de quo nunc agimus. XXXIII.

## STRIGMENTA A BALNEIS XXXIII.

**S**trigmenta hoc sunt quod Græci ῥυπον & ῥυπίον appellāt. Id quod ex Celso Plinioq; colligimus: aurium certē fordecular Græci uocant Cypselas. Rhypon Iulius Pollux pro cera quoq; sigillari acceptū quandoq; tradit ab autoribus: nisi quis typon nō rhypon in Polluce lectiter. Sed & apud Ciceronem in epistolis ad Atticum rhypos scriptū est pro ceris siue formis unde sigilla figebātur, fortasse à situ uetustatis appellatas, ut Pliniantū quoque il lud: Expressi cera uultus singulis disponebant armarijs, ut essent imagines quæ comitarentur gentilitia funera, defuncto aliquo totus aderat familiæ eius, qui unquam fuerat, populus.

## STRIGMENTA PALAESTRITARVM XXXV.

**S**trigmenta hoc genus aliud nō sunt, q̄ puluis, qui luctatium corporibus inspergitur: & oleo superuenit. Hæc pulueris inspersio à Græcis ἀρῶ dicebatur, puluis ipse ῥυπίον. Cum ipso te, inquit Plautus, puluisculo conuerram. Et geometricum est puluiscul<sup>9</sup>. Palestris quidē optimum ē Nilo sabulū, tenuissima sui parte: Oleum quo luctaturi pertunde bātur, κρημνά dicitur & πῶς, quanq̄ πῶς & proprie cœnum est atq; lutum ceromati pex mixtū: cui si sudor accesserit, ῥυπίον uocari ab ijs qui nimis Atrici uideri uolūt, autor est Galenus. Locus in xythis huic operi dicatur, priuatim ῥυπίον appellat Vitruuius.

## STRIGMENTA A PARTIBVS XXXVI.

**S**trigmenta à parietinis & à palæstra significare Plinium existimo, cum ita loquitur: Vium olei in luxuriam uertere Græci, uicioꝝ omnium genitores, in gymnasiis publicando. Norū inquit est, magistrat<sup>9</sup> honoris eius, octogenis seferijs strigmenta olei uendidisse. Itē. Quin & sordes inquit hominis, in magnis fecere remedijs quæstoꝝ forum gymnasia Græcorū: quippe ea strigmenta molliunt, calfaciunt, cōplent sudore & oleo medicinā sacribus. Item alibi: Et in gymnasiis inquit oleū cōditur odoribus, sed uilissimis. At strigmenta statuis gymnasijs detracta, in quibus Galeno autore multum olei cōdurebatur: quia puluere inquit carerent: Et cum grugine permista colligerentur, acrioris naturæ quam strigmenta cætera, noscuntur.

## ELAEOMELI XXXVII.

**E**leomeli fluit ex ipsis oleis in Syria, tenuius refinā, sapore mellis, unde nomen: non sine nauisea emollit aluum. Pugnatōres certaturi præsumunt ex eo cyathū. Plinius in maritimis Syriæ nasci prodit, cū tamen Palmyra longe à mari absit: forte non maritimis, sed palmyris legendū: nisi quis locum, unde id excerptū, nō palmyris sed almyris legisse Plinium existimet: quod in tanto uiro dubitare nullo modo possum. Eleomeli medicinæ tantum gignitur: sit hoc idē quod & æromeli dicit, quasi mel æthereum ac cœleste, quod sacra litera Manna uocent, ut non plane contendo, ita cerre propēssimus sum ut credam: sed ita tamen ut intelligatur aliquod discrimen esse inter id quod mādi potuerit, & id q̄d medicinæ tantum nascitur. Decerpt hoc Amyntas scribit

scribit unā cum ipsis quibus hæsit frōdibus, & in of-  
tas pastillos ue, aut etiā orbiculos conuolui, ut cum  
ulus postulat, in lignea pocilla, quæ tabaitas in Asia  
cognominat, aliquo humore diluatur. Planē ab exor-  
tu lyderis cuiusq; sed nobiliū maxime, ut Plinius exi-  
stimat, aut celestis arcus, si nō sequatur imbres, sed  
ros, tepescat solis radijs, medicamēta potius q̄ mella  
gignunt oculis, ulceribus, internisq; uisceribus do-  
na celestia. Quod si feruetur, inquit, hoc firio exori-  
ente, casuq; congruat in eundē diem, ut sæpe Vene-  
ris aut Iouis Mercurij ue exortus, non alia suauitatis  
ulsiq; uis mortaliū malis à morte reuocandis, q̄ diui-  
ninetariss fiat: nisi hoc ut alia, fraus hominum per-  
niciē corrumpet.

## OLEVM CICINVM. XXXVIII.

Leū ciciū ē cici arbore fit in Aegypto copio-  
sa, ubi sine igni & aqua sale aspersum exprimi-  
tur: cibus foedū, luminum lucernarū, pro-  
pter nimīā pinguitudinē ineptū & obscurum.

## OLEVM AMYGDALINVM. XXXIX.

Leum ex amygdalis neopū uocari legitur in  
Plinio. Puto corruptā esse lectiōnē, & aut ne-  
topum ut Hippocrates, aut metopiū ut Dio-  
scorides, legendū. Adde q̄ unguentū Aegypto  
familiare quod metopium appellatur: ipsum q̄q;  
de nucibus amaris conditur, ut post liquebit. Paulus  
amygdalinum, inquit, metopium quoq; dicitur, pro-  
pter galbanum quod metopium in Aegypto nomi-  
natur, & in oleum hoc adijcitur. Aētius oleum hoc  
etiā halion uocari tradit, ab amaritudine ut opinor.

## OLEVM BALANINVM. XL.

Leū balaninū ē glande fit Aegyptia, quæ my-  
robalanus quoq; dicitur. Simplex huius compo-  
sitiō dū fuit, deinde resina quoq; mixta.

## OLEVM SESAMINVM. XLI.

Leum sesaminū Indis refertur acceptū, qui ē  
castaneis quoq; atq; oryza conficiant.

## OLEVM CARYINVM. XLII.

Leū ē iuglandibus iners & graue corpori est,  
sapore ingrato: etenim si quid in nucleo com-  
peruit, totus modus deperit. Nunc tota fere  
Liguria insubriaq; promiscuum & cibus & lu-  
mini, haud magnopere molestum.

## OLEVM HYOSCYAMINVM. XLIII.

Leum hyoscyaminum ex seminibus Apollin-  
aris herbæ conficitur, quam hyoscyamon  
Græci uocant. Cauendum in potu, quoniam  
cerebri motus faciat.

## OLEVM GNIDIVM. XLIII.

Leum gnidium ex gnidio grano, id est gni-  
dio cocco fingitur.

## OLEVM CNICIVM. XLV.

Leum cnicium ex cnico herba, quā celebrant  
Aegyptij, oleo tantum non cibo gratam. Ita-  
liæ ignora Plinij temporibus.

## OLEVM RAPHANINVM. XLVI.

Leum raphaninū ex radice Latinis appellata.  
Aegyptij raphanum maxime cupiebant sere-  
re, modo licuisset, quia & quæstus maior q̄ ē  
frumento redibat, & minus tributi pendeba-  
tur, nullumq; coptiosius erat oleum.

## OLEVM MELANTHINVM. XLVII.

Leum melanthinum nomen habet à melan-  
thio, quod est gith, quasi nigellam, uerbum ē  
perbo dicas: nam melantheon anthemis

est, quam modo chamæmilon uocari frequentius  
animaduerto: q̄q; Plinius utranq; melanthionappel-  
lat, nisi lectio deprauata est, qd & crediderim.

## OLEVM SINAPINVM. XLVIII.

## OLEVM MYRTEVM. XLIX.

Leum myrteū: hoc ē latifolia nigra sylue-  
strisq; præstātius, quā oxymyrsinē, aliq; cham-  
myrsinā uocant. Aliqui acoron à similitudine:  
est enim breuis & fruticosa, minore semine,  
ut docebimus. Fieri & aliter oleum myrteum solet.  
Tunduntur baccæ aspersæ calida aqua, dein coquū-  
tur. Myrtas Cato baccas huius arboris appellat. In-  
terest uinum an oleum facias. Ad uinū baccæ in ariditatem  
siccantur: ad oleum nō siccantur. Inest huic  
oleo uini quidam sapor, simulq; pinguis liquor, præ-  
cipua uī ad corrigenda uina faccis ante perfusis: reti-  
net quippe fecem, nec præter purum liquorem tran-  
sire patitur: datq; se liquatis commendatione mira  
quali comitem.

## OLEVM LAURINVM. L.

Leum laurinum ē drupis, inquit, instituitur.  
Nam drupa non olearum modo, sed alias q̄q;  
baccas uocam⁹, Græcos imitati, ἀπυρραῖς ap-  
pellantes. Quidā folium & corticem baccarum adhi-  
bent. Laudatur syluestris & nigra baccis. Ex Delphi-  
ca uero ad acopum & cerata utilissimum.

## OLEVM LENTISCINVM. LI.

Leum lentiscinum ē lentisco fit, Græci χῆνος uo-  
cant. Nam χῆνος iuncus est, de qua uicinitate  
nominum sæpiuscule decipimur. Durius hoc  
paulō q̄ rosaceum, cætero eiusdem effectus. Nec mi-  
hi planē certum est, an hic iuncinum potius q̄ lenti-  
scinum interpretari debeat: quandoquidem & iun-  
cinum rosaceo simillimum esse prædicant. Duobus  
quoq; locis Plinius hac similitudine rosacei, altero lē-  
tiscinum describit, altero iuncinum: alioqui falsum  
aut lapsum affinitate, autorem illum diligentissimū  
qui putem⁹ præsertim cum fieri possit, ut rosaceo sit  
utranq; natura proximum: nam & therminum, qd  
ex lupinis constat, proprietatem rosaceo sororiam  
habere, Plinius idem testatus est.

## OLEVM TEREBINTHINVM. LII.

## OLEVM MASTICHINVM. LIII.

Leum mastichinū ē mastiche, cuius species  
multæ suo loco numerabuntur. Refinam len-  
tiscinam Dioscorides appellat.

VNGVENTA IN COM-  
MVNE. LIII.

Vnguenta Græci μύρα uocant à myrrha, siue  
quasi μύρα ut Chrysippus inquit, q̄ infatuati  
uino & crapula, ferē uti soleant unguentis. Et-  
enim cum bellarijs & corollis unguenta se-  
cundis mensis inferebantur, quod & Socrates apud  
Xenophontem ut meretricium accusat, ut uestem,  
ita odorem, alium pudicas, alium impudicas decere  
prædicans. Lacedæmonij certē unguentarios eijcie-  
bant urbe, quasi corrumpentes oleum: quemadmo-  
dum & infectores, ut qui candorem uellerum accer-  
fictis medicamentis inquinare uiderentur. Prohibuit  
& Solon, ne quis unguenta uenderet. Proinde Sopho-  
cles & Callimachus Veneri speculū & unguētā tribu-  
unt, oleū Mineræ: q̄ illa uoluptati, hoc uirtuti natū  
esset. Primus omnium Archilochus usurpauit unguen-  
ti no-

COROLLARI

ti nomen, hoc est myron: etiam si res Homero quoque nota fuerit, olei non myron appellanti. Unguenta sane, quæ non de floribus sed de aromatis conficiebantur, thymata uocabant, quod & Homerus nouit, cū *ῥῥυμῖνον* hoc est delibutum eo genere lunoni corpus fuisse cecinit. Dicuntur & myromata, nō myrisomata: Hippocrates odora menta, hoc est aromata & suffitus appellauit. Nomen & à patria unguentis est quibusdam, ut Panathenæicon Athenis factitari solitū, & Babylone Babylonicum. Quod Apollonius auctoritatem & præstantiā unguentorum nō locis aut regionibus, sed peritiæ artificū & industriæ acceptā retulit: nam Ephesina quondā in pretio habebant, nunc exoluerunt. Habebatur & Alexandrina propter duas reginas opibus & luxu diffuentes, Berenicē & Arsinoē. In Cortyna quoque diu laudatū est rosaceū: Berenices maioris temporibus. Oenanthinū Adramyti modice cōmendabatur, postea ob Stratonice primū Eumenis nomē obtinuit. Syriacis præferuntur telino summa fuit olim auctoritas, sicut & Asiaticis è Pergamo, unguentarij occasione libanotion è thure cōmendantis, quod antea nusquā fuisse. Unguentū porro pretiosum innat in infusum uili: contra mel probū uitioso melli additum, fides. Nec omnia sanè unguenta omnibus placebant: quin sua singulis ferè partibus corporis erant dicata, ut in bacchari monstrauimus. Infarnes huius luxuriæ Lydi sunt, à quo Sardianū mundum poetæ pro unguentis capiunt. In mentione sunt & brethyon ex Lydio pro crasso & pro anthino quoque acceptum: & sagda siue psagdan: etiam si Nicander in uerbo sagda non unguentū sed homines effeminatos & profligatos moribus intelligit. Alij uero suffimenti genus. Helæi celebrant ab inuatore dictū Plagoninon. Athenis unguenti hemina quinque pondō argenti uenibat: aliqui decem produnt. Unguentum frequens, ut inquit Aristoteles, caniciem oblinētibus siccitatis uitio conciliat. Icesius, qui de odoribus scripsit, unguentorum duo facit discrimina: delicarum, quod & *χρῖμα* siue *χρῖσμα* dicitur, & uulgare ac promiscuū, & ferè palæstris dicatū, quod *ἀλφίμα* cognominant & *ἀλοιμῶν* & *ἐπολφίμα*: de quo uerbo Festus quoque apud nos: unde *ἀλειπῖνος* & *ἐφαλειπῖνος*, quos nostri unctores & reunctores uocant: à Græcis frequentius coniatæ, christæ ac pedotribæ nominantur, ut quæ à limo dictū epalima ob uilitatē scripserunt, errauerint, etiam si mediastini non medicorum ipsi medici reungerent. Habentur & quæ sicca unguenta hoc est xeromyra dicuntur: ut liquida, quæ hygromyra foeminarum auribus expetita. Sunt & moschata, quæ alij moschomyra, Paulus moschelæa uocauit: in que sicut in Arabica quoque unguenta, genus illud, quod arnabonem Paulus & Aëtius appellant, queritur: sed quid sit arnabo, nōdum comperimus. De moscho siue muscho diximus alibi. In multa odora menta uenit & camphora, quam Aëtius caphura nominauit, in eo unguento quod salca dicitur, axillis & auribus foeminarum dicato: nam & suffimentum moschatū in eodem Aëtio legas, in quod & sandala & nuces Indicæ desiderantur, comitante Orientali succino: Est autem nux Indica, fructus, ut Mauri putant, palmæ cuiusdam Indicæ præmagnus atque pinguis, cuius oleum butyro quoque præferunt, bonitate succi. Sandalorum uero tria genera: candidum, rubrum, luteum: camphoræ quaterna. Arboris ea gūmi est, in quibusdam locis medulla non aliter prouentu magno, quæ si

terræ motus, & tonitrua multa fuerint: initio maculis rubentibus, post uel calore solis tosta, uel ignium candescit. Inuenio & alua & sarua & scylmatis folia siue scymatis odores, suffumigandis domibus idoneos. Primum in eo thymiamate quod Cyriæ Romuli ascribitur: sequens in eo quod ad Embolarchum refertur autorem: Tertium in eo quod myrepsicon uocatur. Scylma certe hoc etiam ad calliblepharon probatur Aëtio. Nominatur inter suffitus & masucha siue masuaphion à Paulo: sed ea compositio est non facultas simplex aliqua. Unguenta sanè, quæ ceram uel resinam uel aliquid huiusmodi recipiunt, non myra simpliciter, sed myracopa dicuntur, quoniam similia sint acopis: talia sunt, amara cinum, & decamyrton, à decem rebus unde constat appellatum, sicut à quinque pentamyron.

VNGVENTVM ROSA  
CEVM, LV.

Vnguentum rosaceum id est rhodinon Phæli maxime diu placuit. Commendabatur & Neapolitanum, & quod in Seplasia Capuæ diuendebatur, ut inquit Apollonius. A quibusdam addi salem, & anchusam, & rosaceum, & Dioscorides, & Plinius auctores sunt. Disiunctim hoc fortasse capiendum est, cum ea sit unguenti facienda regula, quibus anchusa adiecta est, sal uti ne addatur. Simplicissima eius mixtura diu fuit, additis omphacio, flore rosæ, crocino, cinnabari, calamo, melle, iunco, salis flore aut anchusa, uino. Huic candidus color erat. Quimacerant in sole rosas oleo conditas, uitreis uti præcipiuntur. Unguentum Cyrenis è rosa pretiosissimum Theophrastus prædicat: quoniam rosa ibi odoratissima sit, inuentum est, & rhodomeli facere, hoc est mel rosaceum, & aquam hydrorosatam appellatam, recentioribus Græcorum.

VNGVENTVM ELA  
TINVM, LVII.

ELatinum è palma fit elate, quam nostri palmam abietem uocant: dicenda per se in loco. Lachrymam eius in unguentis misceri tradunt ad oleum domandum, id est, stymmatis uice: huius & surculos & lachrymam uocauimus. Abietem certe Græci arborem ipsam elaten & spathen nominant: lachrymam ferè spathen. In Theophrasto nomen huius unguento phoenix.

VNGVENTVM MEL  
LINVM, LVIII.

Melinum prælatum in Co. E' cotoneis malis & struthis fit. Quidam genus hoc tum demum in unguentum transire perhibent, ad mixtis cyprino, sesamino, balsamo, casia, abrotano. Queritur uti ne in humidis nata sint, quæ in hoc parentur: ideo utilissima esse, quæ in Sicilia nascuntur, minus probari struthæa, quam uis cognata.

VNGVENTVM OENAN  
THINVM, LVIII.

Oenan-

**O**enanthinū in Cypro, deinde Aegypto præpositum est ex Adramytto. De cenāthe in loco agetur. Sic hoc unguētum idem cum anthino ab Hippocrate uocato, mulierib<sup>9</sup> malis utile, an diuersum & anethinū potius, non liquet. Alioqui uidetur anthinum dici posse unguentum omne, qd ex floribus componitur, lilio, narcisso, rosa, iride. Cuiusmodi maxime in Bœotica Cheronea fingebatur, commēdata Pausaniæ. Vinū porro anthine, siue anthe diximus. Vnguentum cenāthinon etiam cenantharion dici posse testis est Paulus, qui nō eō nominatū putat q̄ accipiat cenanthem, cum sæpe fiat sine ea, sed à uino, & floribus lilij: urebantur, inquit, hoc ueteres à balneis: spargebant eo mēsas, & nares linebāt, & contra pestilentia ualere iudicabatur, præsertim possidonianum cognomēto mesopotamites

**VNG. TELINVM TELINVM LIX**  
**T**elinū ē silicula id est scœnogræco nomen, ratio nemq̄ habet. Addebāt huic & mel & fertā Cāpanicam, & cyprū & mellum & marz & amaracinū. Quid sit mellū Plinio, quod & in uina ficticia & in sinū addi meminit, haud ita dum inueni, forte non mellum, sed mel in ijs locis scribēdum sit, Nā amellū de q̄ & Virgilius & Columella, frutices fert apibus gratissimos, aureo ac luteo colore, ab imo foliosos, floribus purpureis, aspero gustu, cuius radicis succus, ægrotō examini cum amineo uino dari sc̄cipiū. Dicitur uero amellū, quod pastores cū curua legāt dum à Lemano lacu, Alemanni, ut Seruius existimat. Est & amilla flos apud græcos autores quosdā, galli co uocabulo, herba ea que uocat anthemis, siue chamemilid, ut forte amilla, uel idē uel similis sit amello, nihil asseueram<sup>9</sup>, sed i mediū posuisse nihil offecit

**VNG. SAMPVCHINVM LX**  
**S**ampfuchino calamus accessit, in Cypro & Mitylenis optimū, ubi plurima sampfuch<sup>9</sup>. differt hoc Dioscoridi ab amaracino, q̄ aliz res in sampfuchinū, aliz in amaracinū quærūtur. dubitationē Pliniana uerba faciunt: E sampfuchino, inquit, oleū fit quod sampfuchinum uocatur, aut amaracinum.

**VNG. OCIMINVM LXI**

**VNG. ABROTONINVM LXII**

**VNG. ANETHINVM LXIII**

**VNG. SVSINVM LXIII**

**S**vsinum omniū tenuissimum est, hoc & phyllinū, & lilion, & lilion, & lilion, & lilion, ut Galenus, inqt, & Syrium quoq̄ uocabat, & crinomyron, unguinosum erat, hoc & ē lilio q̄q̄ sub diuo sole, luna, pruina, maceratū, fiebat, ipse quoq̄ succus floris syrium dicebatur atq̄ mel, lilia purpurea oleo faciendo, maxime præferuntur, quæ in Syria, & Pisia Pamphyliæ Dioscorides commemorat. Hinc Syrium appellatum crediderim. Nunc omnes fere succi, unde syrapi uulgo, nam syrapi oliuæ condiedæ genus est, Columellæ, susinum porro dicitur à suso quod liliū significat. Vnde Susa Persarū regia ut inqt, Athenæus, ob amicitia dicta fuerint, Theophrastus liliū Aegineticum, & ē Cilicia commendat.

**VNG. NARCISSINVM LXV**

**N**arcissinum ex narcissi flore cōponi desijt Plinij ætate, id de unguento eius dictū accipio. Nam de oleo narcissino medicinas idem Plinius persequitur.

**VNG. CROCINVM LXVI**

**C**rocinum in Solis Ciliciæ diu laudatū, mox Rhodi, additū huic & cinnabari & anchusa & uinū, Theophrastus & ex Aegina cōmēdauit.

**VNG. CIPRINVM LXVII**

**C**yprium in Cypro cōmēdatissimū, deinde in Aegypto, huic & abrotanū quidā adijciēbant, alij panacē optimū, postea phœnicion ē Sydone fuit, mox Aegypto: Si nō addatur sesaminū oleum, durat quadriēnio: excitatur cinnamomo: uiridicabatur cyprinū & rosa cœū: colos cyprino cadi dus Theophrasto, uiridis Plinio, pretium in libras quinq̄. E Cypro canopica in ripis Nili nata, laudatissimū, Afcalone Iudææ proximū, in Cypro tertium, ita mutatur sæpe autoritas. Vnguetum ipsum à Theophrasto nō cyprinū sed cyprus q̄q̄ dicit. Nā cyperion ē cypero quē Cyclades ferunt insulę, componit euetricon à Theophrasto nominatum.

**VNG. IRIVM LXVIII**

**I**riū Corinthi, postea Cyzici placuit, ipsa quoq̄ per se iris illyrica nobile unguētum facit. Sunt q̄ unguentum hoc catirion quoq̄ uocent.

**VNG. GLEVCINVM LIX**

**G**leucinum dictū est, quia ex musto conditur, ab alijs mustū incoquitur uapore lento: Alij permittunt, sine igne cōsumatur oleo mustū alioqui non sampfuchum tātum admiscēt, sed pretiosiora quoq̄ odoramenta.

**VNG. AMARACINVM LXX**

**A**maracinum duplex, uulgare, & quod priuatim cōponebatur in Co, cui & nomen peculiare indicū hedychrom, ideoq̄ seorsum agitur de utroq̄, q̄ nō distinguit Plinius. Laudabatur & ē Melo insula, ut scribit Apollonius, hedychrū à colore dictū uideri potest, quoniā Theophrastus infici hoc tradidit radice syria, quā chroma uocant, unde chromasius forte color nomen uulgo traxit: quāuis & aliam originē dicemus in saxifraga: Meminit & herbæ cuiusdam syriæ uocata Aristoteles, quā Theodorus suriam conuertit. In Columella radix syria genus quoddā, ut nōnulli tradunt, raphani significat. Et in carmine assyriam radicē uocauit, quā zyrium commendari cum lupino macerata cecinit. Ipsius quoq̄ amaraci cyzicene succo pretiosum unguētum fiebat: pauca, ut ait Plinius, accessioe specierū, melle, salis, flore, omphacio, agni folio, uel ut quidā legunt agno polea, panace. Plinius & alij amaracum hac parte pro sampfuchino uolunt intelligi ex quo amaracina unguēta nominētur. Seruius grammaticus: Puer fuit inqt unguentarius Amaracus qui casu lapsus, maiorem ex cōfusione odorem creauit: unde optima inquit unguenta dicuntur amaracina: alioquin amaracus proprie Galeno & Paulo est herba illa, quæ à Dioscoride parthenion uocatur.

**VNG. MEGALIVM LXXI**

**M**egalium propter gloriam appellatū ferūt, & excusserit telinū ante se cāratissimum: alij ut à Megalio inuētoze qui Siculus siue Atheniensis fuerit, existimant. In qua sententia & Aristophanes & Pherecrates & Stratio comici poētæ unt: huic nōnulli & casiam sciscēbant, huius proprietates

etas ut uentiletur in coquendo donec olere desinat. Rursum refrigeratum odorem suum capit. Iulius Pol lux & metallicō à Metallio Siculo inuēto celebrat, nisi quis mendose pro megalio scriptum metallicon existimet.

## VNG. SIVE MASMA HEDYCHRYM LXXII

**H**edychrum & hedychroon à coloris hilaritate dictum, ut præfati sumus. Idē uidetur esse cum amaracino, nisi quod nomen hoc proprie habet in Co, ubi nobilissimū: hinc pro uerbio locus, nihil cū amaracino sui, ut est apud Gelium. Inuenio & in theriacen regni hedychroon: quā diuersa eius compositio probatur. Andaracaron per uerse appellat Arabes. Ingrediunt in hedychrum, ut græcos sequamur, asarum, amaracus, alpalachus, carium, semē, calamus odoratus, iunci flos: xylobalbā mū, opobalsamū, phu ponticū, cinnamomū, costū, myrrha Troglodytica, foeniculum, spica nardi, amomastiche, uinum uetus odoratum.

## VNG. METOPIVM LXXIII

**M**etopium in Aegypto præferebatur quondam Cyprino, abstulit deinde gloriā Phœnice, hoc ē uilissimis erat.

## VNG. MENDESIVM LXXIII

**M**endesio colos niger, à loco ubi Mēdes hoc ē caper colit, ueteribus inter laudatissima & post. Deliacū in Aegypto prælatū quādoq; uel Cyprino. Celebratur & mendesiū uinū ex Aegypto, item mēdæuū ex Thracia Hippocrati cōtra renum uitia.

## STACTE VNGVEN. LXXV

**S**tacte dictū quoniā à stillatitia duntaxat myrrha fiat: colore pallido, suauitate mira. Sed amaritudine præcipua. Costabat & myrrha unguētū regibus Persicis dicatum: quod illi capite, ceu diadematis uice impositum gestabant. Sed addebatur myrrhæ labyzos appellata, quam multo preciosior rē q̄ myrrham esse Dinon scribit. Appellatione unguētū Aegyptij stactē uenire autor ē Athenus. Hippocrates pro eo quod ex acanthes uocata floribus conficitur, & pæderos ab alijs uocatur. Olei uero ægyptij uocabulo, idē Hippocrates cicinū significat, ubi uero adijcitur candidū Aegyptium pro Libyno capitur, ut Galeno placet.

## CINNAMOMINVM VNG. LXXVI

**C**innamominū quod mel accipit, odoratū sit à nonnullis quæritur, pretia eius prodigiosa à denarijs xxxv. ad cccx.

## VNG. NARDINVM LXXVII

**N**ardinum Galenus spicatum Romæ dici solitum, & foeminis præcipue diuitibus familiare prodidit. Nardus uero pistica, siue unguentum de quo mentionem literæ sacræ faciunt, probam & fidelē, & quæ adulterata nō sit nardū significat Hieronymo. Quidam à loco nomē id fuisse putāt. Nardinum ē Tarso Ciliciæ commēdatissimū: unguenti nomē est & nardus Cyzicena, in quod tamen nardū quādoq; non queritur nisi Gallicū. Ingreditur & arnabo. Iulius Pollux & Babylonici nardū pro unguēto uidetur accepisse.

## VNG. MALABATHRINVM LXXVIII

**M**alabathrinum succo folij eius, nullo prætere coniecto, nobile unguētū, pretium in libris. lxx. foliatū quoq; appellari dixim⁹: quā dicat aliquis nardinum quoq; foliatum uocari posse

quia folium malabathri quandoq; accipiat, quod & Dioscorides in nardino meminit. Paulus quādoq; foliatinum profoliato appellat. Idem foliatum, spicatum, moschaleon & Comagenum foeminis ad obdorem tantum quæri affirmat.

## VNGVEN. IASME

**I**asme si quis interpretetur, uiolaceum significat, quā uiolaceum illud quod triuiale est, iaton potius appellat græci. Theophrast⁹ leucoiō, ut ipsam quoq; uiolam. Aliud hoc quod regale nominatur à Persis conditū atq; Parthis. si foetētis animæ uirus, multitudine ciborū & ebrietate natū, accersita odorum commendatione, summouent. Vnguetum hoc & lasiminū & lasimeleon & lasme dicitur: quæ uox admoner me, ut ex ea ferē uiola compositū intelligā, quæ uulgo leseminum uocatur, distinctiones & harundineos parietes in hortis opere topiario uestiens, flore candido, præcipuæ suauitatis, folium in uiridi nigrans, oblongum, saltigiatum: mucrone languido, magnitudine rosæci, sed angustum. Hoc uiolæ genus Persicum & Parthicum, & omnino peregrinum uocauerim, ab alba uiola nostrate longo interuallo distans, ueteribus (ut arbitror) incognitū saltem Italiæ. Recētiores tria iasmes sine iesimini genere constituant, albam colore, ceruleam, & in Aegypto luteā, qualē & in Venetia nasci mō cernimus.

## M Y R R H A

**M**irra græce smyrna dicitur, & zmyrna, ob d & notis duab⁹ zz. scribi solet à medicis, hęc & myrā uocat Hippocrates: minor abitudine, sed fruticosior est thure, ad V. tū cubita crescere arborem Plinius meminit, caudice duro ita re toq; & crassiore q̄ hominis sura, & ab radice etiā q̄ reliqua sui parte, corticē leuem, proximūq; unedonū Andrachnē ue. Foliū olufatri, quidam oliuæ tradit: uerū crispus aculeatū extremitate ut iligneū. Theophrastus ulmeo simile, nisi quod suspicor librationē mēdā sit, pteleas pro aleas contraue scribetum. Scambrū. Alij spinosumq; dixere, cætera similē cerebintho, aut iunipero etiā gustatu, foliū etiānum rotundius, ueteris odoratiore lacryma ē, ut in thure. Prima eius partitio, ut aliā stactem hoc est stillatitia, aliam plasten hoc est fictitiam à Theophrasto nominatā sciamus, pmixtā arboribus thuris nasci tradit. Alij saparatum. Sed & alijs Arabiæ locis proueniūt, & syluis quoq; laudata, q̄ à Troglodytis Sabæi trāstū maris petunt. Satiua syluestri præfertur. Caudet rastro & ablaqueationibus, melior radice nuda refrigerataq;. Falsum est ē thuris arbore utringigigni. Incidit bis, q̄ dēq; cū thure teporibus, sed à radice usq; ad ramos qui ualeāt: sudat sponte ante q̄ incidatur, stactē uocatā, cui nulla præfertur: post hanc satiua, & in syluestri quoq; melior æstiuā. Regi Gebennicæ quærtas partes myrrhæ pēdent. Deo nō dār, quia & apud alios nascatur. Coemptā passim ac pluribus locis in folles confarciūt, ipsiq; unguētarij probitates digerunt odoris & pinguitudinis argumētis. Aliter nomina generē tradidit Plinius q̄ Dioscorides, hoc ormina dine: prima stactē cui pretium à xiii. ad L. Secunda satiua, cui pretium summum ad xxii. Terria syluestris. Syluestrium genera complura, primūq; inter eas locus Troglodyticæ, cuius nucleo p̄tū ad xvi. probat pinguedine aspectu aridiusculo, sordida & plane barbara, acrior cæteris, proximus Erythrææ, quā intelligi Arabicā uolūt. Mineam uocāt aliq; præ-

COROLLARI,

tiung eius ad xvi. Huius species quatuor: stactea, Atramitica, Gebennitica, Ausiritis. In quibusdā exem-  
plaribus nō habetur stactea. Tertius, Dianitidi: quar-  
tus, Collatitiae: quintus, Sembracenā à ciuitate reg-  
ni Sabæorū mari proxime. Hæc hilaritate insignis ē,  
sed uiribus infirma. Sextus, Druisitidi. Est & candida  
uno tantū loco, quæ in Messali oppidū confertur. Di-  
uersa sit à prædictis odoraria cognomine atq; seā, quā  
pleriq; sextam in Plinio non seam legunt, haud con-  
fiteat: cui pretium redditur ad xiiii. In plenum proba-  
tio myrrhæ glebis exilibus, nec rotundis in concre-  
tus uaria: pessima, quæ intus nigra: peius, si sit etiam  
foris. Adulteratur lentisci glebis & cucumeris succo,  
amaritudinis causa: sicut ponderis, spuma argenti. Re-  
liqua uitia deprehenduntur, sapore gummi dente  
lentescentis. Fallacissime autem Indica myrrha, quæ  
ibidem quadam ē spina colligitur, multo deterior:  
atq; hoc solū peius affert India. Nascitur & in Cedro-  
sia, ut inquit Strabo. Argillosa uero terra crustosaq;  
prouenit in Arabia. Describitur à Dioscoride & uoca-  
ta caucalis, colore atro, retorrída, ὑπέρυρος: conuerti,  
maturitate insignis: quemadmodū & exoletos & ex-  
oleta dicimus, quæ Græci ἑξωπρος & ἑξωρα. Quidā cor-  
ruptū locum putant, & ὑπέρυραρον legendū arbitran-  
tur, hoc est prædurū atq; scabrum, quod & barbara  
illa Mauritanī Serapionis interpretatio secuta est: ἄρ-  
& ἄρῳρον etiam hilaris speciosaq; transferri potest,  
qualem Sembracenā fuisse diximus ex Plinij senten-  
tia: hæc, inquit, ante alias hilaris est, sed uiribus tenu-  
is. Seorsum indicabitur & herbæ genus apud nos  
myrrhis & myrrha nominatū: itemq; apud Græcos:  
ἄρῳρον pro aromate illi quidē proprie nō myrrham, sed  
myrrnam uocant.

MYRRHA BOEOTICA. LXXXI.

STYRAX. LXXXII.

85 **S**tyracem Syria supra Phœnicē gignit, ad Gaba-  
las: siue ut Dioscorides scribit, Catabela & Mara-  
chūta, & Cassiū Seleuciae Pieriæ cognominatæ  
montē. Arbor & lachryma eodē nomine est. Hæc illi  
ex austero iucundior. Intus arbori similitudo harun-  
dinis, succo prægnans. In eam ferē per canis ortum  
ad uolant pennati uermiculi erodentes: ob id in sco-  
be fordescit. Laudatur & Sidone, Cypro: & Creta ue-  
ro minime. Ex Amano Syriæ medicis, sed uinguenti-  
arijs magis. Placet maxime purus. Improbatur colos-  
cano situ obductus. Adulteratur cedri resina, uel gū-  
mi, aut amygdalis amaris: omniaq; ea gustu coargu-  
untur. Exit & in Pamphilia aut Pifidia prope Selgam  
Lacedæmoniorū in eo tractu coloniæ: sed acrior mi-  
nusq; succosus, ut Aelianus autor est post Strabonē.  
Ibi syluam eius ligni fertilē fuisse tradunt, & quo missi  
lia corneis similia conficerentur: unde ortum, ut ton-  
cant, styrares appellari consueuerint. Ibi caudicem  
uermiculus ramenta q; congerit ad radicē, deinde flu-  
it humor, & scobi se ad radicem collectæ miscent.  
Pars quæ nō leprosa modo sed terrosa quoq; est, odo-  
rator ut inquit Strabo est. In Aethiopia quoq; styra-  
cem prouenire scribunt. Pretium optimo xix. Quali-  
tatem eius non unam esse argumento sunt cogno-  
tata in compositione medicinarum frequentia, chry-  
matias, calamitis, alpros, hoc est, ut puto, candicās.  
Chrymatiam Arabes interpretantur eum, qui rarus

inuentu & gummi similis describitur. Idem calami-  
tin: ἄρῳ harundine sua mixtus ipso nomine significa-  
tur, pro liquido tamen accipiunt: & fastigia styracis  
duo faciunt, siccum & liquidū, confusione magna:  
& aliquādo liquidū styracem pro myrrha stacte su-  
munt, aliquādo ex eadem arbore colligi utrunq; pu-  
tant, liquidū atq; siccum. Atunt Arabes styracem ē Sy-  
ria petentes in pellibus hircinis urere, ut odorum suo-  
rum thuris & myrrhæ satietatē acrimonia peregrini  
ligni redimant. Idem petunt Elymgeos, arbore bru-  
tam, cupresso Susæ similem, ex albidis ramis, iucun-  
di odoris accensam, & miraculo ut inquit Plinius, hi-  
storij Claudij Cæsaris celebratā, cuius Parthi folia  
porionibus inspergant, odore cedri. Fumū eius con-  
tra ligna alia remedio esse prædicant. Nascitur ultra  
Phasim Tigrimq; in finibus oppidi Scinæ, in montē  
Scanthro. Sunt autē Elymæi Assyria gens, Susianæ  
Persiæ contermina. Petunt & in Carmanos arborem  
strobium, quā uino palmeo perfusam urunt, suffiūtq;  
tecta. Nidor à lacunaribus ad solū iocundus reciproc-  
cat, qui citra dolorem caput aggrauet, & somnum  
ægris conciliet.

BDELLIUM.

LXXXIII.

**B**dellium in nomine est, ut Galenus inquit, Scy-  
thicum & Arabicū, Scythiciū nigrius resinoli-  
usq; Arabicum tralucidius & siccius. Vbi nos  
Sambracenicæ conuertimus in Dioscoride, Saraceni-  
cæ legebatur: sed nos Pliniū secuti sumus, ἄρῳ de myr-  
tha commentantem. Cæteræ optionem de utrum  
probenz qui hæc cognoscunt, ut obiter criticos effu-  
giam.

THVS.

LXXXIII.

**T**huris arboris altitudo ad quina ferē cubita, ra-  
83 mis frequentibus, folio piri, sed multo minore:  
coloris herbacei, modo rutæ, leui cortice ut lau-  
ro. Alij folium lauri leueq; prodiderunt: alij lentisco si-  
mitem etiam fructu, folio subutilo: nonnulli proxi-  
mam terebintho faciunt: alij terebinthū esse, & hoc  
uisum Antigono regi, allato fructu. Sunt qui ex eadē  
arbore thus & myrrham manare putent. Diodorus  
patuam, Aegyptiæ spinæ albæ similem, folio salicis,  
flore aureo. Placet Theophrasto & Plinio sententia  
eorum, qui lauro similem tradunt: quoniā talis arbor  
feruit Sardibus studio, regum Asiæ delubro quodam  
sata. Iuba rex contorti esse caudicis, siue ut placet So-  
lino, uiminis scribit, ramis aceris, maxime Pontii: suc-  
cum amygdalæ modo emittere, talesq; in Carma-  
nia apparere atq; Aegypto, cura Ptolemæorū regnā-  
tium consitas. E' uirgis certe ad nos conueantibus  
credi potest: matrem quoq; teretem & enodi frutica-  
re trunco. Thus collectū & myrrha quoq; Sabotam  
camelis conuehitur, porta una ad id patente in delu-  
brum solis, quē Sabin uocat, armatis ibi custodib;  
tabella superstruem posita, descripto quē modum  
attulerint, quanti q; indicent: mercatores tabellis per-  
lectis, pretium thure sublato deponunt: idq; absenti-  
bus dominis sit. Sacerdotes partem pecuniæ tertiam  
deo reponunt: reliquū dominis redeuntibus nume-  
rant, autore Theophrasto. Thus Spōtinū præter Ara-  
biam nullis, ac ne Arabiæ quidē uniuersæ. Commē-  
datissimū quod spectat ad Persas, ut Straboni placet:  
cæteræ in medio fere eius Atramiyæ sunt pago Sabg-  
orum, qui caput regni est. In Sabota monte arduo,  
ab hoc mansionibus octo distat regio eorum thuri-  
fera,



COROLLARI

fera, Sabaq̄ appellatur. Solum id rubrum è lacteo traditur. Syluar̄ longitudo passus C. milia, siue ut aliq̄, passus V. & L. milia. Terra ibi argillosa crustaceaq̄, raris fontibus ac nitrosis per Minæos proximū pagum euehitur, tramite uel singulis angusto: hinc & rus Minæum uocatur. Ius in thura ecc. esse familiarum dicunt, quæ ob id sacra dicantur: & cum arborem uulnerant, nec fœminæ congressu, nec funerum pollui. Quidam promiscuum ius his populis esse perhibent in syluis. Alij per uices annor̄ diuidi. Duplex eius uindemia: prior canis ortu, cortice, qui pregnans & tenuissimus tenditur, laxato plaga, non adempto: quod hęsit in arbore, ferro depectitur, ideo corticosum: tanta inter barbaros fides, Saucias arbores nemo custodit. Contrā Alexandriæ ubi thus rude interpolatur renouaturq̄, nihil tutum à fure. Autumno legitur ex partu æstiuo. Hoc purissimū & candidum, carphiatū uocant. Sequens uindemia uerna: incisis per hyemem arboribus. Ruffum hoc exit, nec comparandū priori: dathiathum appellant. Nouellę arboris candidius, ueteris odoratius. In insulis melius, in Arabia suatius: q̄q̄ in insulis nasci negatur à Iuba rege: Masculū thus à specie testium uocari, sunt q̄ credant. Præcipua gratia mammoso, cū hærente lachryma priore consecuta. Alia miscuit se. Singula hæc manum implebant, cum tardius depecteretur. Hoc modo stagoniā & atomum thus uocabant. Minores guttas orobiam appellant. Inueniuntur tamen etiamnum guttæ quæ denarior̄ xxxix. pondus æquent: Conuehentibus thura capitale est digredi uia. Decimas deo mensura non pondere sacerdotes Solis accipiunt: nec ante mercari licet. Inde impensa publicæ toleratur: nam & benigne certo dieꝝ numero deus hospites pascit. Euehi non potest nisi per Gebanitas: horū regi penditur uectigal. Caput eorum Thomna abest à Gaza, nostri littoris Iudææ oppido, Lxxx. xxxvii. milia passuum, quod diuiditur in māsiones camelor̄ Lxii. Thure qui conuehant commutant: Si quid in itinere opus est queri in singulos camelos sumptus denariū de Lxxxviii. ad nostrum litus colligit: Pretium optimi libra xvi. secunda, xv. tertia, xiiii. Resina picæ nō quacunq̄ adulteratur, sed gemma ea quæ interuenit ei, tam similis thuri, ut mixta uisu discerni nō queat: & inde fraus. Laudatur in thure candor, amplitudo, fragilitas, ne dentem recipiat potiusq̄ in micis frangatur. Omnia hæc cum Theophrasti tum Plinij temporibus. Thus aut à uerbo Græco θύος sacrificium significante flectitur, aut certe à tussis glebis ut tus Latine scribi debeat. Porro cum dicat in Fastis Ouidius:

Thura nec Euphrates, nec miserat India costum,  
Videri potest aliunde q̄ ex Arabia in urbem comportari solitum: forte quoniā in Carmania quoq̄ nascatur, unde ad nos inuehi non poterat, nisi transmissos amne illo: aut certe quia Chara oppidum Arabiæ mundinarium, haud procul Euphrate situm erat sinu Persico.

CORTEX THVRIS. LXXXV.

91 **C**ortex thuris. Plinius medicinas nec thuris, nec myrrhæ priuatim exequitur: cum tamen styracis & peregrinæ rerum multar̄ describat: credo q̄ usus horum uagus & amplior esse uidebatur, q̄ ut loco uno includi posset. Arbor porro ipsa libanos & dendrolibanos: lachryma uero libanotos à Galeo dicitur. Interim confundi usum eum com-

perias. Sophocles ut Galenus: Euripides contrā libanum pro lachryma, libanoton pro arbore thuris accipit. A iuvene Assyrio cui nomen esset Libanos, in hunc fruticem conuerso, dictā Græci fabulantur: quæ deos studiofissime colentem inuidi occiderint: hinc nihil esse dijs thure gratius. In Sabæis & Iarimum odoris, ut inquit Strabo, præstātissimi genus oritur: nec quale id sit demōstrat: quemadmodū nec herbā illam in ora littorali eiusdem tractus nascentē, suauissimi odoris, sed qui celerrime uanescat.

MANNA THVRIS. LXXXVI.

**M**anna thuris est hypofisma, quod Plinius miscas concussu elisas interpretatus est, ubi de prauata dictione, mamas nō manna uulgo legitur. Id autē sit gestatū atterentibus se glebis, ut inquit Aërius. Differt à thure manna, q̄d plus astringit propter corticis fragmenta quæ remanent: nam quod thuris chondros à Græcis dicitur, nos thuris granum interpretamur, secuti Plautū in Pœnulo: Qui nullū, inquit, thuris granum sacrificant. Est & genus mannæ recentioribus dictū, & à sacris quoq̄ literis acceptū, de quo superius in elæomelite. Manes certe uasis nomē est, & in cottabo pars extior ac prominula, quā Sophocles aheneum caput uocauit. Erat autem cottabus siue cottabis, uasarium iacularis in conuiuio iactus conceptaculū, propositis uictori præmijs quæ cottabica uocabant: id quod ei aculabantur, liquida erat materia, hoc est, id quod in poculo reliquum obmanserat. Latagæ itemq̄ latagæ appellatum, in eo uase pars, quæ sonitum reddebat, percussa casu lataginis, plastrinx nominabatur. Sinistro cubito innixos dextra mollior̄ & per gyri iacere legitimum erat. Cottabi mentionem in Plautio quoq̄ habes: Medici cottabum ex impertitia uocabuli, ut Athenæus inquit, potionem à balneis: siue ut Photion, uomitionem ante balneas uocabant, non pridem inuentam & sanitatis usu deestabilem, & ab Erasistrato uehementer damnatam.

FVLIGO THVRIS. LXXXVII.

**F**vligo thuris Græce lignys, & æthalon, & ethal nominata: nam lychnis herbæ coronamentaria genus est, ut liquebit, & alio modo scribitur. Dicit æthalida & rubiginem fatorum lego: & à chymistis quoq̄ uideo æthalen uocari diuinum laticem, unde philosophicum illud pharmacum siue lapis cōsistat: à quibusdam etefios & androdamas quoq̄ dictus, & aurum poculentum, & alijs nominibus innumera, ut mazys & per diminutionem mazygion & chalcyrion: alioqui maza æs ipsum Iudæis significat. Iidem fuligines hemisomata, hoc est semi corpora appellant.

FVLIGO MYRRH AB ET ALIORVM. LXXXVIII.

**F**vligo myrrhæ, styracis, resinæ, lachrymarum omnium.

PICEA. LXXXIX.

**P**icea ueteribus est, quam Græci πύρρον fere uocant. Huius speciem Theophrastus & Plinius *φύσσειον* hoc est pediferam tincosamq̄ appellant, quia totis paniculis non prima tantum in parte ut abietes, nucleos & minores & nigros habeat: sed ipsas quoq̄ paniculas minores gracilioresq̄. Sunt autē panicule nucamenta quædā, quæ è ramis arboris resinam fundentium callo squammatim compacti, li dependent præterq̄ larici. Negant aliqui florere

piceam, sed uice floris esse nucamenta illa, quæ *uital-*  
*pour* Græci uocant, grossis præciduis fici proportione  
 respondentia. Hæc compressiora maribus sunt, ac mi-  
 nus resina madent quæ foeminis. Præuenit germinatio  
 huius florem abietis, quia paulò ante solstitiū erumpit,  
 diebus ferè xv. & ad proportionem fructificat  
 post uergilias. Differt à pinu picea, quæ pinguior ac te-  
 nuior folio est, quæ min⁹ alta minusque recta quæ pinus  
 assurgit. Præterea coniu minorē & magis inargentē. Nu-  
 cleos quoque resina perfusus obtinet. Vtrique foliū capilla-  
 menti modo prætenue, ac breui seta uillosum. Vtraque  
 crassior dura que ceu cu pressus. Materies candida &  
 abieti similior. Pinus uitis radibus non repullulat.  
 Picea repullulat, ut in Lesbo accidisse Theophrast⁹  
 scribit, in censo Pyraei mōtis nemore quod piceis sca-  
 tebat. In quo scire oportet Pliniū larici tribuere, quod  
 Theophrastus de *πεύκη*, hoc est, de pinu prodit. Deca-  
 cuminatio quam Græci *ιδιγπλω* appellant, piceæ, pi-  
 no, abieti, palmæ, aliqui addit & cupressu & cedro,  
 perniciem afferre pethibetur. Picea nauigijs expeti-  
 tur. In Cypro præstantior etiam quæ pinus. Eadem &  
 ad fabricas cæteras, malleos grandiores, scandulas,  
 cupas & alia secamenta utilis, celerius tamen quam  
 abies corrumpitur. Vfus & in carbone metallis argē-  
 ti. Mōtes amat & frigora. Feralis arbor & funebri in-  
 dicio ad fores posita ac rogis uirēs, iam tamen & in  
 domos recepta tonfili facilitate, rami penē statim ab  
 radice modici, telut brachia lateribus in hærent. Hæc  
 plurimam resinam fundit, interueniēte cādida gem-  
 ma, tam simili thuri, ut discerni uisu nequeat: & in-  
 de Sepalsiariorum adulteria, ut in thure diximus. In  
 Hispania & piceastri sunt, ex quibus resinā, unde pix  
 coquatur, colligunt Pinus procerā est, hanc uecte so-  
 licitatem octo cubitis longiorem effici Theophras-  
 tus affirmat: ac ne sic quidē solida radice, sed ab-  
 rupta. Germinatio coepta in pinu, sicut in robore abi-  
 etis, intermittit: ideoque turget ter, & terna edit ger-  
 mina: quod genus arbores *πυροειδης* appellat, ut qui  
 ter inchoatum opus intermissumque repetant. Theo-  
 phrastus *πυροειδης* non *πυροειδης* legisse. Germinatio prima  
 Februariū ineunte: quanquā in monte Ida serius ac fe-  
 re idibus. Secunda mense Martio, qua & omnis gal-  
 bus, quæ inter primā secundamque fuerat: quanquā tempo-  
 ra hæc ad rationem Latinam traslata non congruunt,  
 ut in galla de robore disputauimus. Cædit uere, ubi  
 cortex tatum detrahendus est, ad operum rotunda:  
 nam ad quadrata, ubi germinatio desierit, & si uali-  
 dior queratur, etiam ubi fructum excoxerit: sed tum  
 uermiculi quidam sub cortice nascunt, qui summo-  
 tens caudicem non erodant, sed uelut inscribāt, un-  
 de quibusdam sigilla: hoc non in pinu uel larice tan-  
 tum euenit, sed in omnibus quæ post fructus matu-  
 ritatem caduntur. Et illa communis omnibus quæ  
 caduntur in arte fabrica ue distinctio: ut alix qua-  
 drifidos uenarum cursus habeant, bipartitos alię uel  
 omnino simplices, hoc est, ut Theophrastus inquit  
*πυροειδης*, *δυσωδης*, *μυροειδης*, quæ Gaza me⁹ quadriuias  
 & biniuias, & uniuuias cōuertit, errore manifesto,  
 quod *πυροειδης*, *δυσωδης*, *μυροειδης* legisset. Nos in ea re  
 Plinium & Vitruuium autores habuimus. Expino  
 nauigiorum rotunda fiunt, & onerarijs carinæ: quā-  
 quam nec ex quercu negligunt. Sed illa trirētib⁹  
 idonea magis est, ut diximus. Aescuffores carbonem

pini querno præferunt: non quia uiribus parem, sed  
 quæ ad statum cōmodius respondeat, nec ut quernus  
 marcescat. Resina huius à germinatu tollitur, detra-  
 cta prius teda. Ex omnibus resinam ferentibus scan-  
 dulas è pino firmissimas esse constat: ex cæteris faci-  
 les omnino, sed imbecilles. Folium pino pinaestroque  
 aculeatum, mucrone prælōgum, exile. Pinus fert mi-  
 nimum resinæ, interdū ex ipsis nucibus, uix ut ascri-  
 batur generi. Pinaester nihil aliud est quæ pinus sylue-  
 stris, mira altitudine & à medio ramosa, sicut pinus  
 in uertice. Copiosiore dat hæc resinam. Gignitur &  
 in planis eodem modo *πύκνυ* dicta. Eisdem arbores  
 alio nomine esse per oram Italiae, quas stibulos uoca-  
 ri Plinius existimat. Ego strobilos legendum arbi-  
 tror, è nataliū cognatiōe ita dictas: sed graciles sub-  
 cinctioresque & enodes. Liburnicarum ad usus penē si-  
 ne resinā, cura degenerant. Florem abietis taxique præ-  
 ueniunt diebus circiter xv. ab occasu Vergiliarum.  
 Eadem proportione fructus suos afferunt. Aliqui ge-  
 nera duo faciūt, in Troade, montanum siue Idæum,  
 recta, celsa, crassa materie, nucibus oblongis, uiridibus,  
 sero dehiscētib⁹, utpote syluestrior pice copiosa.  
 Maritimū folio tenuiore infirmioreque, cortice leuio-  
 re, & corijs utiliore quam Idæi, nucē rotunda, breuique  
 aperienda, ualida & robusta materie. Alij ut Macedo-  
 nes marem intelligunt sterilem, breuiorem, folio du-  
 riore: foeminam proceram & folijs pinguior molli-  
 bus & simplicibus, atque non rigētib⁹. Lignum  
 maribus retorridum, præcinctum medulla, durum  
 & ad fabricorum opera contortum. Nigrior radix fo-  
 ming, mollius & omnino tractabile securibus. Pinus  
 foemina habet quam Græci uocant ægida, mellei co-  
 loris, pictorum tabellis immortale, nullisque fissilem  
 rimis. Proximum medullæ, cor pinus à Theophras-  
 to nominatum, quæ in abiete Iussou appellatur. Na-  
 scitur hæc in foemina duntaxat, ut quæ minus teda  
 cea sit quam mas: leuigatior quoque ac probior cur-  
 su meatuum. Ficum uocant Idæi tedarij, cum gran-  
 dium arborum medullæ securis adigitur: quibus pro-  
 stratis partes candidæ ambientesque computruerint,  
 colore uehementer abiecto, & nervo prætenui: nam  
 id quod in pinu rubidius teda nascitur, mares potius  
 habet quæ foemina: hoc maribus tantū accidit, & odo-  
 re grauissimo est: neque tedam redolens, nec ardens,  
 sed ab igni resiliēs, syce non stacte dicta, ut in Plinio  
 correximus. Pini morbus est ut reda fiat tam parte  
 caudicis externa quam corde, id quod abundantia  
 succi & ubertate larga luxuriantis naturæ prouenit.  
 Mares hanc tantū ferunt. In quo noscendum superio-  
 ra, quæ de pino Theophrastū secuti diximus, omnia  
 ferè ascripta esse larici à Plinio, ut præmonuimus.  
 Nec mirū, quādo & perpetua fronde uirent omnes,  
 & in Macedonia & Arcadia. Circa Elin permutant  
 nomina, nec constat autoribus quod cuique generi at-  
 tribuant. Larici ergo situs idem qui piceæ in monti-  
 bus eademque facies. Materia præstantior longe. In cor-  
 rupta uis emori contumax, rubens, odore acrior, nec  
 ardet, nec carbonē facit: nec alio modo ignis uicōsu-  
 mitur quæ lapides, cum cætera quæ picem & resinam  
 fundunt, immodice accensa carbonem expuat, cum  
 eruptionis crepitu, eiaculanturque longe. Pluisculum  
 huic melleo colore atque lentiore, nunquā durascēris. Te-  
 da uero proprie dicta & à Græcis *δασ* & *δαστιον* uoca-  
 ta, sed & sui generis arbor in Illyrico est, redundatior  
 humore quæ reliquæ, patior liquidiorque quæ picea, flam-  
 mis

mis & lumini sacrorum quoque grata. Improprie uero te-  
das appellamus tum alia quoque ligna, quæ flamma  
olei uel picis illitu concepta, faculæ modo luceant, tum  
piceæ satiuæ partes imas, qualè in nucleorum pineorum  
capite monstrauimus. Ex his quæ dicta sunt constat, in  
Europa sex haberi genera cognatarum arborum quæ resi-  
nam ferant, pinum, pinastrum, piceam, abietem, laricem,  
tedam: Addi potest & septimum piceaster in Hispania.  
Pinum uoco piceas nuces ferentem, quæ Greci *κωνον* ap-  
pellant: pinastrum & laricem, quæ *πικύλα*, in Troade ui-  
senda magnitudine, quatuor & uiginti pedum am-  
bitu, altitudine duorum iugerum, prætereaque cubito-  
quindecim: piceam, quam *πικύνη* & poetæ *βλυθηρίον* ut  
quidam rentur: tedam porro, quam *δάρις* & *δασύλιον* atque  
omnia hæc Plinius sequentibus: Nam Theophrasto  
pinus atque larix idem quemadmodum sæpissime testa-  
tis sumus. In Palladio corrupte legitur tinus pro pinu.  
Idem autor lignum Gallicum uocando aut laricem aut  
ei simile quid significat, ut multi sentiunt.

## PITYIDES.

XC.

Pityida fructum piceæ Dioscorides uocari scri-  
bit, itemque pini: sed improprie, ut Galenus in-  
quit. Plinius est pinastro nuces ita nominat. Hip-  
pocrates pityida pro resina est pinu siue picea potius  
intelligit, ut eadem Galeno placuit.

## NUCLEI PINEI.

XCI.

Nuclei pinei Græce *σπίβια* dicuntur, quæ strobi-  
los & tripudij genus est siue saltationis apud  
Iulium Pollucem, Galenus etiam coccalos uo-  
cat nucleos eos in Hippocrate. Sunt qui coccalos non  
pro nucleis pineis ut cæteri, sed pro cocco Gnido ac-  
cipiant, ut idem Galenus ex alterius Dioscoridis sen-  
tentia testatur. Arbor ipsa *κων* & quandoque *σπίβια*,  
cum decocti melle sunt in taurinis aquiceli nomina-  
tur. Dulciarij quoque genus quoddam ex uua passa nu-  
cleus pineus ex amygdalis una tostis *κων* appellatur  
apud eundem Iulium Pollucem. Nuces ergo pine-  
æ grandissimæ altissimæque, à terra suspensæ, intus  
exiles nucleos, lacunatis thoris, ferruginea tunica ue-  
stitos contegunt. Nucis pineæ quaterna genera, du-  
rum, quod & uulgare: tenerum & putamine digitis  
fragili, ideoque paucibus expositum, Tarentinam uoca-  
bant: Tertium est picea satiuæ, nucleorum cutem mol-  
lissimum adeo, ut simul mandatur: quod autore Plin-  
io sapium uocetur & nucleis: quanquam uerbum nu-  
cleis in eo melius fortasse pro nucibus sapineis quam pro  
arbore ipsa capitur sexto decimo uolumine. Pliniani  
certè codices libro quintodecimo non sapium sed  
apinum habent: nos apium, & indicis, & inscriptionis,  
& exemplarij, quæ manu scripta sunt, argumen-  
to legimus: & Columellæ, apud quem nux sapinea  
legitur. Quidam apinas à uilitate dictas arbitran-  
tes, literam s dictioni ueræ detrahunt. Imas arboris huius  
partes, ut idem inquit Plinius, tedas appellamus. Omni-  
noque nihil aliud quam picea est, feritate paulum mitigata  
satu. Nam sapius siue sapinea, fusternæ pars est abie-  
tis inferior: non, ut Seruius scribit, species abietis apta  
naibus: Nam superna eius arboris à duritia nodorum  
fusternæ simpliciter appellantur. Vtriusque memine-  
runt & Plinius & cæteri. Mouit hominem gramma-  
ticum Varronis credo autoritas parum intellecta, qui  
dixerit in montanis prolixiores uenire abietes, & sa-  
pinos, firmioresque propter frigus: Quartum *πικύλα*:  
quas proxime descripsimus. Est nucibus quoque pi-  
neis non nihil resinæ colligitur.

## LENTISCVS.

Lentiscus *χύν* à Græcis uocata, resinam ubique  
sodat: mastichem uero dictam in Chio tatum  
insula ferè. Lentisci fructum Hippocrates schi-  
nida nominauit, etiam si librariorum culpa, non schini-  
des sed echinides legatur, sicut & cechrides pro cedri-  
des. Lentisci folia quibus modo pelles excoiri con-  
ficiunt apud nos, Iudaico uico plurima ex Illyrio con-  
uecta, & uulgo folia dicuntur. Plinius lentiscum Ita-  
licam dicendo, uidetur præter Chiam alia quoque ge-  
nera nouisse. Fructus initio rubet, post nigrescit: qui  
& sambuci specie in racemis depedit, folio pistati,  
sed minore, per extremitatem rubente, in summo ste-  
mina odoris iucundi modo intortæ, in quibus re-  
sina odoris iucundi continetur. Romæ demonstrat  
in rudribus monumentis lentiscus folliculis inanibus  
& deformibus, his contractis culices euolat frequenter.

## RESINA LENTISCINA.

XCIII.

Resina lentiscina in Chio mastiche est. Improprie  
tatur & ex India quadam est spina mastiche, ite-  
rum ex Arabia, lamam uocant: sed ex Asia & Græ-  
cia ueræque simillima, ex ixme herba, quam Theodo-  
rus Gaza chamæleontem album intelligit, & car-  
duum pineam appellat: id autem que recte, diximus in-  
ter herbas. Ex lentisco Chia gummi modo nascitur ni-  
gra & candida. Pretium candida in libras xx. nigra  
xii. Ex Ponto quoque uenit mastiche bitumini simi-  
lior atque nigra, uino condendo. Cæteræ laudatissi-  
ma inter omnes Chia candida. Adulteratur ut thura,  
resina, ut Plinius ait, sed ut Dioscorides thure & resi-  
na. Galenus in duo genera colligit, nigram & candi-  
dam: nigram Aegyptiam, candidam Chiam uocari  
prodens. Ex Aegypto unguentum aut oleum fieri solere  
negat. Non arbitror quenquam monendum quod longe à ue-  
ro sint qui mastichem à silphio non separant.

## TEREBINTHVS.

XCIII.

Terebinthus *θέρβινθος* Græce dicta, messibus criti-  
ci aut paulo serius fructificat. Mas sterilis. Fœmi-  
na distinguntur: Alia fructum protinus ru-  
bentem, magnitudine lentis edunt, qui concoqui non  
potest: Alia uiridem pallidum uel primo, demum ru-  
bentem, nouissime cum uua maturescens & nigre-  
scentem: qui & odore iucundior, amplitudine fabæ,  
interim maior & resinofum tactu, sulphurosumque  
In Troade circa Idam & Macedonia breuis & fru-  
ticosa & contorta. Damasco Syriæ insignis, copiosa,  
decoro aspectu: ubi mons terebintho nec alia sylua  
scatens. Materies admodum lenta radicibus validis  
actis in profundum, fidelis ad uetustatem. Flos race-  
mosus oliuæ modo, sed rubens: folium numerosum  
ab eodem pediculo, figura lauri digesto in uersus ut  
forbo, unicum ad cacumen exit, & numerum pa-  
rem conturbat: minus tamen angulata sunt quam  
forbo, & similia per ambitum laurinis uidentur,  
& oleosa quoque ut fructus. Fert & nucamenta quæ  
dam caua ceu folliculos ulmi ex iplo, in quibus ani-  
malia quasi culices erumpunt, & resinofus lentor, qua-  
lis est ligno, unde fit resina. Fructus quandiu maturus  
non est, in aqua ferè supernat: niger, fides: uulneri-  
bus profundis ut abies, & quæ resinam tedamque inge-  
runt. Fœcundior efficitur, contraque cæteræ arbores:  
materia uehementer nigra, spissa, splendida, precipue  
in Syria tum ut hebenum quæ prouocet: cultellis ex ea ca-  
pulos, & calices thericleos detornant: ea foliis ceter, ut  
à siglinis internosci nequeat. Thericlei porro Athenis

Athenis clari habebantur. Nomen ab inuatore datum, qui Aristophanis gratia fuerit, siue ut alij putant, a decoratis in eo belluarum pellibus: sacrum Baccho poculum facere. Ceterum falso quidam extiterantiquissimum pateræ genus fuisse. Nam poculum quod Alcmena Iupiter in facie uersus Amphitruonis eius coniugis dono dedisse fertur, carechione seruari. Terebinthus ad resinam tollendam postquam germinauerit, incidit, id quod in omnibus resinis fundentibus custodiendum est.

## RESINAE XCV.

**R**esinae multis arboribus leguntur, omnibus incisis à germinatu, sed uarie. De pinu teda de mum detracta, de abiete ac picea, ligno præuulneratis: sed melior quæ defluxit in caudice. Optima terebinthina est spissitudine, leuitate, odore: secunda bonitas abietinæ ac piceæ: copiosissima, pōderosissima picis proxima è pinu est. Portatur utribus liquida, rum spōre crescit, autore Theophrasto: nam Plinius minimum resinæ de pinu colligi scribit. Crede quia pinus theophrasto larix est, ut diximus. Resinam piceam quæ sicca fit, aridissimam inter oēs prædicat Aërius, cæteris uero quæ priuatim dici meminit.

## RESINAE ALIAE XCVI.

**R**esinam Græci *πινύλη*, & *πικρίλη* quandoque Paulus uocauit. Hanc ex pinu & picea siccam esse Plinius intelligit. Dioscorides ex ipsidem arboribus alias esse siccas, alias haberi liquidas uult: item liquidas è terebintho, larice, lentisco, cupressone: nam & ex feruntur in Asia Syriaque. Fallitur uero qui randa esse putant è picea atque larice. Picea pinguem & thuris modo succosam fundit. Larix gracile, colore mellis Attici, ac mellei etiam liquoris uirus redolentem. Illud notauius, tam arborem ipsam quæ eius resinam uocari laricem. Potest & larigna ut iligna dicinam & castellum in fluminis Padi ripa ex eo ligno conditum uirtuuius larignum appellauit. Oribasius atque Paulus resinæ genus Italiae tantum nascentis & fortasse hanc intelligentes, quam Dioscorides Tyrrheniam siue gallicam uocauit, uel corticatam Coluella. Resina laudatur nationum Cypria, Syriaca: utraq; mellis Attici colore: sed Cypria carnosior sicior & antecedens omnis. In sicco genere candida. In omni montana & campestri, præfertur aquilonia. Terebinthi tenuissima est, cupressi acerrima sapore. crassior cedri, & faciendis picibus idonea. Arabica alba est, acri odore, difficilis coquenti. Iudaica collosior. In Asia, quæ fiat ex picea, admodum, ut Plinius inquit, cædida, sphagos, siue ut legi maluimus, epargos à cædore dicitur. Liquida raro utitur medici, & nisi de coctis. Resina oleo dissoluit, utiq; ad malagma ta uisusq; uulnere: quidam & creta figlinas: hoc fieri arbitrantur, in portiones amarum amygdalis. Colophoniam præter cæteras fulua: si teratur, alba fit, grauior odore, & ob id ab unguentarijs neglecta. Abietinæ resina, ut larici teda, uitiū est. Exiguū abies sudat aliquando cōtactu solis. Inuenio & acernam resinam, hoc est, zygian in cōpositioe, cui nomē est baion. Est em zygia tertium genus aceris, rubēs, ligno fissili, cortice luido et scabro: quod alij carpini uocare maluerunt, ut uirtuuius, à iugis que bobus ex hac arbore fieri solent.

## FVLIGO RESINAE

XCVII.

**R**esina picea, si cū aqua leuius decoquatur coleturq; lentescit, colore ruffo, stilla citia q; dicitur. Eliguntur autem in id ferè uita resinæ corticesq;. Picea uale æris albi: terebinthina in sartagine referuenti coquitur. Est & illa temperies ad crapulam, flos crudus resinæ, cum multa assula tenui breuitate auulsus, conciditur ad cribrum minuta: deinde feruenti aqua, donec coquatur, perfunditur. Huius expressum pingue præcipua resina fit atq; rara, nec nisi paucis in locis subalpinae Italiae conueniens medicis resina: quæ coquenda fit, candidissima requiritur. Porro sciendum est aliud esse resinam comburi, aliud coqui, si proprie loquaris. Vritur ad fuliginem: coquitur uero, quia crudæ usus in medicina ferè nullus, nec extra quam in ouo, teste Plinio.

## PIX

XCVIII.

**P**ix nihil aliud est quam fluxus combustæ in teda sua resine: de pinu ferè omnis, ut Theophrastus inquit: quanq; in Syria terebinthi quoque picem ferunt, quia desint ibi pinus. E picea quoque, cedro, palma, colligitur. Pix hyeme frigida deterior, minus copiosa, decolor: ubiq; optima ex apricis Aquilonis situ. Ex opacis horridior, uirusq; præferens. Ex Idæa & montana pinu largior, coloratior, dulcior, odore gratior, utiq; cruda: quonia decocta multum deperdit, propter serum quod in ea continetur abundantanter. E paralia, hoc est, maritima, flauet: or & crassior, quandiu resina est, uidelicet, quandiu cruda: sed decoctio ex ea partius absunt. Idæa tedosior, è pari modo teda: imbribus admissis q; squaloribus pix abundantior & liquidior excipitur: hæc Idæa, priora Macedones. In Ida pinus aperiantur parte solari, ablato per uulnus cortice, binis ternis ue à terra cubitis cum plurimum, singulis cum minimum. Postea cōfluit è tota pix in ulcus, nō sine teda, cum manare humor desit. Simili modo ex alia parte cæditur, ac deinde alia, & sequenti semper anno teda locum implet. Extenuata per hæc arbor facillime subuertitur uero: quod cum fit, tota succiditur, & cor, id est, medulla eius uritur: In qua & in radice plurimum teda semper est. Explentur uero in pinu caua uulnere, non cortice, nec cicatrice, quæ in hac arbore non coit, sed resina seu pice, anno maxime ab incisu proximo, si pinus frugifera: aut secundo aut tertio, si pessima. Pro bæ uices multas perferunt: uitiosæ, nisi quis modice inaniat, prouentum que dispenset, de tractionem quartam non tolerant. Pinus nouellæ fructificant: ueteres teda non fructu sunt fertiles. Plinius hæc de pinu à Theophrasto dicta transtulit ad laricem: partim ad piceam, cuius assulas terræ proximas laudat: Altiores amaritudinem afferre scribit. In Syria terebintho quoque ad picem detrahunt cortices, è ramis que etiam in ac radice uindemiantur, cum resina tamen damnetur ips partibus. In Hispania è picea stro quoque fit minime laudata: quonia resina eius arida, uirosa & amara sentiatur. Pix conficitur hoc modo: Pauit area canali præparato, per quem humor in mediū confluat: tum lignum in hastulas cōcisum locatur struis congerie, uelut in carbonis usu: mox igni succenditur, terra undique circumdata: ne flamma erūpat: perit em pix, si hoc eueniat. Quod si fumus se parte aliqua extulerit, scalis protinus ad motis locum terra sepiunt, luto que obstruunt, ne qua exeat. Canalis subiectus picem fluentem corri-

b 2 uat

uat in scrobes, cubitis à cōgerie circiter xv. remotas. Strues ipsa sexagenis aut quinquagenis cubitis: centenīs & octogenis alta patet per ambitum. Sunt qui per utrumq; mensum cubitos centenos agāt. Humor qui fluit, obiter frigescit contactu: uritur fere biduū. Operis perfecti signū, si rogi decumbat subsidatq; & quasi latus det. Summa hoc illi diligentia & religione peragunt, ceu feriātes & cum appreciatione praesentium solenni, ut pix ea tum copiosa tum proba euadat: Ac primus quidem sudor, qui aquae modo fluxit in canali, cedrium uocatur, utique in Syria, ubi pinus non sunt: quo in Aegypto corpora defunctorum perfusa custodiuntur. Sequēs liquor picem fuudit, quae in cortinas aereas coniecta, aceto spissatur: & coagulata, Brutiae cognomen accipit, dolis duntaxat utilis, lentore ab alia pice differēs: item colore rutilāre. Et quod pinguior est, auctore Plinio Brutiam à Brutis dici constat ubi nascitur, ad oppidum Mamertium, feraci nemore, ut Strabo inquit. Nec Brutianam silam, quā ob rem uocari eam picem dicat comperi: Non enim silatum uinum pro picato significari crediderim, etiā si Plinius quodā loco spissarum utilissimā medicinā Brutiam, & ad uasa quoq; in Italia condiendo uino tradidit: quoniam pinguisima & resinosisima utraq; praebet utilitatem. Hanc ex mascula arbore meliorem esse adiungunt: id quod intelligi nō posse Plinius existimat. Theophrastus certe uri pinum in Macedonia non omnem sed marem scripsit, picis gratia: nec foeminae tamen radices negligi: quod ea tātum pars in foemina tedam habeat, ex qua omnia illa fiunt. In Asia Syri non detrahunt tedam, sed machinamēto quodam in arbore ipsa picem urunt. Fit pix ē resina quoq; sola pice, feruentibus cocta lapidibus in alucis ualidi roboris, aut si aluei non sint, congesta strue, ut in carbonis faciēdi ratione: haec in uinum additur, farina modo tusa, colore nigrior, ut ait Plinius. Vicia picis acor, aut odor fumidus, aut picis adustio. Experimentū, si fragmenta subluceant, ac sub dente lentescant, acore iucundo. Alia picem Indicam maxime probat. Graecia ē Macedonia Piericam, Vergilius Narinthā. Condiendis uinis Columella & Nemeturicam commendat, quae in Liguria conficitur, & Allobrogicam, quae corricata dicitur. Siccata haec uetustate, in puluerem resoluuntur, cribraturq;. Idem autor picis quoddam genus crudae Tafim uocari tradit, in defrutū Neapolitanum addi solitā. Sunt qui Rhœricam, Palladius coracinam picem nominat contra formicas arborū: sed mēdosa lectio est, & coracinū piscē legendū, id quod ex Graecis rei rusticae scriptoribus elicias.

OLEUM PICINUM. XCIX.

**O**leum picinum Graeci πικρὸν uocant. Probatum maxime ē Brutia, ut quae resinosisima et pinguisima sit. Color oleo fuluus.

FVLIGO PICIS. C.

**F**vligo picis, cremata pice fit: quae quidē aliud est quā pice cocta, ut in fuligine resinae diximus.

PALIMPISSA. CI.

**P**alimpissa nihil aliud est quā cocta bis resina. Nam prima decoctione pix fit, secunda bis pix, hoc est, πικρὸν πικρὸν.

ZOPISSA. CII.

**Z**opissa efficacior omni resina & pice tradit, ad oīa, quibus ille profunt, uidelicet adiecto salis ē mari callo. Optia haec à tyrociniō nauū.

BITUMEN.

**B**itumen Graeci ἀσφαλῶν dicunt: unde lacus Lydiae, ubi nascit Asphaltites uocatus: quo Iordanis amnis ē riberiade lacu altero profectus, influit lacum Asphaltitem. Galenus in Syria coele salum, & propterea mare mortuum uocari prodidit. Vitruuius sub Babylone inquit lacus amplissima magnitudine Asphaltites appellatur: habet supra natas bitumen liquidū, quo Semiramis sit uisa, cum Babylonem circumdedit muro. Item Ioppe in Syria Arabiae lacus inquit sunt immansi magnitudine, qui emittunt bituminis maximas moles. Ex Lydiae bitumen oritur, certo anni tempore supernatas: nec potest sibi tunc auelli, ad omnem contactum sequax atq; lentum, praeterq; filo, quod menstruum mulierum infecerit. Bitumen alibi limus, ut in Lydiae alibi terra est, ut in Syria circa Sidonem oppidū marinū. Spissatur haec addensanturq;. Liquida sunt Zacynthiū & Babyloniū: cui detracto subest sal, & ad lucernas utuntur. Babylone nigrum & candidum gignitur: ubi & siccum fonte quodā, ut inquit Eratosthenes, Euphrati proximo. Liquidum est & in Apolloniario agro inuentum: etiā si coire in glebas à Diocoride dicatur. Fortasse defertur hoc à montibus liquidum, post concreuit. Siculum ex Agrigentino lapidum, liquorisq; oleacei est. Incolae harudescens, Bituniculis id colligunt, ocyssime ita adhaerescens. Bitumen illius aramentis, munitq; ea contra uim ignis. Statuas ex eo inungi solitas ferūt. Placet in ferrareis fabrorum officinis tingendo ferro, clauorumq; capitibus: Nam calcis usu constructos eo Babyloniis multos nouimus Bitumē ex fulmine oriri dicit: unde luxta Babylone redundat eo lacus, quae frequentia ibi cadant fulmina, ut Seruius grammaticus existimauit. Haud procul Susis puteum haberi scribit Herodotus, unde bitumen, sal & oleum ex trahitur: id oleum Petras appellare Rhadinacem.

PISSASPHALTON.

**P**issasphalton aliud naturale, ut Apolloniaticū, Babyloniū, Zacynthiū, ē quodā lacu: Nam Graeci omnia ea modo ἀσφαλῶν modo πικρὸν uocant: nominant: quandoq; resina. Naturale optimum: ex eo quod cum feruet, innatat, aliud factitium, mixta pice bitumini. Hoc genus bituminis in Apolloniatarum agro inuentum, picem fossilem à Theopompo dictam auguror.

NAPHTHE.

**N**aphthē Eratosthenes generi bituminis liquidi ascribit. Sed ardens eius uis, ignium naturae cognata, procul abest ab omni usu. Ita appellatur circa Babyloniā & Susidem, & in Auisa generis Parthiae profluēs bituminis modo liquor. Crematam ea pellicem Creontis filiam à Medaea ferūt, ad aras accedentem, corona igne correpta: etiam si radice cuiusdā ui à Circe doctam, incēdium id creat, se, Diodorus meminerit. Similis naturae limus in Cōmagene, urbe Samosata, stagno emergens, maltham uocant. Flagrat ea protinus, & cum quid attingit solidi, adheret: & sequit fugientes. Ita defendēre muros suos principes oppugnante Lucullo. Flagrabat miles armis suis: aqua magis accēditur, utiq; non admodū copiosa: pulueris tm & luti iactu resinam, itēq; aceto, uisco, sulphure. Possidonius in Babylone fontes naphtheg geminos esse tradit: altere cādidi, qd & liquidū sulfur sit, ignes in se cōtrahens: altere nigri,

CIII.

CIII.

CV.

nigri, quod liquidum sit bitumen, & olei uice ad lucernas uile. in Mutinensi certe agro Italiae similis bituminis seu naphthæ potius liquor nascitur, & candidus & rufus: quem circulatorum ad prestigias suas uilem circumferunt. In terra Moesia Pannoniæ iuncta, inquit Solinus, parte qua Pontum attingit, herba nascit: qua cum inficitur oleum quod uocant Medica, dirigatur, aqua enim exardescit, terra extinguitur.

## CVPR. E. S. S. V. S. CVI.

**C**upressus, longa, subrecta caudice attollitur: cætero quidem orbe saturo, hoc est, semine suo nascitur: in Creta etiam trunco, præsertim in modo ab terra, modo à parte media, modo summa, raro ab radicibus. Semen ei perexiguum: non enim galbuli, qui nascitur, ut Theophrastus refert & Varro muratur, tanquam pilæ parvæ, cortice cupressini, dictæ coni, sed ipsius intus primigenia semina dedit natura, laricis proxima, perquam minuta: hæc pilula deficiente, illa cum maturescit, diffiant & euoluant, neque facillime colliguntur, præterquam à peritis. Aduena Italiae quondam & natu morosa, baccis torua, folio amarum, odore uiolento, materie rara, ac penè fruticosi generis: Dicitur in Creta, seu neribus indicandis ante domos poni solita. Sterilis foemina diu: sed metæ aspectu, quæ in fastigio ei conuoluta est, grata, distinguendis pinorum ordinibus, facile se tonsili cultura præbens, historiales picturas tenui folio breuiter & uirgæ superueniens. Contra mas spargit extra se ramos, deputaturque & accipit uitæ. Vterque sexus in perticas affectus admittitur, amputatione ramosæ, qui tertio decimo anno singulis denariis uæniunt. Proinde filiarum dorem plantaria ueteres appellauerunt. Tarentinam Cato nominat, quoniam ut Plinius arbitrat, primum in Creta uenerit Tarantum cupressus. In Aenaria quoque succisa regerminat. In Creta quocumque loco quis mouerit solum, nisi seratur alia, hæc sponte generatur: in Idæis albisque montibus etiam non appellata ea profilit: sibi summis iugis, ubi niues nunquam sunt, plurima. Alibi non nisi in tempore provenit, maxime cupressum Milesiam inuenio. Fructum cupressi, galbulos & nuce cupressi recte uocaueris. Nam galbulus ut ait Suetonius animalia sunt exilia, quæ in æcolis nascitur. Cupressos à partu ramulorum paruum uocatas Græci uolunt, deinde ueteres propter quod occupauerunt. Easdem & charitas appellari solitas Steoclis fuisse filias adnarrare: quæ dum tripudium deas subissent, in puteum ceciderunt.

## I. V. N. I. P. E. R. V. S. CVII.

**I**uniperi duo genera quidam constitunt, unum, quod floreat, nec fructificet: alterum quod fructificet, nec floreat. Solam ferè arborum prorogate fructus suos in biennium, qui ne maturescant quidem, sed decerpantur, & aliquandiu conditi seruentur: et si in arbore relinquuntur, marcescant. Materia fabricis conueniens, tam futuris sub dio quam terra obtinendis. Plinius hac descriptione cedrum maiorem non iuniperum demonstrat, ut indicabimus in cedro.

## I. V. N. I. P. E. R. V. S. M. A. I. V. S. C. V. L. A. CVIII.

**I**uniperi uirtute similem capidam à Catone dictam inuenio ad lotium mouendum: nec quid sit, dicere coniectura possum.

## S. A. B. I. N. A. CIX.

**H**erbae Sabinae aut etiã Saurinae genus id, quod simile cupressi folio est, cupressum Creticam nonnulli uocauerunt. Notum est contra gallinacei generis pituitas remedium, ut cubent in simo, qui ex herba Sabina fiat. Dioscorides hoc loco βαρυνοκαρι eam tradit à nonnullis: ut fortasse de hac intelligant scriptores, præsertimque Diodorus, cum in Arabia nasci dicit boraton iuniperum, cedrumque, quasi boraton pro baryto, uel contra, exemplariorum uitio legatur.

## C. E. D. R. V. S. CX.

**D**e cedro autores uariant. Theophrastus alteram Phœniciam, alteram Lyciam appellat: similes iuniperi, nisi quod folium cedro acutum, spinosum & durum, iuniperi simplicius ac mollius: excelsior & hæc quam cedrus. Alij utranque cedrum inquit, nominant: sed quæ proprie sit cedrus, acutam cedrum uocare malunt, id est, ἰξὺν ἄρον. Nodosæ ambae, alis frequentibus ligno contorto: sed in iuniperi spissiore putrescunt. Cedro æterna materies: Vtriusque medulla rubes: sed odorata in cedro, sicut & fructus, qui & flauus & magnitudine baccarum myrti cernitur esculentus, hilaris: iuniperi niger, acerbus, ingestibilis, durans annum, prius non decidens quam subnascatur alius. Arcades fructus in ea ternos eodem haberi tempore confirmant. Satyrus utranque sibi illatam sine flore, cupressi similes, scabriore tantum cortice. Radices solutæ summa cute ambabus hærent. Saxosa loca & argentia sequuntur. Plinius longe aliter, quippe qui notas iuniperi cedrique confundat: fortasse uerius quam priores. Cedri summa generatio facit, maior & minor: Maioris iterum duo, quæ flores, fructum non fert: quæ fructifera est, non floret: & in ea antecedentem fructum occupat nouus. Semen eius cupressi simile. Quidam cedrelaten uocant. Ex hac resina laudatissima. Minoris quoque species binæ, Lycia & Phœnicia: iuniperi similitudine, differunt folio: nam quæ acutum, durum, spinosumque habet, ἰξὺν ἄρον inquit appellatur, ramosa & nodis infesta: altera odore præstat. Fructum eam ferunt myrti amplitudine, dulcem sapore. Dioscorides fructus myrti similitudinem cedro maiori, ex qua pix fiat, non minori tribuit. Crassiuscula cedri resina est, & ad faciendas pices commodissima. E cedro simulacra diis præcipue, sicut in cupressi, loto, buxo, atque etiam oleaginis radicibus minora. Optima nauigijs Syriæ Phœnicia: quæ: nam Syriacæ in montibus natæ tanta crassitudo fertur, ut homines terni caudicem amplecti nequeant. Solent cedri humorem quendam reddere, ut simulacra etiam deorum quandoque sudent. Similis in Arcadia est arbor, cedris nomine. Frutex in Phrygia pusillus, frondis æternæ, arborefcensque nunquam, à Theodoro Gaza uocatus cedrus: hæc & cedriam à Theophrasto dici puto, quatenus arbor est, non quatenus frutex: tunc enim cedris sit, non cedria. Cedria Theophrastus inquit differt à cedro, arbor folio pungente mucronibus perinde ut cedrus. Hippocrates cedrin Creticam & hederam Creticam foeminae incommodis auxiliari scribit, in uino lacteo, id est, tepido: sic enim ἰξὺν ἄρον interpretant nonnulli.

## C. E. D. R. I. A. CXI.

**C**edria modo cedri pix, modo cedri resina uocatur, e cedro magna que cedrelate dicitur: nihilque aliud est, si proprie loquendum sit, quam cruda cedri lachryma, Cedrium uero succus cedri est, e cedra

eius concisa furnis, qui primus aquæ modo fluxerit in canal: nam sequens liquor pix iam, non cedrium est. Sed confundunt autores, nunc pro resina, nunc pro sudore tedarū, nunc pro pice cedriam & cedrium uocantes: interim pro oleo cedrino, quod <sup>med. p. l. x. v. i. v.</sup> ex malis cedri ut ait Plinius, appellant: omnibus em̄ ijs q̄q̄ diuersis, eadem tamen natura inest. Columella cedrinum liquorem uocauit. Libricedrio inuncti à tineis & carie uindicant. Damnat usum Plinius propter ancipitem eius proprietatem, uicētia perimendi, perempta custodiendi: cuius tamen ratio preclare à Galeno redditur: quia tamen si adurat, ita ut ordine quarto calfacientiū censei meruerit, inter omnia tamen erodentia medicamenta, quæ Græci septica & septas cognominant, infirmisimum esse constat. Proinde uiuentibus appositum, uitali calore adiuncto sumit uires & quasi accenditur, atque ita iugulat. Sed defunctis additum, putredinem tantum & uiciosos humores exeret & absomit: quibus detractis, incorrupta seruantur. Galenus & Paulus non cedriam sed cedream uocabant.

## CEDRIDES CXII.

**C**edrides fructus cedri sunt, ut daphnides lauri. Minus urunt quàm cedrus gustantis os, ut mandi quoque possint: soporifera tamen uis, si copiosius edatur, caput tentant inflammantq̄, interanea quoque torquent: Galenus auctor,

## LAVRVS CXIII.

109 **L**aurus cortice tenui describitur. Degenerat ut quercus & myrtus pertinaciter, adeo ut in Andandro fructus è rubro niger eueniat: quod & in myrto ibi accidit. Fert & uiam suam laurus tam fecunda quàm sterilis: nec tamen fecunda omnis: copiosius sterilis, quam marem appellamus. Genera lauri præter ea quæ in ratione daphnoidis & Alexandrinæ monstrabimus, Delphica ex albo uiridior maximis baccis, atq̄ è uiridi rubentibus: dicta, q̄ uictores Delphis coronarentur ea, ut triumphantes Romæ: quo & triumphalem uocabant, ad Cæsaris Augusti tempora, ut mox dicemus. Delphicam Helianus è Thessalia translata Delphos ab ipsis Tempe scribit: tū cum Pythius Apollo draconē sagittis interfecit. Hanc Lactantius grammaticus etiam tripodem uocari dicit, quoniam radices inquit ternas habeat. Apollini dicata propter uim triplicem, diuinationis præteritorum, futurorum, præsentium. Cypria folio breui, nigro, per margines imbricato. Crispa, quam laurum syluestrem aliqui intelligūt, nonnulli sui generis arborem, q̄ bacca ei cœrulea sit, mustax, folio maximo, albicante, flaccido, appellata, quod musta ceis subijceretur. Mustacea quid sint, & qua ratione fiant, Catonem consule. Diximus & in amylo. Regia quæ & augusta dici coeperit, amplissima folio, baccis, arbore, gustatu quoq̄ non aspero. Aliqui ab augusta regiam dispescunt, longioribus folijs latioribusq̄ quàm augusta. Baccaliā uero dicunt hanc que uulgatissima est, baccisq̄ fertilissima. Sterilem earū triumphalem, quod ea putant triumphantes usos à Cæsare Augusto, reiecta Delphica. Sterilem & laurū eam esse perhibent, quæ missa sit è coelo eidē Cæsari, altitudine minima, folio crispo ac breui, rara inuētur. Est & quæ Taxa dicitur topiarij generis, excrecente in medio folio paruula uelut lacinia folij. Habet & spadonia, opacitatis patientissima: itaq̄ quantalibet sub umbra solū implet. Extra Herculis columnas in

mari nascitur frutex, folio laureo, qui electus, in pumicem transfiguratur, in Heroo sinu pare aquis exstante lapidea est, similis tamē uirēti: magnitudo fructu tici bipedalis. In mari quoq̄ rubro uiuere affirmant eam, sed similem arizæ. Aria syluestris arbor est, hycemis initio fructificans, materie durissima, ut necesse sit anteq̄ terebretur macerari eam prius aqua: quod & in robore carpinosq̄ seruaf. Honos ei ad carbonas argentarijs officinis, ut robori, unedoni, piceæ, utiq̄ ad coctionem primam. Est & aria siue agria, quam prolice aquifolia dores habent, ut in fago diximus. Ex ea lauro quæ in mari rubro nascitur, instrumentū musicum pandura factum, à Troglodytis legitur. In Corsica laurus diu nulla fuit, nunc ibi satū prouenit. Ramo laurum seri posse constat, quod ueteres dubitauerunt, manu saturum, receptarumq̄ in domos, fulmine sola non icitur. Ignes abdicat salis modo crepitu. Interaneorum etiam uicia & neruorum ligno torquente. Folium eius lauream uocamus & Catoloream. Vni arborum Latina lingua nomen imponitur uiris: nam Tullius Ciceronis libertus Lauream lebrauit. Laureolos quosdā ueteribus dictos Iuuenalis & Martialis poetæ satis indicat. Sunt qui lora hinc dicta existiment, quæ antiqui laura nuncupabāt, à laurea triumphosq̄, sub qua solent captiuos uincere ducendos in pompam. Vrilignum eius fas erat: nis uisibus: sed ne aras quoq̄ ipsas accēdi eo fas erat: ut quidam mirentur unde Horatius & Papinius laurum ipsam non solum imperatoribus, sed uatibus dicatā cecinerint, cum hedera poetarū, laurus ducum fuisse legeretur. Quidā seniles baculos è lauro quoq̄ faciunt. Cæsare pontificumq̄ domos, militum arma, fasces imperatorum ornare quondā solita. Pacis uel olea, sic uictoriariū laurus semper in dex. In lauro ueteres Spartani libum & bellaria iacētes rodebāt post cornam, ob id folia eius cammatidas <sup>ante q̄ uictoria</sup> quod est rodere, uocabant, & placentas ipsas cammatas siue pſesta, hoc est polētam oleo conspersam, quarum loco nobilioribus epœcla, siue quod idem est matyge dabantur, ceu sportula: quædam maiores pretiosiores que, ut turdi, palumbi, merule, turtures, & anseres, & alia ijs similia. Post obrinuit ut omne paulo suauius atque laurius edulium, matyge diceretur: siue ab eo uerbo, quod pinere, unde magē des & mazē quoque sint appellat: siue ab eo quod mandere significat, unde mastiche dicitur. Hæc quia in postremo cœnarū dabantur, ab alijs epidorplima & epidipnides appellari solent. Hinc iuris cuiusdā pretiosi genera magis & capis appellantur in Plauti poetæ Pseudulo. Nam & uasis genus est magis, quod tamen Varro à magnitudine deducit, ut capis quoque non captis legi possit: Fuit enim hoc moris ueteribus, iurulentia ipsa nominibus uasorum appellare, ut paropsidem & triblion. Sed & tragematis uel ce laurum in secundas mensas inferri solitam, Calias & Diocles, ut Athenæus inquit, autores sunt. Ramus lauri aut etiam oliuæ à quibusdam uocatur arifacus: q̄q̄ & auicula erythacus hoc ipso nomine appellari solet. Est autē erythacus à Theodoro dictus rubecula, est & rubetra quædā uolucris, ab eodē ficto nomine, quam Aristoteles batin uocauit.

## DAPHNIDES CXIII.

**D**aphnides & daphnococci, baccæ lauri sunt.

## PLATANVS.

CXV.

**P**latano in quantūvis altitudinē radicādi se ma-  
tura, modo nihil obstat, & aqua suppetat, qua-  
lis in Lycio Athenis fuisse traditur: quæ iuxta  
aqua ductū nouella adhuc, in dodrantes ferē centū  
progressa est. In Creta insula ad Cortyniā platanus  
sterile dicitur, ad fontē quendam, quæ folia hyeme  
non amitteret, sub qua Ioui cōpressam Europen in-  
digena tabulanē. Itemq; in Cypro una, simili esse na-  
tura usam aliquando. Platanū in æreo tripode nasci  
credit Theophrastus. Vna hæc maxime tolerat secu-  
rim, & subuersa flatu, ab radicibus reponi potest, ut  
falix & populus alba. Ideoq; actionē dabat Labeo ar-  
bor: furim cesare contra eos, qui prostratas uel sub-  
cidissent, uel asportassent: quoniā nomine arborum  
concrenent, quæ possent resurgere. Hæc Italiae ad ue-  
na, diuq; in ea Theophrasto etiam nū prodente rarissi-  
ma, per mare Ionium in Diomedis insulā primū in-  
uecta. Cōmunicata quoq; barbaris occidentis, & ad  
Morinos usq; Imperij Romani terminos perducta.  
In Lycia unius specu Plinij ætate, octoginta atq; uni-  
us pedū cauo prædicata: huius umbra delectatū Xer-  
xem in terra Lydia reperio, qui diē integrū cū exerci-  
tu consumpsit sub ea, atq; ut capti amore solent, mul-  
tis donauit arborē muneribus: quodq; ridiculo pro-  
ximum est, culto de ei tanq; pellicis Meledoniū quen-  
dam reliquit: auctor Helian<sup>9</sup>. Nutritur mero platanus  
in suo radicibus. Commendatio eius summa: Solem  
gitatibus arcere, per hyemes admittere: Platanū sate,  
ut Plinius inquit, regenerauere uitiū. Sunt & platanū  
pumilæ, chamaeplatanū uocant. Id & genere serendi  
& recidendi sit: ratione inuenta sub Augusto Cæsa-  
re, quemadmodū nemora tonderentur. A platanū fo-  
liorum amplitudine platanūstos Græci uocant loca  
spatiosa lateq; patencia, ut Phocioni credamus. Pla-  
tationem uero Hippocrates saxum mari extās leui-  
gatūq; at platanos uasis genus est, è quo popana  
ingebatur. Platanum Italia modo raram habet: Ro-  
mæ usam & in Veneria provincia Bassiano agro,  
in uiculo cui Fogia nomen sit. Theophrastus è plata-  
no Aegyptia unguentū fieri solitum scribit, commē-  
datum uestibus: non per se, sed additum in alia, præ-  
ferimq; iuinum.

## FRAXINVS.

CXVI.

**F**raxinum *μικτὸν* & *μικτὸν* quoq; Græci uocant:  
trinodemq; cognominant, hoc est *πλοῦν*, quia ra-  
mos habear prægrādes, ordinatos paresq; nu-  
mero: quod genus arborum Græci *ἀξίλοιστάων*, hoc  
est, ut quidā interpretantur, egregias, appellant: co-  
piosissima, procera, teres. Fructificat æstate, quanq;  
in duo genera diducitur: excelsum procerūq; ligno  
candido, molliore, crispiore, neruoso, enodi. Alterum  
humilius, scabriore, duriore, fusciore: sed folio laurus  
latifoliae acutiore, leuiterq; per ambitionem serrato:  
& ut Theodoros inquit, subsidenti: quia legisset *ἀ-  
κυσίον*: Nos *ἐπικουρίον*, hoc est, non sine quodam  
folio singulari credas consistere: quoniam ab pedicu-  
lo uno folia simul cuncta erumpunt, & per ampla  
uersum interualla, tanquam per genicula conti-  
nenter ordine que pendeant, perinde ut in sorbo:  
unde pennata dicitur à Plinio: Inter nodia latiora cā-  
didæ, coniugationesq; plures, & folia longiuscula,  
& magis angusta, coloris herbaei. Cortex lægis,  
spissus & tenuis, rubro colore. Radices crebræ, sub-

limes & crassæ. Carere hanc flore ac fructu in Troa-  
dis Ida credunt falso: etenim fructum fert minutum  
in siliquis, nucosum qualem amygdalæ, gustu sub-  
salsum. Fert & lauri modo fraxinus muscum: & alia  
quædam astrictiora gustu, circinataq; ut pilulæ pla-  
tani. Hæc partim cum fructu emergunt, partim mul-  
to post nascuntur ei, & quæ *πικτὸν* hoc est plicamen-  
ta siue inuolucra dicuntur. Leuis exire amat cauis ma-  
te nibusq; locis, scabra, sitiētibus & saxosis. In Mace-  
donia *βουμκίαν* appellant raro corpore, minusq; cris-  
spo, amplissimā & lentissimā. Fraxinus, pirus, pira-  
ster, solæ in planis & materia & fructu cōmendatur.  
Opportuna cædi autumno est. Materies ad plurima  
utilis. In Ida Troadis intantum similis cedro corti-  
ce ablato, ut Plinius: taxo, Theophrastus ementes  
uti fallat. Quidā situ diuisere fraxinū: campestrē cri-  
spam, montanā spissam. Folia earū iumentis mortife-  
ra: ceteris ruminantiū innocua, idq; in Græcia. Nihil  
iumentis nocent in Italia. Et hoc de taxo Theophra-  
stus interpretatur, non de fraxinō. Forasse nominā  
uicinitas sefellit prodentes, Græcis fraxinū *μικτὸν*, ta-  
xum *μικτὸν* uocantibus. Matutinas occidentesq; um-  
bras eius, quæ sint longissimæ, nulla serpens attingit.  
Expertū se Plinius dicit, si fronde ea gyro claudatur  
ignis & serpens, in ignē potius q̄ in fraxinū fugere ser-  
pentē. Fraxinus anteq; serpētes prodeant, floret: nec  
ante cōditas, folia dimittit. A fraxini foliorū similitu-  
dine fraxinula siue fraxinago herba dicit, ueteribus  
nusq; dicta quod equidē sciā. Mauritania uel hæc uel  
similē fraxinulæ seaculim appellat, in cōpositiones  
ad Venerē excitandā quæ sitas adhibet, radice candi-  
da & nodosa, flore uiolaceo, ferē inter candidū & ce-  
ruleū: semine rotundo, ut iuniperi: folio inter pisum  
atq; fraxinum. Non desunt tamen qui decaculim ex  
India tantum inuehi putent, notis quas modo ex-  
posui: quandoquidē fraxinago hæc, quæ in nostris  
habetur manibus, inefficax & infirma sentiat ad  
medicinam.

## POPVLVS.

CXVII.

**P**opulus duplex, alba & nigra: alba *λευκή*, nigra,  
*αἰθήρη* & à Græcis appellata: utriusq; folia ut Cro-  
tonis in iuuenta circinatae rotunditatis sunt: ue-  
tustiora in angulos exeunt: E contrario hederæ an-  
gulosæ rotundantur, propterea meminit Theophra-  
stus putare quosdā mutari candidā, ut croton & hel-  
ix in hederā uetustate, quæ admodū & pirus in pira-  
strum. Habet candida cum quibusdā per paucis pro-  
prietatē illā, ut ab æstiuo solstitio circumagatur, hoc  
est partes supinas foliorū conuertat, sicut olea, salix,  
ulmus & tilia: quod quidē sideris confecti rusticis ar-  
gumentū est. Veruntq; genus erectū: sed nigra proce-  
rior & leuior. Foliū simile ligno: intus utriq; par can-  
dor. Neutra uidetur florere. Populorū folijs grandissi-  
ma lanugo, Græci *χρῶν* appellant. Euolat candidæ, ut  
iulus. Nostris tria genera populi fecerunt: albæ, quæ  
uuas, bryon uocatas, ferat, unguentis: folio numero  
fiore, bicolore, superne candido, inferiore parte uir-  
di: Nigræ, quā Arcades sterile putauere: sed in Creta  
fructificat, in ipso Idææ specus aditu: & ad fontē quo-  
q; Sauri, duodecim ab eo loco stadys: in Cindrio quo-  
q; proximo ab Ida monte, & circa Tirasiā parte mon-  
tosa. Tertiū genus Lybicæ, folio minimo ac nigerrī-  
mæ, fungisq; enascentibus laudatissimæ. Populi fe-  
rūt in folijs guttā, ex qua apes propolim suā faciūt.  
Inter nigras efficacissima populus est, quæ in Creta  
nascitur.

b 4 nascitur



COROLLARI,

nascitur. Aristoteles autor est, acheroin uocari nigrā populū. Pausanias candidā, ita nominatā, q̄ Hercules in descensu ab inferis apud Acherontē uidisset eam, ramumq̄ extulisset: proindeq̄ non alio ligno cremati uictimas in Elide Ioui Olympio. Aristoteles omne satū syluosum arborosumq̄, acherusion dici prodidit: ad quod forte alludēs poēta festiuissimus, ulmosum Acherontē dixerit in Amphitruone. Resina populo exigua est. Humor ē cauis huius effluit medicina utilis. Oleū fit & ē populo nigra, semine: populeū uulgo, ægirinon à Græcis appellatū. Verno id conficitur, cum plurimum grauis est prægnansq̄ resina: nam unguentum populeum ex uua populi, quæ bryon est, conficitur.

MACIR.

CXVIII.

**M**Acir Græce μάκρη & ξυλομάκρη: cortex est rubēs, radice magne, nomine arboris suæ. Conuehitur ex India, gustu acerbo, & cū quadam acrimonia, iocunde odorato, ut Galenus inquit: qualis ea sit incomperitū habet Plinius. Recentiores, non radice, sed nucis odoratæ corticē ac folliculū esse affirmant: idq̄ uero propius est, & planē ita modo certitur. Hanc nucē Græci modo caryon myristicon appellant, hoc esse nucem unguentaria, quæ sanē diuersa est à glānde unguentaria, ut post constabit.

POPVLVS NIGRA.

CXIX.

**P**Opulus nigra: qualis ea sit, indicatum est in cādidā. De ipso autē electro: sunt qui tria eius genera constituant, ex arboris succo primū, quod inde succinū dicatur, ut non hoc sit q̄d Homerus nouerit: Secundū naturale. quinta parte argenti, ut in canaliensi auro: Tertium cura fit, ex tribus auri paribus & una argenti: q̄q̄ quod quintā partē argenti excidit, incudibus non resistat. Errare Plinius existimat q̄ melius esse putant naturale, cuius probatio, ut ueno accepto & stridorē emitat, & uarios quasi arcus cœlestis in dissimilitudinē reddat colores. Narratur & hæc ad lucernarū lumina clarius argento splendere. Electrū inquit Strabo, purgamentum ipsum auri est, coctura prima, quod ex sulphurosæ cuiusdā cretæ comitatu fit. Argentū aurūq̄ in se complexū, chymistæ Phæthontē uocant. Diuersum ab hoc uidetur genus esse quod ambrā siue amparcaninum dicitur. Aëtius ambar, nos succinū orientale primū nominamus: incomperitū ueteribus, ut arbitor: multis locis scaturiens, bituminis & sulphuris modo. Discrimen eius triplex: Ruffum & pingue preferunt, Selachiticum à municipio quodam Indiæ uocatū, ubi nascit, Subalbidū ex Arabia Felici. Minus probatur ē maritimo quodā oppido, cui Sechra nomen est: Deterrimū nigrescit, quod pisces deuorauere: de hoc tamen alij aliter: nos Græcā fidem sequimur.

VLMVS.

CXX.

**V**Lmū μέλας Græci uocāt, utiq̄ campestem, quæ & fruticosior: Alterū genus μότταν & μέλας nomināt. Foliū indiuisum, leuiter perorā serratū, oblongius q̄ piro, scabrū. Arbor grandis & celsa, irriguis amica, ligno flauo, neruoso, robusto, ut quæ tota cor sit. Utuntur eo ad fores lautiores, ad cardines, assamenta portarū & torcularia, fontium caueas, & ad carpentariū quandoq̄ opus. Viridis facile cæditur, sicca difficile. Sterilis habetur arbor. Cradae ulmo, ut fisco, robori, platanōq̄ gignuntur. Vuā fert, & in petiolis lachrymæ modo gummi, & bestiolas culicibus caprifici similes, in folliculis & autūno, ca-

chryes uocatas, complures minutas atque nigras, ut Theophrastus scribit. Italiae quatuor ulmi sunt genera: nostrates densiore folio, & ab eodē pediculo nura: merosiore: gallicū, syluestre: quartū Attinias uocant, excellissimas, & in ijs Sicanas illis præferunt, quæ non sunt riguæ: steriles Attinias: ideo plantis feruntur, autūno uicibus, & maritas appellamus. Reliquæ proueniūt samara siue amara, ut Columellæ placet (ita nominatur ulmi semen) Colliguntur circa Martias kalendas, cū flauescere incipit, priusq̄ folio uestiant ulmi. Columella ulmos duo tantum genera putauit: Gallicum, & uernaculum: illud Attiniam, hoc nostratem uocari: qui & Tremellium Scropham representat, q̄ Attiniam ulmum non ferentem amarum, falsū sit opinatus: nam rariore inquit sine dubio creat: & iccirco pleriq̄ steriles uidetur, seminis interfrondem primæ germinationis latentibus: itaq̄ nemo inserit ex amara sed ex sobolistrata, frondēq̄ iocūnia longe lætior & procerior nostrate, frondēq̄ iocūdiorem bubus præbet. Amara, ut dixi, dicitur semen eius Latina uoce: nam Græce ἀμαρα non hoc significat, sed riuulum & incile, rigandis hortis, ita dictum, quia marcescere prohibeat: sed & aurium cauernæ dicuntur à Græcis amaræ.

CARIES LIGNORVM

CXXI.

Ariem lignorum σαπρήντα Græci uocant, & 112 ambion poētæ.

HARVNDO.

CXXII.

**H**Arundo κέλαρ & à Græcis dicitur, à Phœnicibus gingros, ob Adonin, quæ ginge uocant, & lugent: Radices eius uiuaces, genicularæ, ac ferē in solā, similes ijs paribus, quæ supra terram eminet. Huius duo summa genera: Tibiariū, id est ἀλιπικόν, uulgare posterius: hoc in characiā, hoc est ual larem, crassam & ualidā, quæ Græcā quæ uulgo dicitur, & à Vitruuio cerdone Græca. Et in plociā siue plocimon diducitur, hoc est flutā uel nexilē, gracilio rem & imbecillior prior: utraq̄ Orchomenū circa lacū. Superior in ripis expartiantis stagni, & in comythibus (sic enim harundinetū prædentium & factū appellat) sequens subtilis, in insulis fluitantibus quas Græci ploadas uocant, in immensum prelati ijs q̄ Cephisus amnis abluisset, ut cecinit Pindarus. Interim cum auletico nascitur characias, sed longior cæteris, & uermibus obnoxia. Tibiale hyeme legitur, ut re tunicas eximunt: æstate per internodia cædunt. Optima fieri armamenta ē medio geniculo: molissimum erat & ligulā ex sua quantā tantū harundinis parte congruere: & eam quæ radicem antecesserit, leuotibias lateri conuenire: quæ cacumen, dextero: cæterū internodio in duas partes dissecto, utriusq̄ ligulæ os incisuræ cōmittebatur: aliās negatur congruere: Theophrastus auctor. Plinius magno nominum ambitu calamos enumerat, Aegyptios chartis seruatos, probatores tamen gnidos, & qui in Asia circa Anæticū amne nascantur. Nostratibus fungosior natura, bibulos, cauo intus corpore, tenui superne ligno fissiles, præacuta semper acie geniculatos. Gracilitas nodis distincta, leui fastigio tenuatur in cacumina, crassiore paniculæ coma, qua pro pluma impletur strata cauponarū: & hæc ad nauium cōmissuras in Belgis, glutino quocunq̄ fidelior trimis explendis. Bononienses ē Rheno amne, quibus plurima inest medulla, pondusq̄ uolucris: contra flatus quoq̄ perulæ.

Peruicax libra, ut nullus sagittis aptior sit calamus. Post hos Cretici & Belgici laudantur. Creticus carnosissimus, longissimus internodijs, lentissimus si calat. *Ἰνδός*, id est sagittarius ob excellentem eius usum à Theophrasto dictus: Nunc scriptorius ex ea insula præcipuus, nec aliunde ferè expectitur. Omnibus præferuntur Indi, ut qui hastarū quoque vicem præpilati, hoc est cuspidibus additis præbeant: ipsi amplitudo arborea est: nec dubitatur e quarū radicibus, ut Solino placet, succus exprimitur ad suauitatem mellis, quasi sacchari interpretari possis. Longitudo subrecta tum triginta ferè passus: humi uero serpentiū, quinquaginta. Crassitudo cubitorū ternū, interim senū: quæ tamen Strabo nō credidit. Diodorus in aurundines haberi plurimas, fructum candidū eruo similes ferentes, e quo sua uilissimus panis conficitur, æque fabulosum atque illud: quod in eadē insula duas nasci tradit herbas, supra quas iacentes placidissimo somno moriantur. In Aethiopia certe populi radicibus harundinum in farina tritis uictitant, & ob id *Ἰνδός* nominantur. Spissius mari corpus Indi tradit, fecundæ capacijs: nauigioque etiā loco singulis eorū internodijs circa Acelinē maxime annē ternos homines capiente aluo. *ὑπὸ τῷ στήθει* concauus, ita dictus, quia fistulis utilissimus: quoniam nihil sit ei carilaginis atque carnis, ut Plinius existimat. Dioscorides crassa eī carne descripsit. Tibialis Orchomeni? idēque auleticus, continuo foramine, peruius est: fruticosissimus *Ἰνδός*, nō nisi in aquaticis natus, Latine canna: quanquæ canna apud nos, ut inquit Columella, gracilē & degenerem significat harundinē. Apud græcos fistellæ genus canna dicitur, ut est apud Pollucē. Præfertur aquaticis ficcus. Laconicis foliū uariū, & ab ima parte densius, tunicis longioribus, quales circa stagna, dissimiles amicis. Est & obliqua harūdo, nō excelsa, sed iuxta terram fruticis modo se spargens: suauissima in teneritate pecori: ab aliquibus uocatur elegia. *Ἰνδός* calami dicunt, armamentarios Theodoriam adolefcunt auleticis lacu Orchomeno, in fluente Cephalo amne, permanentesque anno: celerius autē recedente, graciliores bombycinæ appellabantur. Horum generum formina, spadōes & eunuchia uocantur: foliis, folio latiore, candidiore, nulla uel modica lanugine. Hinc erant armamenta ad cantus inclusos, quæ græci iugamenta siue paria, hoc est *ἰὺν* ad dexteram & *ἰσθῆρα* tibiam utilia, uocabant: quod ita essent coniunctæ, ut altera eiusdem carminis incantia, altera succentiu foret: ad Bacteria à Theophrasto (nisi fallor) appellatos. De Bacteria meminit & Plutarchus & Pollux, gestamēque id theatralium per sonarum demonstrant esse, ut scipionem Plautus relictum insignibus, curuum ignobilibus. In sacris certè literis bacteria dicitur inuocatio ea, quæ post præceptionem addi solet. Quid si quis, in Theophrasto nō ad *ἰσθῆρα*, sed *ἰσθῆρα* legendum putet? Erat autem hoc & loci nomē, ut inquit Pollux, & theatralis cuiusdam operæ cantionis uel genus statarium, & circa saltationem ac tripudium, quo Lacedæmonios & Arcades uti solitos incinente modulus & frequentamenta quædam simplicia tibicine, Athengus commemorat, quod et *ἰσθῆρα* uocauerint: etiā *ἰσθῆρα*, hoc est ingressionem incessionemque, ut est apud Gellium. Ob id inclusos cantus à Plinio dictos intelligo,

quibus antiquitas in teatro contenta erat, simplici adhuc musica, hoc est, ut Theophrastus inquit, *ἰσθῆρα* comprimētibz se tibi arum ligulis, quia tempestiue cæderentur: Ideoque ad uarietates flexustz sonorum, inutilibus: ad hoc exempli: *πυλὸν κισθῆρα* uocabant, cuius inuentor Aristonicus fuisse dicit, ut Athenæus meminit. Illos autem quibus operosa ratio cænsendi placuit, *κακὸν πυλὸν* à uocum inflexione appellauerunt: quod nomen in Carini Cæsaris uita deprauatum correximus. Correxit hoc luxuria & per solstitia cædi placuit, ut in trimatu demū utiles fierēt, æptioribus earum ligulis ad flectendos sonos. Armamenta sane Plinio est, ubi pro iugamentis uinea tum pedamentis uel acceperit. Tibicines græci & monaulos & calamaulos & rhapsaulas quoque dicunt. Habetur & illa distinctio: Tibiæ alia uirginales & puellares: alia uiriles, quas & perfectas & plusque perfectas cognominant. Sunt & citharisticæ quædam tibiæ: item quæ dactylicæ uocantur, & quæ lyfiodicæ & tragicæ: lyfiodi uero dicebatur, qui mimos quosdam sub personis muliebribz agebant, ut uirilibz magodi. Nam elimi tibiæ apud Sophoclem in Niobe, nihil aliud uidentur esse, quæ Phrygiæ, quas & *scythæas* ob crassitudinem appellant, & obliquas, ut inquit Varro, siue impares: quemadmodum ferranas quæ pares essent, & æqualibus cauernis: cū in Phrygijs dextera unū haberet foramen, sinistra duo: quarum inuentor Midas. Nominantur & *ἰσθῆρα*, hoc est biforæ, quibus & nos utimur, sed e buxo alia uel materia: hæ corniculorū tubarumque sunt & semper fuerunt comites. Habebatur olim & *ἰσθῆρα*, hoc est semiforæ, quas & minores, & imperfectas, & puellares uocabant atque terrenas, hoc est, moluculas, epulis adhiberi solitas, ut hoc uideat Plautus intellexisse, cū semisonarios artifices quosdam nominat. Item Mesocopi & hypotretæ, quod alteræ in medio forat, alteræ ad imum pertuse forent. Tityrina quoque tibia eadem est quæ harundinea: nam magadis & paleomagadis ea est, quæ acutum grauemque sonum reddit, genus citharisticæ tibiæ, quæ magadis & psalterij nomen est idem cum sambuca & pectide, ut multis placet, nec tamen omnibus. Alias quoque tibiæ in arbore loto diximus. Singularem tibiā monocalamon & monaulum uocant, sicut multiplicem polycalamon: priorem Marsias Cælenis aut Mercurius inuenit. Alij Sæthen & Rhonacen Medos homines inuenisse quidē, sed Marsiam uinxisse cera putant: Alteas Silenus siue Marsias, quorū poëta Græci tibiā plerumque lebyn uocant, ab inuentoris patria, ut Duris scriptum reliquit. Varro præcentiuas & succentiuas connumerat: quæ sit usus ad puluinaria præcinendi subcinēdit, à quo & præcentores & subcētores appellatur. Item uasas foraminibusque præcentiuæ pluribus. Lydias porro easdemque thurarias uocabant, quæ inter thura adhiberentur. Gingrinæ tenuiorē sonum edebant quæ uasæ: clarissimū Aegyptiæ: garnulum Arabicę, ob id græci nugacem hominem Arabicum tonarium pro uerbio facto nominant. Acutissimæ gingrinæ habebantur & Corinthiæ, ut inquit Solinus. Gingrinas ab anserina uoce dictas putant: nam & græci *χηνόφωνον* pro eo quod est tibia sonare, dicunt. Ego à ginge qui sit Adonis, ut huius capit is initio monstrauimus. Erant & suæ funerum tibiæ siue tubę, ut inquit Gellius, quarum peritos siccinas uocabant, non quasi siccinistas à genere tripudij, sed quod ad sitos, hoc est ui-

COROLLARIJ

est uita functos & terra conditos sonaret. Erant & tonaria, quibus uti Gracchus solebat, ad componendam in cōcione uocē, eburneis. Nota est historia. Est & in Italia nascens, ex qua fit adarca nomine de qua post dicemus. Aucupatoria sanē harundo à Panormo laudatissima legit & Panorito: piscatoria abaritana ex Africa. Musicæ harundines ex insula Siciliæ Thermitano agro sita laudantur, ut Solinus ait. Sunt & aliæ sine nominibus harūdines, p̄ceritate, breuitate, crassitudine, exilitate similibusq; distincte, adeo ut uigintinouem earū genera demonstrasse Plinius se dixerit. Harundo omnis ex una stirpe demōstrasse Plinius se dixerit. Folia Indicis tantū breuia: omnibus à nodo complexus initiū est, membranis per ambitū tenuibus, raroq; non à medio genu procumbentibus: latera in rotunditatē bina, super nodos alterno semper inguine: hoc à dextra, illo ab leua, superiore per uices: inde exeunt aliquando rami, qui sunt calami tenues. Mira huius & filicis discordia. Vtriusq; radix contrita & imposta, stipē alterius eicit in infixū corpori. Ad hunc usum ex harundinis radice medicamentū Hippocrates epispastron orchomeniū uideū quibusdam appellasse: Magna cum altero genere cōcordia: siquidē ut Cato precipit, optime cotrudā feritur, ubi sint harundines. Harundinibus septentrio domos suas operit: duratq; ita in altitudine tegulum earū: in reliquo orbe cameras leuissime suspendunt. Harundinis Italix usus ad uineas quoq; ut Arpino agro. Paniculæ florē illū auribus infestū & v̄bitū Græci appellant. P A P Y R V S. CXXIII.

113 Papyrus & papyrū Latine dicitur: in palustribus Aegypti aut quiescentibus Nili aquis nascitur: quæ regio Delta & inferior pars uocatur: Item Syriæ, circa quē odoratus ille calamus lacū nascitur: & in Euphrate circa Babylonē. In Aegypto non excedēte binā cubita gurgitū altitudine, uolari hominis robusti brachialiq; radice crassitudine. Obliqua hæc atq; densa, nō amplius q̄ cubitorū decē longitudinis. Triangulis papyrosq; lateribus, qui à terra multis partibus tolluntur, pedibus, ut inquit Strabo, decē, uel ut alij cubitis quaternis. In gracilitate fastigiati sultinentes comata, ac thyrsi modo cacumen includētes exile. Ad nihil utile, præterea nullo semine aut usu ei⁹ alio, q̄ floris ad deos coronandos. Radicibus incolæ utuntur, nec ignis tantū gratia, sed ad alia quoq; utilia uasorum, aut quæ proba & alta materie sint. Ex ipso quidē papyro nauigia texunt. E libro uela tegetesq; necnō & uestis genus, & stragula, & funes. Mādunt crudū, elixū: succo deuorato, corpus expuētes. Scitur & usus ex eo ad chartas ueteribus: nunc alia earū officinis inuenta ratio est. Habetur & in Aethiopia & Italia papyrus uel promiscue, Cimino lacu plurimum, sed alterius forte generis, nec ad chartas utile: quādoquidē Aegypto propria tribuitur, & biblos appellatur: alioqui Strabo in India quoq; nasci biblū scribit. Idem autor in parte Nili quæ dicitur inferior, abundare tradit eam: quoniam ibi præcipue colatur: & duorum esse generum, deteriorem, & meliorem, quæ hieratica dicitur, unde & nomen chartæ Plinio. Herodotus ueteri cōsuetudine pelles quoq; hircinas & ouillas biblos uocari tradit, q̄ ipsi in penuria chartarum uteretur uita.

MYRICE.

CXXIII.

114 Myricen, tamaricen uocant Corinthi, & in Achaia: quæ circa est, brya dicitur: & cū plus

ipso adoleuit, promala utiq; poetis. Syluestris & sterilis forte quia fructus ei sp̄uolus, hoc est muscosus: nam satiuæ similis gallæ prouenit, quæ in Syria & in Aegypto copiosa etiā est. Hanc & amaricē nonnulli appellant, similē scopis Amerinis prodentes: neq; tamen omnibus eandē esse tamaricē & amaricē placet. Myrices certe infelicia ligna uulgo nominant, quoniā nihil ferat præter flosculum de quo diximus, muscosum: nec feratur unq̄. Huius cū uno uiscerū liene tanta dissidentia est, ut affirmet à Democrito summentes, si ex ea alueis canalibus uel factis bibāt sues, sine liene inueniri: Et ideo homini splenetico cibum potiūq; dant in uasis ex ea fabricatis. Illud obiter indicandum est Columellæ fsi diosis, ut locū in vii. eius libro corrigant, ita scriptū: Succurritur, inquit, si fabricentur canales tamaricis & rusco. legendū est, tamaricis & trunco, autor Dioscorides. Nec illud nō docendum, qui uitro soluēdo firmandosq; accurant, ex hac arbore potissimū igni suo escā ministrant. Huius radicē officinæ casia uocare solent: & quæ palā imperitia medicorum est, pro casia odorata utuntur. Folium myricæ sunt qui Sabinæ herbæ nonnihil simile pronuntiant.

ERICE.

CXXV.

Ericem colore tradunt roris marini ac penes folio: propterea Theophrastus uberrimā Libanotide ericē nasci refert. Melq; & flore huius apes faciunt, ericē uocatur, simile arenoso, syluestre, improbumq;. Conuehitur post primos autumni imbres cum erica. Sola floret in syluis. Asia Græciæq; fruticibus ascribitur. Athenienses hæc, ut ait Plinius, tetradicen, Eubœa sisaræ, siue ut Varro, sisarā, unde litiquidū mel fiat: putantq; apibus esse gratissimā: fortassis quia tunc nulla alia sit copia. Theophrastus tetralicen non tetradicē, nisi mendosus codex est, appellat in genere fruticis: aculeatā & germinantē ætate. De hac erice intelligat nec ne, haud scio: quæ tamen bis anno floret erice, prima uidelicet & ultima syluestriū, nec inter aculeatas ponitur, fieri potest ut alia sit tetralix sua Theophrasto, alia quæ pro erice Athenis capitur: nisi quis hanc tetradicē, illā tetralicen uocari malit. Meminit & tetragonix uocata Theophrastus, sed inter arbores quæ tardissime germinat, ut thyia taxusq;. Theodorus quadratoriā interpretatus est, melius si quadrangulā. Columella ericē intelligit, cum amaricū siue amaricē & amaricinos flores cōmemorat: q̄q; & ibi lectio corrupta in eo ferē: nam & amarathini pro amaricinis, & tamaricē pro amarice scriptū ferē inuenias: cum sit tamarice non erica, sed myrica. Cōfudit hoc Palladius, qui tertiam mellationē tamaricis floribus (ita enim uocat ipse tamaricē) constare tradidit, cum erices id est amaricis ea, non tamaricis pabulo fiat, autore Plinio: nisi quis tamaricis appellatione ueteres & ericē & myricē significare uoluisse dixerit. Plinius ericē illic simile descripsit. Credo myricē non illic legendū, cū Dioscoridis autoritate, tum q̄ ita modo cernitur in Patuinis montibus: non quidē folio, quod ei roris marini simile tribuitur, sed musco, quē floris uice habet, ut myrica. Quod autē erice uideatur etiā uocata siderites, libro Plinij xi. Nos eum locum in castigatione Pliniana deprauatum ostendimus.

ACACALIS.

CXXVI.

Acacalis Paulus acallida nominat: Galenus ubi meminerit, nondum cōperi. Nomen frutici

dicā nympha datū crediderim Acacali: que ab Apol  
line cōpressa, Phylacidē & Phylandrū ediderit in Cre  
ta: miraculo ab Elytrāis insulā populis conficō: nu  
tritos à capra eos fuisse, cuius rei monumētū in Apol  
linis quoq; Delphici delubro monstrabaf: autor Pau  
sanias. Apolloni<sup>9</sup> poeta in argonautico Acacalin Mi  
nois regis filiā ab Apolline quidē uitiatā cecinit: sed  
quæ in Aphricam relegata filium ediderit nomine  
Amphithoon, qui & Garamas quoq; uocaretur, Na  
famonis & Caphauri pater, ex nympha Tritonide.

R H A M N V S.

CXXVII.

**R**hamnū igniarijs utilē ferunt, præsertim cōce  
praculo & craticulā. In duo genera diuiditur,  
nigrū & candidū. Vtriq; fructus parentū colo  
re. Nigrū folliculos fert, syluestre q; habetur. Huius ra  
dice decocta in aqua, fit medicamentū quod uocat  
Lycium. Rhamnus inter ruborū genera describitur.  
Hæc Theophrastū Pliniumq; secuti diximus: aliter à  
Dioscoride monstratur. Phorion rhamnū à quibusdā  
agnon, à uirtutis similitudine uocatā scribit, q; Vene  
rem cōcreat ut uite x. Rhamnū Dioscorides à nostris  
spinā ceruale dicit appellari. Quo argumento uideri  
possit, haud dissimile huic genus esse q; hodieq; uul  
go spinā ceruinā uocamus, fructu myrti, foris nigro,  
intus uiridi: ob id uel ad colorē eum pingētibus ido  
neo. Cortex arbori subniger & nitidus quasi ceraso:  
intus uirens, post luteus: lignū extra cādidū, interior  
medulla rubet.

H A L I M O N

CXXVIII.

**H**alimon nostri, ut ait Plinius, aureonē uocat.  
Cōuoluit se ut hederā. I ocis salis nascit, salsi  
laginēq; præfert. Sit hæc de qua Dioscorides  
& Plinius à quibusdā asphodelon siue albucū existi  
matā perhibet, an alia, mihi parū cōstat. Reperio autē  
in autorib; modo afflatā, modo nude scriptā primā  
literā: placet aspiratio, quoniā maritimū olus credat,  
& halmiris etiā à falsilagine dicat ab Aëtio. Asphode  
lon appellari halimon ab Hesiodo quidā falso inter  
pretatur: quitamen error à græcis ortus, peruenit  
ad Latinos. De halimo discrepāt sententiæ: alij fruticē  
esse uolūt, desum, candidū, sine spina, folijs oleæ mol  
lioribus, latoribus, quæ cibo coquātur: addūt in ma  
ritimis natū. Alij separat, maritimū olus dicentes hali  
mon & falsum: unde nomē folijs in rotunditate lon  
gis, q; d & mādatur cōdiaturq;. Duoꝝ præterea gene  
rū, syluestre & mitius. Foliū syluestri tenuius, maio  
res effectus. Crateias tertiuū genus facit, longioribus  
folijs & pilosioribus, odore cupressi, nascēs sub hede  
ra. Galenus halimū in Cilicia prouenire copiosam,  
ibi q; folia recentis in cibos recipi, & in usum cōdita  
seruari scribit. Solinus halimon in Creta nasci tradit,  
mirabili si credamus effectu: ut nomen inde impositū ei sit,  
quasi famē arceat, propterea q; nec aspirationem pri  
ma litera recipiat.

P A L I V R V S.

CXXIX.

**P**aliurus ut in fruticū genere collocetur, in ma  
gnitudine arboris assurgit. Ab occasu uergilia  
rū fructificat. Fert in siliquis terna & quaterna  
semina, lentorē quendā pingue emittentia, ut lini se  
mē, cōtusa. Amat nasci aridis, quemadmodū & rubi,  
nec min<sup>9</sup> dilutis. Foliū excidū sicut rhāno. Cyrenis  
laudatissima, ubi loto q; præferit, eodē folio, sed fru  
ctu diuerso, ut qui nō latus, sed rotundus ruberq; sit  
nucleo, qui nō simul mādatur ut in Punicis. Magnitu  
do ei quæ fructibus cedri paulo uē amplior, nomi  
nat ab Afris zura, iocūdus per se, atq; suauior etiā ui  
no affusus: cōtrā q; uina succo suo cōmendās. Paliu  
rus spinosa ramis, ut rubus. Agathocles paliurū ab

Alexādrinis connarū uocari tradit, enatā scribēs ictō  
fulmine sepulchro: ulmi atq; pinus amplitudine, ra  
mis frequētibus, prælogis, subaculeatis: folio uiridi,  
rotūdo, molli, biferā: nā & uere & autūno fructū pa  
rit, oliuæ Phauliæ uocatæ magnitudine, cui & nu  
cleo & carne similis est, sapore uincēs. Crudus uirēs q;  
mādīt: ubi exoleuit, farinā ex eo fieri, atq; ita esitari,  
nec subactā nec cōpersam aqua, Ichthyophagi pi  
sciuū carnes semine paliuri cōditas inueterāt: Troglo  
dytæ succo paliuri pro uino utitur uulgo: nā proce  
res florē quendā exprimūt, cuius liq; nostrati multo  
similis aspicitur.

O X Y A C A N T H O S.

CXXX.

**O**xyacanthos quæ sit, in Plinio nō cōperi. Medi  
cinas certē quas Dioscorides ei tribuit, paliu  
ro Plinius dicauit. Dicitur hæc & oxyacantha  
Olympo mōte plurima, syluestriū arborū, frōdis eter  
næ, ab occasu uergiliaꝝ fructifera, flore coronario,  
fructu cedri atq; myrti. Rura modo hæc crispinā, qua  
si acrē spinā uocat, ut multis placet: ex cui<sup>9</sup> acinis ui  
nū etiā cōficit crispinū uocatū, eodē ferē usu, q; uinū  
ex malo Punico. Singulares in acinis quibusq; nuclei  
sunt. Acini oblōgi, & race maritim cōgesti: folia q; ob  
lōga diuersum gen<sup>9</sup> est qd uā fert crispinā uulgo dī  
ctā, ueteribus præteritā, acinis cādidis, & in maturita  
te dulcibus: aculeato frutice, folio apj ferē, in hortis  
frequēs. Habēt & alter frutex, æque spinis horridus,  
sed topiarius magis, & uitis pusillg, folio rubētis uue  
fertilis: nec in Italia modo, sed in Germania q; mihi  
uisus.

C Y N O S B A T O S.

CXXXI.

**K**aninus uulgo rubus, à Theodoro  
canirubus, Columella sentē canis: fructu ma  
logranato simili, subrubido, mediā inter arbo  
rem fruticēq; natura, & proxima Punicæ. Foliū sali  
cis Amerine, Theophrasto anni, q; legendum puto  
iuxta hoc est, ut uestigio humano simile dicat, quod  
Plinius ita uerterit. Et sanē uisam à se rubū quidā testā  
tur in syluis hac specie, ut quasi solea esse uiderēt. Fla  
tu auerso fructū huius legendū præcipiūt, alioqui pe  
riclitātur oculi. Plinius hæc ab alijs cynosbaton ab  
alijs neurospastū uocari scribit. Vuā fert nigrā, in  
cuius acino neruus sit, unde neruus passus dicat. Idē sit  
hoc nec ne cū eo q; Dioscorides itēq; Theophrastus  
deliniant, cōsiderandū peritioribus existimo. Rubus  
certē qui similitudinē rosæ fert, & castanæ similē pi  
lulā, cynosbatos à Plinio dicta est. Alia uidet esse cy  
norhodon, de qua diximus inter rosas. Nec illud con  
stat, nūquid rubi huius sit rosa quæ coroneola uoca  
tur, munus autūni, odore iucūdo, sed exili: an potius  
cynorhodi appellatæ. Nec illud omittere cōstitui, cy  
norhodō à cynosbato nō flore roseo, quē fert utrūq;  
sed spōgiolis distingui, quas cynorhodon habet, cy  
nosbatos nō habet. Parit & uuā nigrā cynosbatos,  
ut prædiximus ex Plinijs sententia: quod quidē nemo  
præter eū (quod scīā) confirmat. Hoc si error est, for  
tasse nat<sup>9</sup> inde sit, qm hederā Cilicia, hoc est, smilax  
aspera, labruscæ modo ferēs uuas, cynosbatos à qui  
busdā uocari soleat, ut Dioscorides testatur.

C Y P R V S.

CXXXII.

**C**ypriū quidā, ut Plinius inquit, eē dicit arborē,  
quæ in Italia ligustrū uocat, semine coriadrī  
folio ziziphi. Præfert Canopica, post Ascalo  
nica, ultimus locus Cypriæ. Seruius grāmaticus ligu  
strū florē scribit eē cādidissimū ac uilissimum: fortas  
se hunc intelligens, qui ē cōuoluo herba nascitur:  
nam & hic barbæ ac uulgo dicitur ligustrum, ut in  
Clematide secunda monui. Cyprus & hemicyprus

COROLLARI,

vasis & mensuræ genus est, coquis, ut placet Iulio Pollucicognitum.

TILIA.

CXXXIII.

**T**iliam Græci φιλύρα, nostri quoque phelyræ et philyrâ, sed tunicas ex ea tenuissimas appellant. Coronarum leniscis celebres veteribus, inter corticem & lignum membrana multiplice contentas, & quibus vincula tilia vocatur. Materies mari sentico sa, dura, nodosa, ruffior & odorator: cortex crassior, ac detractus statim inflexibilis, sine semine, sine flore. Crassior foeminae arbor & materies candida est, atque præcellens, & qua tilia phillyræque vitiles quas diximus. Arbor hæc ferotina, folijs dulcibus esculentisque pecori, sed fructu animalibus omnibus ingusta bili. Teredinem non sentit, proceritate perquam modica, uerum utilis, ut operibus intestinis uel obedientissima, etiam abies, ut Theophrastus inquit, pulcherrima defenditur. E cortice foeminae & cunæ fiunt atque cistæ, nauium longarum asseres, & arcularum, mensurarumque nonnulla genera & ligno: probat & ignarijs. Medulla exigua est, nec magnopere cætero corpore mollior: est enim materia eius tota mollis, ut inter carnosas mollissima calidissimaque dicatur, quoniam citissime retudat ascias, tincturam earum caloris sui uel resoluens. Cæditur autumno. Cinesias poeta flagitiosissimus, in quem Lyfæ oratoris plena conuicio & sto machi legitur oratio, tam gracilis fuisse dicit, ut tinaceis asseribus corpori circumdatis, imbecillitatem suam fulciret, ut Philetas alter poeta plūbeis orbiculis circum pedes adalligatis, ne uento subuerti posset. Theophrastus quoadque nominat & philycam: Syluestris inquit arbor est philyca fronde perpetua, Olympo monte fructum suum ab occasu uergiliarum edit, celastri modo cædida. Theodorus philycā hanc à tilia siue philyra differre censuit: Vtranque tamen & candidam & alendo pecori utilem demonstratam, legebat & ferotinam. Celaster porro syluestris arbor perpetuo uiuens. Fructum sero perficit, atque hyemis superuētu perdit, ut quidam putant. Cacumibus montium gelidissimis innascitur: cura deterior efficitur: usus ad baculos feminibus. Plinius odoratiorem tilia mari corticem quam foeminae: Theophrastus contra, foeminae quam mari tribuit. Flos caliculaceus, pediculo quisque suo annexus, uiridi quandiu alabastro includitur. Dehiscētes in flauescunt. Floret pariter cum mitibus & urbanis. Fructus oblongus, & ad fabam magnitudinem rotundus, similis acino hederae, maiusculus, angulis quinque, ceu neruis quibusdam in acutum depressis extuberrat. Partitionem hanc exillior indigestam & omnino confusioem habet: maior, si scabitur. Semina emittit pusilla & pretenua, ut uideri possint attriplicis. Folium hederae, nisi quod se in acutiorem angulum rotundat, incuruum qua pediculo innectitur, & medio sui prodit in acumen: crispum per orbem molliter ac ferratum. Laurentius Valla in Herodoto conuertit tiliam falsam, quæ autor ille ita uocauit, quæ salix est, non tilia.

CISTUS.

CXXXIII.

**K**is & κισσός à cisso differt, quod cissus hedera tantum est, cistus sui generis frutex, quæ uicinitas, nisi quis aduertat, facile cōfudet intellectum. Describitur maior thymo, folijs ocimi, & sane inter hederas metio eius à Plinio habita est. Præterea hederae speciem uidentur autores existimasse, qui ladanum capris depecti tradant, quæ florem hederae patuerint: cum constet ex Dioscoride, fruticem,

unde id fiat, ciston uocari, speciem alteram cisti huius, de quo nunc agimus, ut in commentatione post hypocistidem proxima explicabitur.

HYPOCISTIS.

CXXXV.

**H**ypocistis & ὑπόκιστος. Triplex huius ratio à Dioscoride proditur: Alij ruffa & cædida sunt contenti, ut Plinius. In montibus Parauinis hypocistin uidere licet, & ciston, sub qua nascitur oculi folio, ut prædiximus, flore cædido quasi rosasyluestris: radice lignosa & prædura, & cuius ferè medio hypocistis uelut infixæ pullulat.

CISTOS ALIA.

CXXXVI.

**C**istos siue ledon & lada: sed ladanum in Arabia Nabathæis tantum nascitur, qui sunt contermini Syriae. Iniuria illa qua diximus caprarum, sed non è lada herba, uerum ex omni sylua. Hoc genus strobon uocari placuit. Est & genus aliud in Syria & Africa, toxicon dictum, quia neruos in arcu lana circumdatos trahunt per syluas, adhærescente rosida lanugine: sed uerum ladanum Cypri in insula fit, & celyphum hircorum in pastendo genibus atque barbis hæsit, hederae ut Plinius inquit flore deorsum, partibus matutinis cum est rotulenta Cyprus, siue funibus tractis, quo dictum est modo. Non omittendum hedera quidam putari cisto à Plinio, de cuius flore colligat ladanum: Non quod cistos aliud non sit quam hedera quæ cistos à Græcis appellata, sed quod species eius una etiam sit, à nostrate multum diuersa: quandoquidem & Paulus Aegineta scribit Ladanum ex hedera ladæ cognominata fieri. Et Dioscorides ciston à quibusdam cissarum quoque dicitur tradit, quæ si hederaculam interpreteris aut hederagine. In Carmania & super Aegyptum fruticem esse narrat per Ptolomæos translatis plantis, ex quo ladanum fiat: sunt qui ladanum gummi modo ex arbore laxati corticis uulnere, ut thura colligi, & caprinis pellibus excipi cōmemorent. Adulteratur myrti baccis & animalium sordibus. Synceri odor debet esse ferus, & solitudinem redolens: ipsum accensum fulgere, odoremque in eundem reddere. Myrtata in igne crepitant. Placet cui & rupibus calculi potius quam puluis inhaereat. Præterea ladanum in libras, asses xl. Aëtius ciston è qua ladanum fit, eandem esse cum cisto nostrate, sub qua hypocistis nascit, affirmat: sed calidioris naturæ ob qualitatē folii.

EBENUS.

CXXXVII.

**E**benus siue ebenum spissitudine ligni & pondere in aqua non innatat, sed mergitur tantum, non tota ut buxus, cui similis esse dicitur, sed pars eius medullacea. Decorticato summa nigrities, Ebenus cæsa durefcit in lapidem, ut iam uideatur hodie quoque partim saxum, partim lignum, ceu inchoato opere, non perfecto. Duo genera eius: raris, id est melius, arboreum, trunco enodi: alter fruticosum, cythi modo, tota India dispersum. Ebenus Aethiopia non alia quam palmarum generis esse traditur: lignum ebeni Galenus, si quis aqua infusa terat, in succum inquit resolutur, ut nonnulli quoque lapides. Magnus Pompeius in triumphum Mithridatico bello duxit ebenum. Pausanias à Cyprio quodam medico accepisse tradit, ebenum radicem tantum esse terra conditam, nec folia nec fructus ullos edere, propterea nec omnibus inuentu facilem, sed in Aethiopia quosdam esse huius operis artifices, hoc est ebeni scrutandi gnaros.

ROSA.

CXXXVIII.

**R**osam Græci ῥόδον & poetæ ῥόδον, sed plantam eius rhodoniam, ut nos rosarium appellant.

Est & condimentum pretiosum genus rhodonia, quam & rhodontiam patellam uocant, ex cerebellis autum & porcorum in multa rosa coctis, infuso garo, oleo, uino, pipere, ouorum luteis. Differt a patella rhodonia quae Rhodiaca olla dicitur: Figlinum genus hoc, permixtis, ut inquit Aristoteles, myrrha, iunci flore, croco, balsamo, cinnamomo, amomo: coquit ad ardentem ebrietatem, si ex calfactis his uinum infundatur. Origo huius est Copto prima, ut inquit Athenaeus: unde Coptica fidelia. Sed redeo ad propositum. Rosam Timachidas qui de cernis scripsit, in Arcadia euomphalon ab odoris praestantia uocari tradidit. Ergo rosam aculeatam ramos, nemo ignorat: folia interna, quae admodum exigua sunt. Item ex maiori bus, externa minus odorata: inter amplas, odore praestant, quibus ima pars scabra & corticea est, uista, recisa, translata, fit melior. Syluestres ex toto asperiores, odore, colore, magnitudine superantur. Rosam ut nouissima erumpit inter uernos flores, ita prima desinit, fatua excepta. Rosae uita quinquenniū, non incisa nec adultae: illo enim modo inuenescit. Flos senescit deterior: capita foliorum eius partes que candidae unguis uocantur. In flore aliud semē, aliud capillus. In capite, aliud cortex, aliud calix. Coronas est rosa quae pacillibus & sutilibus succedunt, rosalia dixere ueteres: nec erat his gratia, nisi folio solo ne xia. Recens a longinquo olet, sicca propius: serenis diebus lecta, odorator: item sicca, ruderatis, gracillibus. Omnis rosa germinat granoso primum inclusa cortice: quo mox intumescit, & in uirides alabastros figurato, sensim ad rubescit & paditur. In medio calicis lutea stamina, sub quibus semen infidet, que proprie flores dicuntur. Desitum est seri semine, cum alioqui possit, quoniam sero ita nascatur. Genera eius prope nimia: Celeberrimum Prenestium, quae nouissime deficit: Campang, quae praeterquam est: Milesiae, cuius color ardentissimus: Serotinae, duodecim folia non excedentis: proximam fecere trachiniam, minus rubentem: mox Alabandicam uiliorem, albicantibus folijs: uilissimam pluribus sed minutissimis, spermoniam: malo Plinium sic legi, quam spinolam aut spinosam: ita enim siue quod minutissimo folio, siue quod uilissima sit omnium, rectissime uidetur appellata. Sunt qui Syconium legendum putent. Nulli folia quinis pauciora. Campaniae centifolia tribuitur. Et Philippis in Graecia a Pangeo monte uicinali traslaetia, numerosis folijs ac paruis: nec tamen talis odoratissima, nec cui latissimum maximumque folium: ideo nec coronas intra centifolia, nisi extremos uelut ad margines. De lichny quinquifolia, quae inter rosas quoque numerari solet, & Graeca seu Graecula uocari, suo loco dicitur quinquifolia. Est & alia Graecula appellata, conuolutis foliorum paniculis, nec dehiscens nisi manu coacta, semperque nascenti similis, latissimo folio: alia funditur e caule maluaceo, tur, & moscheuton a propagine uiui radice ue quam Graeci moscheuma dicunt) uocata. Atque inter has media magnitudine autumnalis rosa quam coronangulsi, ut in cynosbato monstrauimus. Reliquae sine odore, hoc est, maluacea & duae Graeculae. Semen rosae in ipso cortice est sub flore, opertum lanugine. Praecox rosa emergit si pedali serobe ad radicem facta, calidam infuderis, germinare incipere calice,

in Hispania Carthagini praecox rosa, hyeme tota uisitur: unum genus inferitur pallidae, spinosae: longissimis surculis quinquifoliae, quae Graecula altera est: nisi quis hoc quoque loco spermoniae non spinosae legerit in Plinio. Satis ambigo coroneola sit cynosbati an cynorhodi flos: quaequam cynosbati magis puto. Cynorhoda porro syluestres rosae sunt, spongiosis penicillis: ut inter medias eius spinas nascentibus, unico aduersus expauescentes aquam a morsu canum remedio, nec ferē ante Plinium comperto: unde nouatum ei nomen crediderim: quaequam Aristoteles hanc uidetur appellasse cynacathen, hoc est, caninam senticem, cantharidū feracem, ut dicemus secundo libro in mentione cantharidum. Est & cynorhodos alia, sed liliū, ut monstrabimus. Nihil dubito cynorhodon aliud esse quam rhododaphnem: esse aliquos flores rosae colore similes, arboribus in externo mari natis autor est Theophrastus. Columella Punicam rosam uocando, aut rubentē, aut ex Africa translata significat. Rosam triplex comitatur fabula: non nisi candidam per initia fuisse, mox uulnere Veneris pede, dum Adonidi, quem Mars zeloty pus interfecerat, opem laturo praecipiti cursu per du meta rapitur, adrubuisse. Alij sanguine Cupidinis, ut Ausonius, alij nectare affuso ala Cupidinis in deos conuiuio lasciuientis, illisa poculis.

## RHODIDES.

CXXXIX.

## LYCIUM.

CXL.

Lycium tum spina ipsa, tum succus ex ea dicitur 124  
pyracanthos: chironias in Graecia uocatur. Fru-  
tex unde Lycium fiat, adulteratur aphodeli ra-  
dice. Item spina in Felio monte nata. Medicinae aptis-  
simum intelligitur, quod est spumofum. Indi came-  
lorum aut rhinocerotum (hi boues Aegyptij sunt)  
ut Festus inquit, utribus condunt. Lycium foris ni-  
grum, intus rufum, cito nigrescens cum frergeris: opti-  
mum ex Iadico frutice. Aliter Dioscorides. Lycium ex  
radicibus quoque syluestris rhamni coctis conficitur.  
Nomen Lycio inuentum puto, quoniam Lycia inueheret:  
praecipuum urbe Patara: quae Indicum omnibus praefert.

## ACACIA.

CXLI.

Acaciam fundentem idem uideo accepisse au-  
tores cum spina Aegyptia: testis Oribasius et  
Aetius, nisi quod acacia etiam aliubi quae in Aegypto  
nascitur. Haec & Syria quae spina dicitur. In Aegypto al-  
ba, nigra, & uiridi arbore conspicitur. Arbor tota hor-  
ret aculeis, excepto caudice. Praetedit eos & germi-  
bus & folijs: ligno in duodena saepe cubita procero.  
Caeditur tectis & nigra, nauium costis, incorrupta etiam  
in aquis ui. Candida facile putrescit, semē in siliquis ad  
coria perficienda gallae usu. Flos & coronis addi blā-  
dus & medicamentis petitus. Manat & gummi ex ea,  
cum sponte, tum plaga, non e cortice sed e uase. Praeci-  
pua utilitas quod caesa anno tertio resurgit: numero-  
sa omnino arbor: ingenti sylua eius Thebaica praefec-  
tura, ubi & olea, & quercus, & textilis Persica. Pro-  
uenit & in Galatia teneritudinis summā, spinosior  
arbore: colligitur autumno semē, quoniam collectum  
maturius, nimis uehemens. Spissatur succus ex follicu-  
lis aqua pluuia maceratis, mox in pila tufis exprimi-  
tur: tum desatur in sole mortarijs in pastillos: Acacia  
uocatur arboris uidelicet suae nomine. Fit & folijs  
per se minus efficacax. Galaticae acaciae nigerrimus im-  
probat: item qui ualde rufus. Placet purpura aut  
leuco.

COROLLARIJ,

leucophea, & quæ facillime diluitur. Nunc acaciam ex syluestri pruno colligit officinarum defidia. Illud meminimus, semē Aegyptiæ à Dioscoride lupino simile reddi, Pontice, seu quod idem puto, galatiacæ lenticulæ. Plinius nihil distinguit, sed utrumque semen lenticulæ par existimat, minore tantum grano & folliculo, demetrius asserit in Aegypto spinam quæ sit arbor, ramos coronas specie natiua effundere, in quibus semen rotundū sit, flore subobsuro: ex hac Tindixas & abylæas coronas in Aegypto fieri docuimus in myrto. Spinam porro Aegyptiā sunt qui & Arabicā uocarint, ut Dioscorides & Galenus. Non est superfluum ut spinas hoc loco genera subijciam, quæ nominis communionem Græci, legentibus dubitationē afferunt. Acanthos siue quod idem est, spina vulgaris, ut quidā coniectatur, acantha, pyxantha, oxyacanthos, leucacanthos, acanthaleuce, tragacantha, acantha Arabica uel Aegyptia, acantha Indica, acantha Ariana, acantha Babylonia, siue regia: adduntur à Latinis spina siciens, spina pennata in Aegypto, spina appendix, spina bunia: diuersa omnia, decem & septem numero. Accedat ijs galatica siue Pōtica, siue Cappadocica, de qua proximo capite differitur: nam syluestris quæcunque spina Calabrix uideatur esse nominata.

ACACIA ALIA. CXLII.

Cacia hæc à Plinio Galatiæ tribuitur.

AMVRCA. CXLIII.

127 **I**nter innumeras amurcæ laudes, agricolæ usibus à Catone prædicatas, illa maxime memorabilis, quod ligna macerata liquore eo, nullius fumitædio ardent. Græci ἀμυρκα uocant etiam fecē quæ doq; uini. Itē genus herbæ purpureæ, qua uestes tingantur amorginæ à Græcis appellatæ. Sed & tenuissima pars harundinæ paniculæ dicitur amorgis autorem habeo Photionem grammaticum.

VITEX. CXLIII.

128 **A**gnos siue ut Hippocrates appellat agne, dicitur Latine uitex: non habeo tamen planè compertū an salix Amerina idem quod agnos uitex sit, etiāsi Dioscorides hoc affirmat, & ipse ita cenfeo. vitex non multum à salice uulgarī distat, usu uinculorum, foliorum quoque aspectu, nisi odore gratior esset. Semen potum uini quendam saporem habet. Duo genera eius, maior in arborem salicis modo affurgit, flore candido unde cādida quoque dicitur: minor ramosa, folijs albiorebus, lanuginosis, purpureo flore, nigra nuncupata. Nascuntur in palustribus campis. Semen uiticis Galenus mandī cum bellarijs solere scribit usu tragematis: ita enim minus officere capiti. Lygon lygean que Græci uocant & arborem & quoddam herbæ genus: quod ut inquit Athenus in nidos suos parituri cygni ferant. Nec tamen satis habeo compertum, hanc quā cygni petāt herbam, aliud genus oportere intelligi quā uiticem. Inuenio & scopas Amerinas spartis similes describi, folio tamen minore, sed lentitia uirgularum maiore, quas sunt qui genistillam Amerinam uocitēt hoc tempore. Corolla e lygo ufos esse ueteres, Anacreonti poetæ credimus: cuius originē Samij Caresque dederint, diuersis causis: Nam & Lacedæmones harūdine certis sacris ut autor est Sosibius, coronabantur. Aristophanes quoque autor est, coronas ex harūdine facti cari solitas Athenis, quas & Dioscuris, hoc est, Castori & Polluci dicatas fuisse constat, ut frugales atque

simplices. Lygon & ægylin quandoque dici lego. Item mosyn & cesyan & ceson & cesocarpon ut Polluci & Photioni uideat: unde getra cesyma, hoc est, quadrata quædam tuguriola ex huius salicis uiminibus, que ligella quoque nominantur à Plauto in Aulularia: forte à lygo, id est, uitice, aut à ligando. Adijciendum illud uideatur, quod hic à Dioscoride scriptum est, uiticem à quibusdam lecristicum uocari, putare me in eo uerbo mendum esse: nec lecristicum sed à similitudine saporis & acrimonię ligusticū legendū. Nam & piper agreste dici uiticem idem autor affirmat. CXLV.

SALIX. CXLVI.

**A**rbor breuifere & cōorto caudice, & ut nominamus, aquatica: iteam Græci uocāt. Asia tribus generibus hanc diuidit: prima nigro cortice aut puniceo, nigra nominat: secūda cādida, cādida uocata: tertia coactæ breuitatis & sponte naturæ, pumilam, fœcundo ut quidam putant fructu, helicem appellant Arcades. Virgas ad nexum est nigra commodiores & pulchriores, e candida spissiores & agricolarum utensilibus aptiores esse. Plinius apud nos quoque tria salicis esse nomina commemorat: uiminalem, eandemque purpuream, uitellinam à colore luteo graciliore priore: Gallicam, quæ fit tenuissima. L. Columella Græcam, Gallicam Sabinam reddit: Græcam flauī coloris: gallicam obfoleti, purpurei tenuissimam uiminis. Sabinam gracilibus uirgis atque rutilis, quam plurimi uocant inquit Amerinam. Plinius græcam rubentem, Amerinam candidiorem asserit. Porro quā dixi uitellinā, in exemplaribus nicellinam & itellinam corrupte legimus. Inuenitur & alia distinctio: procerę uineis iugandis, peritales uocata, balteo corticis uincula præbentes: alia prætenues, à uiminibus appellatæ uiminales: alia uirgas, sequacis ad uinctū lentitiæ ferentes: alia detracto cortice, seu ique tractatu: mollioribus in uasis quā e corio & cæthedrarum delicis aptissima: fructum salix fert, abeuntem in araneam, antequam omnino maturitatem sentiat: ob id ante maturitatem colligitur, dicta Homero ὀμὸς ἰγέρη, hoc est, frugiperda: una tantū prodiē ad maturitatē proferte solita in Creta insula, ipso descensu Iouis spelunca toruū ligneū, magnitudine cicercis. Succus salicis triplex: unum arbor ipsa, gummi modo sudat: alter cortice trium digitorū magnitudine ablato manat: tertius detractione ramorum à salce destillans. Salix fertiliore & densiore recisione fit, ac tonsura, ex breui pugno ueriusque ramo, prouētū certissimo: tertium locum in æstimatione ruris Cato ei tribuit. Salicium non hoc tantum Seruio grammatico significat quod oliuetum, arbutū, uinetū, sed & uirgulti quod dāgenus, dictū ita, quod saliat surgatque cito, ut lupū fortasse salictariū intelligat, de quo suis locis egimus. CXLVI.

OLEA SYLVESTRIS.

**O**leaster Græce νόμος appellatur. Syluestris olea fœcūdiore satua, quæ ferē syluestres habet ceu cura fertilitatē minuire: aut omnino trāslatione tractatu, decisis circa taleis, aut omnino trāslatione mitem fieri uix potest adduci Theophrastus ut credit. Sola hæc arborum cum olea teredinem sentire non dicitur. Ex oleastro marculos breuiore & rebris uaginas, sicut ex buxo, ulmo, fraxino, aquifolia, factitatas produunt. Est & in Apennino frutex uocatus cotinos, ad lineamenta modo conchilij colo.

colore insignis: sed hoc ego nō oleastrum esse puto, sed oleastellum, & oleam cilibracā à Columella nominatam: cuius & ipse Dioscorides in chamelæa meminuit. Photion oleastrum quādoque dici phauliam existimat: Certè phaulia oliuæ genus est Columelle, Plinio, Græcis omnibus.

## OLEA.

CXLVII.

**O**lea medulla tam incerta, ut nō in medio haberi, sed per totū lignū sparsa uideatur, radice parua uelut lacina ex medio tendente: cæteris grandibus & cancrorum similitudine contortis. Proprium ei malum cōgros, etiāsi deriuatur in alias quoque id nomen. Sunt qui affectum eum premnon, crotonem alij cognominent. Supina foliorum huius contrā q̄ cæterarum, candidant magis q̄ prona, minusq̄ sunt leuia: quōd & cum hedera commune est olea: in Syria & aliubi congestum quasi uua modo fructum ferūt, ubertate soli. Oleam utiliter & probe deslorisse dicimus, cū flores eius caduci uelut perforati reperiuntur. Nascitur modis omnibus extra q̄ olea: in huius nucleis quos sanctas uocamus, syluestrem oleam provenire Theophrastus scriptū reliquit. Sanctam sunt qui etiam nauicum dici uelint: unde uerbum nauicifacere: quandoquidem & fullones ob utilitatem artis, nacæ dicebantur, ut nunc mesiras & proxenitas sanctarios & ossarios uocamus. Quidā pro nugis nauicū: alij omnia ferè opera ex lana Græcæ nacas dici uolūt. Ipsum quoque nucis, sed & omnium rerum puramen: alij nucleum malunt iuglandis, alij medium illud uelut dissepimentum. Glossematorij scriptores fabæ grani quōd hæret in fabulo, quidam ex Græco leuem hominem in eo uerbo significari putauere. In mari Rubro uiuit olea quæ uocatur Arabica, baccis ferè nostratibus, fungos cum largi ceciderunt imbres, educans, qui tacti sole in pumicem durantur, ex qua manet lachryma in hibendo uel in uerum sanguini experita medicis. In sinu Heroo lapidis specie, ut thynum & laurus, cubitorū trium magnitudine, ignem olea, quamuis optime subditum excipiat, quōd spissa & pingui natura sit: igniaris tamen ineptissima est. Vna maxime omnium olea regerminat in opere. Vitam olea Theophrastus ducentos annos longissimam esse tradidit. Si olea confitum in cofinito quercetum habuerit, nō solum non feret, sed etiam fugiet, introrsumq̄ se in fundum abiicit. Ut cradæ fico, ita thalæg tribuuntur huic arbori, utiq̄ apud nos. Græci ut inquit Pollux, thalos non oleagineos solum, sed uitigineos quoque ramos nominant interdum. Præcidunt, Varro inquit, eam de tenero ramo æquabiliter ex utraq̄ parte circiter pedalem. Sunt qui sclauolas nominent. Eresionem porro Athenis siue eresionem uocabant plantam oleagineam, uelleribus & corollis inuolutam, unde & nomen, cōtra pestilentiam foribus imponi solitum, ut est apud Aristophanē: Hanc & corythalion dicebāt, etiam si pro laureo quidam ramo capiūt in eundem lustrationis usum. Credo huius quoque ritus apud Romanos uestigium fuisse, cum ita legamus apud Festum: Planta oleaginea uirga, inquit, foliata est ex olea deplata. Nam & februa quoque lanæ sunt & arborum rami apud nos: quibus redimiti sacerdotes expiabant domos: quod deinde nomen ad omnia purgamina translātū est: autor Ouidius. Morbus & ille proprius, præter uermiculationem, & uocatus, hoc est, clauus, ab alijs mices atque lopas, hoc est,

fungus & patella, ceu quædam solis iustio: quamquam patella in ficu, morbum significat: qui nimios propter imbres radici cōtrahit in olea: & arachnion uocatur affectio, hoc est, aranea, fructus absumens uermis, sub corio prouentum adimit in uicemq̄ adiuuat, si nascatur ad nucleū: nulla post ficum arbor uiredini magis obnoxia est. Carpæ appellant in oleis uermiculi, flatibus austrinis creati, ut 776 in uitibus: Est & impetigo peculiaris ei morbus, ut scabies fico, & uitibus fluor. Oleam Græci ἐλαιον uocant, nostri quandoq̄ termitem, quamquam ita & ligni uermes dicuntur. Optima erat olea ueteribus licinia siue liciniana: pausia secunda, oleo: escæ, orchas. Varro grandis inquit olea uocatur orchitis à similitudine ut credo restium, antiquitus archemora. Minus ijs gratae sunt, regix & radij uocatae. Sunt & alia earum genera, que ambitiosum sit prosequi, cū & sexto uolumine Columella, & Plinius quintodecimo naturalis historie, nihil ferè indictum relinquunt. Hanc arborem nonnulli existimant ultra sexagesimum à mari aut non uiuere, aut non esse feracem: sed in quibusdam locis recte prouenit. Olea Mineruæ sacram, ut Aristophanes & Iulius Pollux inquit, Græci moriæ uocabāt, in academia satam, ut in Olympiâ nascentem oleastrum ἑλαιον: quia Olympiæ uictores ea coronarentur, ut ait Pausanias. Nam secos fructiferam oleam in poetis significat Photioni. Dicitur & ἑλαιον quam nos fatiua, ut ab oleastro differat, quam uocant ἀριπλακον. Celebratur & cognominata ἑλαιον ab intorta specie: sed ea loci nomen est circa Epidaurum, adiecta fabula euenisse ita ei circumactum manus, Hercule illac meate: Nam & clauam eius ex oleastro uolunt reuerso ex Hyperboreis fuisse, ignotoprius Græciæ: quæ mox sponte resloruit apud Trezenios, aut certè ad Alpheum amnē, si Pausanig credendum est, homini quidem satis docto sed supersticioso, diui Adriani & Antonini utriusq̄ temporibus. In eadem gente streptos rhachos uocant, locū oleastris frequentem uersus mare: quod eorum consuetudine, quicquid ex olea reliquit inutile, rhachos appellabatur. In Arcadia spectari solitam Pausanias affirmat arborem, e cuius radice unā ilex & olea nasceretur, in quodam fano. Syracusis ut Diodorus autor est, in frondibus olearum scriptis optimatum nominibus, discessione facta irrogabatur quinquennale ciuibus exilium: de quo argumento genus id multæ πεταλιουµα appellabatur, ut Athenis ostracismus.

## OLIVAE COLYMBADES. CXLVIII.

**O**liuæ Colymbades ideo uocantur, quoniam oleo suo puræ, hoc est, sine accersita cōmendatione innatant, & quasi urinabundæ fluitant: halmades autem dicuntur quæ muria seruantur, etiam si quidam Græci confundere nomina. Sunt & netridis appellatae quia natent, apud Iulium Pollicem. Idem autor & cotinidas nominat, quas & phaulias & trambelos dicit tradit. Medicinæ quæ à Dioscoride subruffis reddūt, tributæ candidis à Plinio uident. Castigandi sunt in autoribus loci columbares, pro eo quod colymbades imperitia librariorum scribentes. Genus alteræ oliuæ cibariæ Græci thlastas & pyrenas & pityrū siue pityridas, hoc est, nucleos & fresas & fursuraceas appellant: in hunc usum stringuntur ante, quam præmaturæ sint: epityra falso dicta, cum sit epityrum, ut Varro inquit. Siculum edulium, de quo dictum est aliubi plenissime.



COROLLARI,

OLEVM SYLVESTRIS

OLEAE.

CXLIX.

433

**D**E oleo sylvestris oleae dictum est superius.

OLEAE AETHIOPICAE

LACHRYMA.

CL.

**O**leae Aethiopicae lachryma in pretio est. Sit haec Arabica, quae & ipsa dotat lachryma, non dum constat mihi, quanquam puto eandem esse, quoniam in Arabici sinus desertis tribus insulis, ut inquit Strabo, nascitur: utcumque in Arabia stillat eam olea, qua medicamentum conficitur, *ἔλαιον* appellatum, singulari effectu contrahendis uulnerum cicatricibus. Sunt qui hoc esse putent gummi genus illud, quod recentiores elemi quasi enhemi appellant: ad ossa etiam fracta caluae conglutinanda cantarissimum. Porro uerbum *ἔλαιον* non huic modo rationi conuenit, sed emplastris omnibus, quae cruentis protinus inficiuntur uulneribus, ad reprimendas inflammationes, & inhibendum sanguinem: quod genus & alipenon, & catagmaticon, & collecticon uocatur: quoniam medicamentis minime pinguis constat. Oleae autem haec in Arabia nascuntur in maritimis & fluctibus, est uero operiuntur Rubro mari, ut in olea demonstratum est: nec haeccae nocetur, cum constet & in folijs salem relinqui. Oleastrum quoque ipsum ueteres oleam uocabant Aethiopicam: testis est Dioscorides.

QVERCVS.

CLII.

434

**P**linius glandiferas arbores una uoce comprehendere negat Latino sermone, quoadmodum Graeco potest *ἄπιος*, & antiqua uoce Saronos a qua Saroniacus sinus, & Saron in Arcadia nemustras Ladone fluiuium. Quibusdam, ut Theodoro Gaza, roboris appellatione contineri posse omnia ea genera uideatur. Sane Graeci *ἄπιος* uocabulo etiam omne lignum significant: unde *ἡράνδριον* pro ueteri & ambusta quacunque arbore accipitur, quasi uetus ramale. Persius, Ergo roboris quaternaria genera: quercus, robur, aesculus, cerrus: quae Graecis illis respondeant, hemeridi, aegilopi, haliphloeae, platyphyllo: ut sit quercus, hemeris: platyphyllos, aesculus: aegilops, cerrus: sed nunquid haliphloeos robur significet: non habeo compertum. Theophrastus certe agraria dryn appellat, quam nostri robur interpretant, ut in galla diste ruimus: nec minor hic quam in pinu difficultas: quae quibus Graecis Latina congruat, nos utroque loco tantum laborauimus, quantum uix ipsi qui prodidere. Quidam quatuor supradictis duas addidere species, phagum & ilicem: sed toto genere distat, ut cognatae potius quam generes habenda sint. Hemeris sane Homero non quercum sed uitae significat, ut Photion testatum esse uoluit. Sibari qui nunc Sibari Thuri dicuntur, quercus fuisse tradit in oppidi conspectu, fronde perpetua, Varronis & Theophrasti testimonio: quae nec germinare cum alijs, sed ab ortu caniculae solita sit. Ray est qui fata quercus deterior eueniat. Dulcissima glans hemeridi post phagum. In orbem haec comat, torquetur in alas, crebro ramorum tum sinu caua. Materies ualida. Macedones, quae glandem dulcem perducit, etymodryn, hoc est, quasi ueriquercum appellant. Nasci quercus in Rubro mari glandiferas tradunt. Nasci & in nostro propiores terrae, super lapides atque testas, sine radicibus, sed patellae modo adhaerescetes, folio carnosio, crasso atque oblongo, myricae simili, accedens ad purpuram coloris. Magnitudo arboris tota paulo amplior sesquipede. Hac tingi mulieribus lanas, Ramis earum

adharent conchae quaedam & caulibus parte ima, ubi & bestiolae populatur: naufragis & urinariis conperta haec. In Lusitania profundo mari quercus glandiferas innasci, unde thunni uescatur: autor est Polybius: ob id thunnos qui dicat marinos esse porcos, minime discesserit a uero, ut inquit Athenaeus. Carinas nauibus quernas subijci praecipunt, maxime tremibus. Abieti autem pino larici uocatae, & haec spissa quercus non potest: infociabili natura, & haec spissa corpore sit, illae textu raro. In septentrione haud procul Caucis circa duos praecipue lacus, litora ipsa obtinent quercus, tanta magnitudine, ut suffossae fluctibus aut flatibus propulsae, uastas complexu radicum sulas afferat: itaque librametro eo stantes, nauigat: ramorum in gentium armamentis saepe territa Romanorum classe, nocturno praelio contra arbores quae inuito. De Herminiae syluae miraculis nihil attinet dicere, nisi quod magnitudine in signum ibi crescere concipiunt. Et glandiferis ciuicas cononas necesse, mos erat, quae omnibus anteferrent. Ciuica ligna primo fuit: postea placuit ex aesculo Ioni sacra: uariat utque & hoc cum quercu est, ac data quae ubique fuerat. Non puto praeterea uidebes ubi ea sit: coniectis est quercu ramis. Saronicus in Peloponneso, Plinius inquit, sinus est, olim querno nemore redimitus, unde ei nomen, ita Graecia antiqua appellante quercum: Pausanias ab Saron qui post Althipum regnauit, sinum eum dici uoluit.

GLANS.

CLIII.

**G**lans graecae *βόλαος*, ut Varroni placet. Praefert omnibus Hiberica: fago dulcissima, post hemeridi, tum platyphyllo, deinde haliphloeae & rectissima: sed post haliphloeon usu adificiorum deterrima, nec utilis carbone. Macedones latifolia intellicantur amarum glandis, quae aesculum quidam interpretantur. Aesculum porro ab usu dictam miremur, cum diphthongum a requirit: in qua uermiculi nascuntur priuatim galbae nominantur. Ab aesculo aesculeum ut a quercu querquetum. Vtrumque locus Romae fuit: unde querquetum lana quae porta, quae a viminali & cauilaria non discrepat, etiam ab auibus querquetulis, quas M. Varro & Columella cercidas uocari Graecae dicunt, uideri potest appellata. Haliphloeos salicortex a Theodoro dicta, potest & recticortex, quia nonnulla apud Graecos euthyphloeon ea uocet. Crassissimus huic codex & plerumque fungosus & cauus: pessima carboni & materiei: nec putrescit alia etiam cum uiuente quin & fulmine icitur saepissime, tamen si altitudine non excellat: ideo lignum eius ne ad sacrificia quidem utilis erat apud Aeoles. Sphagnon siue splachnon siue phascon appellant item quae bryon, pannum quendam mucosum, pendentem ex ea quasi uillos, ut in cerro, sed nigriorem breuioremque. Vtuntur arbore Macedones ad axes & id genus utensilia. Glans eius rara & ingustabilis animalibus, praeterquam si pabulum tri, ut Plinius existimat, ac ne sui quidem si pabulum aliud habuerit: quod quidem Theophrastus aspridi hoc est, macedonice cerro tribuit. Est autem aspridum hoc est, improba glande sterilis, quae caput tenet mandentium, ut iligna. Cerrus *ἀνίσωψ* a Graecis nascitur in culglande omnium amarissima. Rarissime nascitur in cubitalis: pannum quem dixi phascon, longitudo sine cubitali branchiarum similitudine, mucosum uillosum & fetens. Nascitur e cortice non e surculo, unde glans nec

nec ex gemma, sed e supernis nodorum a latere. Longum rectissimum, excelssimum, leuissimum, per longitudinemq; robustissimum. Aedificijs ineptum a pridis si dedoletur: ideoq; rudi duntaxat utuntur: damnatum & carbone, quoniam exiliat, scintillasq; edat. Aerariorum tantum officinis compendiu, quia statu desinente protinus emoriens, saepenumero urat.

## FAGVS ET ILEX.

CLIII.

**F**agus ea, ut quidam scripserunt, quae in tenuissimas secatur laminas, glandifera non est: ideoq; duo genera siue nomina fagi sunt glandem ferentis, materie scabra, quam Graeci φρυγιν appellent, ut fructum quoq; Hippocrates, & alterius quam Graeciam, Lydi myson, Olympo eorum in mote copiosam, unde Myssi populi, ut Strabo inquit & Eustathius. Nostri scissimam appellat, scilicet in laminas similemq; abietis. Syluestrem nunq; ut Macedones arborantur, florentem, erectam, leuem, enodem, longo colorato, robusto, neruoso, folio crasso, bifido, longiore quam piri, extremitate aculeato, radicibus nec multis nec altis. Fructus glandis effigie leuis. Inclauditur caliculo echinato quidem, sed blado nec hispido ut in castanea, cui tamen similis est dulcedine ac succo. Nascitur eadem candida, sed in montibus: utilis ad carpenta, lectos, subellia, mensas, nauigia: campestris nigra & ad haec minus petita. Fructus utriq; similis in aqua durat aeuis ut robur, atq; ita firmior quoq; redditur. Humidissima haec & fraxinus: quam ob rem e duabus his lectuli qui fierent, incuruantur cedentes ponderi. Minoribus scissima nauibus commendatur ad carinas: item ad testudinem, plastrorum quoq; uectabulorumq; uilem fabrica: specie uisenda prouenire in agro Latino solita, autor est Theophrastus: tanta longitudine ut nauibus Ethraeis pro carina facis faceret. Sunt qui oxiam interpretantur ornum. Ilex uero πριον & Graece dicta post occupant Arcades: simul enim antecedentem fructum nouus occupat: proptereaq; a nonnullis inter biferas descripta. Radix ilici multiplex, & ut syuestri altissima, folio roboris minore, aculeato, leuiore cortice. Arbor de amplissimis, ut robur, materie spissa & robusta, sed quae frangatur ac dissiliat sponte sua: ob id Pericles Bozorios ilicibus dixit esse similes, ut est apud Aristotelem, quonia ipsi se conficerent intestinis digranum. Sua haec hyphear & uiscum in ramis, ut aliena sustinet: a septentrione uiscu, a meridie hyphear. Haec & aquifolia uel aquifoliu uocari puto, siue paulo ab ea differentem. Theodorus aquifolia appellat quam Theophrastus arta, siue agriam, siue narycam syluestre, & cuius folia nunq; decidat: ita em Doros uocant, inquit, quae Arcades φιλώδρον, sempiternae frondis arbor, mediaq; inter robur & ilicem. Sunt qui phellodryn aliud negent esse q; ilicem foeminam, ut illex ubi desit, utantur hac in carpentarijs praecipue fabricis, quod & Lacedaemone faciunt, & Elide. Lignu indurior, sed q; ilici solutior in opere: folium simile, sed iligno maius, & querno minus. Speciosior medulla q; ilicis: fructus minimis glandibus: equalis acylon uocatur, quemadmodu & iligneus: nam βολαν & siue glans, robori propria tribuitur. Acylon certe Lydi genitale ipsum uocant, quemadmodu & balanos pro glande colis dicitur. Plinius contra quam Theophrastus

phellodryn uidetur eadem existimasse cum subere, quod & phellos dicitur: in foeminaru calceatus utile hyberno tempore, ob id mulieres facete a Graecis arborum cortices uocari. Est autem suber arbor procera, sine multis ramis, ligno robusto, cortice praecrasso & aspero in senectute, qui ut in picea rumpatur: sed maioribus fragmentis: folio fraxini crassiore longioreq; ac perpetuo. Glans aquifolia: corticem detrahere oportet, ne deterior fiat arbor, qui trienio post subnascit. Simulacra e subere dijs factitata, sed successit in eius locum palma: haec Theophrastus: at Plinius haec: Suber inquit est arbor, glans pessima, rara: cortex tantu in fructu percrassus ac renascens, atq; etiam in denos pedes undiq; explanatus: usus eius anchoralibus maxime nauiu piscantiumq; tragulis, & cadore obturamentis. Familiaris haec arbor Theophrasti temporibus Pyrenice: nec in Italia tota nascitur aut in Gallia omnino. Sed & illinc nascitur confusio, q; smilacem uocari legimus quae dicitur illex in Italia, & in prouincijs aquifolia: cum smilace Sestius eandem esse cum taxo prodiderit. Recentiores sunt qui smilacem cum phellodrye faciunt eandem, haud ferendo errore: etiam si smilax ilici describitur a Theophrasto similis. Dicitur est de aquifolia & in cratogeomone: Vt cumq; sit, ilicis inquit Plinius, duo genera: ex ijs in Italia folio non multum ab oleis distantes, a quibusdam Graecis smilaces dicunt, in prouincijs aquifolia: masculas ilices negant ferre, ilici honos ad axes in plaustris simplicibus, hoc est, monostrophis: item ad iugalyras: psalterioq; ignitaria quoq;. Ciuiam ex ilice prima fuisse diximus, cui ex aesculo successerit dicata Ioui. Lignu ex aquifolia costructu ac discissum, tede modo uritur, & a Graecis in hoc usu garbion uocari solet: Hoc & e quercu fit & alio nomine panos & phanos appellatur uulgo quoq;, quemadmodu e uitigineo libro factae lampades, lophig dicitur, & ex harundinibus, elanae.

## CASTANEA.

CLIII.

**C**astanea uergiliarum obitu fructificat: Graece δισ βολαν, hoc est, Iouis glans, uocatur: cui tamen iuglandis appellatio nucibus tantu regijs dicata sit a nostris. Nuces uocant & castaneas, q; propiores glandiu generi: ideo apud Graecos appellantur balani Sardi, quonia Sardiibus prouenire primum. Euboidas quoq; a Graecis dici quas nos castaneas uocamus, lego. Sed & castaneas primo dictas scribit Photion, q; ab oppido Magnesia q; Castanon dicitur, aduectae sint, ut forte Diodorus nuces Castanaicas inde nominarit. Quid si a castitate, cui Plini ieiunijs fere dicatas eas innuat: ex ijs Graeci pogonias appellat, quae barbulae quasdam habent: nisi quis lanatas earum intelligat: sunt enim aliquae pilis hirsutae. Tiberius Caesar balanum nomen impo sinit fatius, cura multo excellentioribus. Plura earu genera: Tarentinae faciles, nec operoso cibo, figura plang. Balanitides rotundiores, purgabiles maxime, ac sponte profilietes. Salariae purae ac planae: nam Tarentinae minus ijs tractabiles sunt & Corellianae laudatiorae, & Meteranae ex Corellianis factae, rubeti cortice. Triangulae & populares nigrae, quae uocantur coctuae, minima laude patria comendatissimas Tarentu & in Campania Neapolis. Ceterae suum paulo nascunt, scrupulosa corticis, intra nucleos q; ruminatiore. Armatu castaneis echinato calice munimentu quod inchoatum glandibus, trini quibusda

COROLLARI,

partus ex uno calice. Cortex lentus. Proxima corpori membrana & in ijs & in nucibus, saporem, ni detrahatur infestat. Torrere has in cibis gratius. Mollitura etiam præstant, ieiunio foeminarum, ut ait Plinius, quandam imaginem panis, & ubicunque fruges aliæ deficiunt, ut in Bergomatis agri mōtanis.

GALLAE. CLV.

135 **G**allæ à Græcis cicides dicuntur, ad coria utiles. Hemeridis, cerri, platyphyllis, hoc est, latifolig, nullius ferè usus: quamq; similes hemeridi, tantum leuiores. Genera faciunt medicinæ utilia, solidam, perforatam, albam, nigram, maiorem, minorem. Galenus *in uindicta*, hoc est, quasi afininas à rusticis uocari gallas eas scribit, quæ fungosæ, flauæ atq; magnæ sint, minus efficaces. Vis omnium similis. Optima Comagena. Nascitur autè galla sole de geminis exente, erumpens noctu super uniuersa: crescit uno die candidior: & si excepta est æstu, arefcit protinus, neq; ad iustū modum grādēfcit, hoc est, ut nucleo magnitudinem fabæ impleat. Nigra eadēq; resinacea, diutius uiret: inter dum mali amplitudine. Deterrima ex robore. Signū eius, q; cauernæ translucet. Galla nigra sine oleo flagrat. Robur gallam fert minorem, & alteram ut dixi resinofam atq; nigram. Quæ glandem ferunt, omnes & gallam. Hemeris, id est, quercus, optimam, & corijs ut dixi perficiendis aptissimam. Fert & nigram tingendis utilioiorem. De robore: quam Theophrastus agriam dryn appellat, discrepant sententiæ: alijs semine, alijs etiam radice, quanq; sero, alijs trunco nasci contenduntibus. Item alijs florere eam putat, alijs negant, sed muscum floris loco edicunt. Fructificat post autumnum circa occidentes Vergilias. Ramos habet inconditos, crassum corticem atq; scabrum in senecta maxime. Ac reliquæ quidem arbores ut cepere, continenter germinant: solæ robur, abies atq; larix germinatione ter na parturiunt, corticemq; inter squamas spargūt, ac deinde rumpūt, ob id trislepi siue trislipi uocant, ut in pinu diximus, hoc est, intermissariæ aut trisquamariæ. Robori & cachrys dicta, quam nonnulliamentum appellant, innascitur, durans hyeme: de qua in abiere mōstrauimus. Tardissime robur ceditur, hyeme ineunte: ante cōputrescit. Tempestiue cæsum durat eius spissatū, ut cornu. Non desunt tamē qui tempestiuum putēt uere cum amentū, hoc est, cachryn suam gerit. Medullā huius inter spissa cōmemorant, melandryon uocant. Aeterna in aquis materia, sed dulcibus. Mari putrescit: cōtraq; magna pars arbor, hoc tamen & mari utile: sed nauibus & ædificijs q; cæteris, quæ terra obruant. Carbones è robore anno so & nouello dānant. Media ætas in pretio est: quanquam ut cunq; anteferantur, ex aria, arbuto, picea, præsertim metallis argenti.

RHVS. CLVI.

**R**hus, siue ut Hippocrates rhoon, à Theodoro fluida uocat: sterilis foemina est, mas fructificat. Virgas, ut inquit Theophrastus atq; Plinius, fundit rhus, breues & graciles, folio ulmi, lōgio re paulò subhirsutoq; disposito per uersus, ita ut in nouellis ramor; cōtrarijs inter se pediculis germinarespōdeant: ijs cādidas pelles conficiūt. Flos in racemis albus, à quo semē collectū letis & terebinthi similitudine, rubescit cū uua, q; uocat rhus: medicamentum necessarium, in eo ossēūq; radix simplex pro summa cespitiū coherēs, ut facile possit uniuersa flecti. Nascit

ubiq; sed argillofis potissimū, utiq; in Syria: q; habeo unde mihi hoc rhus Syriacū, siue ut Columella & Palladius appellant, ros Syriacus, parē distare uideat ab hoc nostrate, qui frutex excorarius, & rhus erythros à colore subrutilo uocat Dioscoridi & Plinio: quē Columella rorē sutoriiū semel dixerit, quā rhus scytodepsicos & bytodepsicos dicit, cuius aridis folijs pelles ut malicorio perficiant, crassitudine digitalli, altitudine bicubitali: q; Plinius, nisi librarior; ea sit incuria, cubitali prodidit. Duo faciūt omnino Græci genera: magiricon qd addit in opsonia, id est cū Syriaco ut opinor: Alterū qd *supra dicitur*, id est, excorarium, quandoquidē utriq; in pastillū ex carminibus ceruinis cōpositum, & in pantolmiū quoq; dicitur, requirunt, diuersis ponderibus contra dysentericos & cruētā eijsciētēs. Habet & syluestris herba folijs myrti, colliculis breuibus, quæ tineas & uenena pellit, rhus uocata: porrò specie, quā Theophrastus supra reddidit, contēplati sum⁹ rhum ex Vmbria perlatū.

PALMA.

137 **P**almę teneritas processu lignescit: uita in sicco ræque utin humore, Sabulosis salisq; gaudet, adeo ut in Syria cœle tribus duntaxat locis ubi arenæ sint, proueniat: alibi cōputrescit etiā frecentes earum palmuæ suaves gustu sunt, nouellæ fructu nullo, intus ligno edunt, postea cum ligno, præcicos ferè palma ramos habet, scabro cortice, præcipue cū senescit: medulla omnino nulla. Mari cæsum ut cōtra omnes præterq; Babylone, ubi & uirga feritur: cōtra ibi unius eius usū, ut extare cæmina scribant, quæ utilitates ex ipsa numero dieꝝ anni pares esse prædicat. Simulacra ex hac fieri solita ueteribus, sed prius tamē è subere, ut diximus aliubi. Palma uirgæ floræ symbolum est, quod ut Aristoteles & Plutarchus inquit, non cedit oneri q; libet ingenti: nec intra flectitur pāditur ue, sed contra pondus resurgit: ideōq; in coronarijs certaminibus ferè aliud premiū q; palma nō dabatur, ut inquit Pausanias: etiā Græcia quatuor tantū locis, oleastro, pinu, lauro, & apio coronare uictores mallet. Palma fumo infestat cremata: de quo & Cheremonis poetæ uersum Theophrastus prætexuit. Parit arbor; sola fructum ceu in spica: quod ei siccitatis causa, & proprietate quadā naturę cōtingit. Fit & in alto palma fructicū generis, frōde corrosa, breui caudice, uirgistræctis, parte imā non in orbem, sed in latitudinem figillatim interruptatibus, continenti serie, aliquando tamen interrupta. Color toti plantæ puniceus: furculis eius natura fortiorum acanthinor; qualia sonchus, & cætera id generis: sed recti tamen sunt hi, non ut illis recurui. Palma porrò Aegyptia quam Dioscorides hic describit, myrobalanon appellatā fert, nullo intus ligno quæ & adipos & poma nominatur. Phœnicobalanus niger est, quia maturefcere permittitur: myrobalanus uiridis. Habetur & myrobalanus unguetaria cognominata, sed generis alterius, suo loco indicāda. Quid autem sit chrysobalanus apud Asclepiadem ad ardo res stomachi singultusq; adhibita, non cōperi. Aegyptia uero, ut Solinus inquit, sitim sedat, utiq; antematritatē decerpta. Matura sensum, gressum, linguā, retardat & inebriat. Phœnix appellatā Græce palma unde fructus dependēt Spathæ. Palmulas è mari ple nes, è foemina balanos appellat, ut Iulius Pollux tradit, qui sumptis ab Herodoto. Est & phœnix herba ut post

post constabit: Item q̄ musicum instrumentum, ab inuente ita dictū, siue ut alijs placet, quia primum ex Delia palma, cubiti eius facti fuerint. Ipsos palmarum cum fructu termites, baia & spadices Greci præsertim Dorici appellāt, à quo & color equino generi spadix, aut spadiceus & phœniceus, hoc est, palmeus: unde uulgo quoq; baius, alioqui phœniceus proprie est, qui uermiculus & punice<sup>9</sup> uocatur ab Eusebio siue Hieronymo in Chronicis, nomen habes à Phœnicæ illo qui literas inuenerit. Reperit & parū & balū colores equis attributos: sed pro uario apud Euripidem est balius. Scio & Achillis equū balīa uocātū, & equos balias pro celeribus quoq; acceptos à poetis: nam murinus color à mure dictus in equino genere, is est quem Græci psaron quasi à sturno appellant. Cerebrum palmæ Galenus encephalon, Dioscorides encardion, hoc est, medullam uocant, quod & esculentum est: palmarum plantam cephalonem & uocati Palladius autor est.

## CARYOTAE.

CLVIII.

**P**almulæ caryotæ celebrātur cibo: sed & succus earū uberrimus est, ex quibus præcipua Orientali uina, capiti iniqua, unde pomo nomē. Ex his & acetū & mellā sūt, & farina Babylone. Nuclei pro carbone sunt: & pabulo quoq; iumentorū, aqua maxime: quāq; & Archelaide in pretio & Phaselide & Lybiade, gentis eiusdem conuallibus. Dos his præcipua succo pingui lactentibus, quodamq; uisū gustū in melle prædulcibus. Tria caryotidum siue caryotarum genera: Nicolai sicciore, amplitudinis uasā, ut que cubitoꝝ quaternū longitudinē compleat, ab Augusto ita primo nominatæ, in honorem Nicolai Peripatetici philosophi, crebro eas ad se miserantis ut inquit Athenæus: Alterū genus minus speciosū, sed sapore caryotæ proximo sorore, unde nomen. Tertium genus nimio liquore madidum, rumpente se pomo in parente ipsa quoq; calcato simile, ob id pateron appellatum. Aristoteles in libro de stirpibus, eunuchos appellari scribit quoddam genus palmulæ, quod alij enochos uocent, quasi testicularum ac spadonias.

## THEBAIDES.

CLIX.

**P**almulæ Thebaides in totū arentes sunt quem admodum & Arabicæ: macro corpore, exiles & torridæ, crusta obductæ uerius q̄ cute, Iudæi cisut inquit Strabo, suauiores, etiamsi duriores: nec alio tractu Aegypto tota nobiles. In ipsa quidē Aethiopia friatur hæc: rāta est siccitas: & farinæ modo spissatur in panem. Gignitur autem in frutice, ramis cubitalibus, folio latiore, pomo rotundo, sed maiore q̄ mali amplitudine, cycas uocant. Triennio mature sunt: semperq; frutici pomū adest, subnascente alfo. Hanc palmam chamæzelon uocatam à Dioscoride, quam nos pumilam interpretati sumus. Aliud ab ea genus est quam Theophrastus chameriphen appellat, hoc est, abiectam & repentem humi palmam, folio latiore atq; molli, ad uicilia utilissimo, de qua in tāto dictum est, copiosam in Creta, sed magis in Sicilia. Thebaidis fructus extemplo in cados conditur: nī ita fiat, exanimatur marcescitq; non retostus furnis. Ebenus Aethiopica palmæ generibus ferè ascribitur, diximus. Syluestris palmæ fructus existimātur à recentioribus, quos officinæ tamarindos modo nominant: & quidā à sapore acrimonia oxyphœnicas,

argentis naturæ contra bilem flauam pollentis. Sunt qui folia ei salicis describāt similia. Non inuenio è ueteribus qui de hoc genere quicquam prodiderit.

## PALMA ELATE.

CLX.

**P**alma elate laudat ammoniaca maxime: tum Aegyptia, demū Syriaca, duntaxat in locis siccantibus odorata, pingui lachryma: que in ungueta additur. Elatem Galenus tenellum palmæ germen intelligit. Dioscorides ipsum fructus integumentum. Alibi genus est, ut in ungueto elatino diximus. Non ignorauit hoc Secundus nosster cum inquit: Palmam elatem conferre medicinæ germina, folia, corticem. Cato palmam hanc intelligere mihi uisus est, cum dixit odoratum uinum fieri è palma, quam habent unguentarij. Abies ergo duplex est, unguentaria & materiaria, uulgo nota: unde abiēgnæ trabes dicuntur, & abietarij negotiatores atque fabri, pro eo quod est lignarij. Abies quia in cœlum abeat à proceritate uidetur appellata.

## MALVM GRANATVM.

CLXI.

**P**unica cōtorto & breui trūco, flore cōtra quā reliquis arborum puniceo, excipiunt amygdalarum quoddam genus: quæ subrubricundum florem sustineat. De acidæ planta uel semine, uiolenta dulcis que in Aegypto exit in Cilicia circa Solos ad Pinarum amnem ubi contra Darium pugnatum est, ut Theophrastus inquit. Omnes sine nucleo proueniunt. Sola hæc & uitis, & ficus, & malus caudice fissio nō emoritur. Aculeos gerit in ramis ut paliurus & rubi. Punicum malum Carthagine laudatissimum, indeq; cognomen, malū Punicum. Et Romæ locus erat in regione sexta, ut inquit Suetonius, quæ alta quoq; semita dicebatur, ut est apud Martialem poetam, ubi nunc uidelicet Diocletiani thermæ sunt. Genera summa duo: alteri nucleus adest lignosus, sclerococcon ob id uocatum: alteri non adest, aut cerè minimus, quod ex argumēto apyrenon dicitur penultima producta, licet correpta Martiali. Arcestratus certè anguillam ut spinis & ossibus carentem, solam piscium apyrenon esse cecinit hoc uersu:

Ἰχθυὸς ἢ φῶς ἐστὶν ἀπύρηνος ἢ μὲν ἢ ἰχθύος.

Quæ autē sit Paulo Aeginetæ radix apyrani, ex qua recenti discufforum cataplasma διαπυρόνου contra collectiones fingitur, ignoro. Natura sunt candidiore apyrena, & blandioribus acinis, qui minus amari sint distincti que membranis. Est & alia structura eorum communis, tanquam in sauo nucleos habentium quinque species, dulcia, acria, mixta, acida, uinosa. Samia & Aegyptia distinguuntur erythrocomis & leuocomis: ita nouem genera colliguntur omnium. Dulcia sæpe intelliguntur, cum apyrena dicimus. Vinolenta nucleum ferè paruum habent. Vuam in ijs ac ne mustum quidem, sed uinum protinus aperuit natura: Apyrenis & uinosis cortex asperior. Ex acerbo fit medicamentum stomatice uocatum, sicut ex mori quoque succo panchristos cognominata: Acinos granatis totidem esse numero in singulis affirmant, etiamsi magnitudo uariet: modo ex eadem arbore legatur. Satam primum in Cypro malum Punicam à Venere testantur fabulæ orgorum. Bœotij malum Punicam ibidem, ut est apud Callimachum, & fidem Hippocrates: Alia Græcia rhoan & thœan, pomum quoque rhoas, & rhoidia, & rhœdia uocare solēt. Inuenio & rhoiadrion uocari à Paulo in quodā cataplasmate cui nomē aphrodita-



ratis efflet dicatū. Theodorus desiderium conuertit. Floret æstate. Diurnus est candidū: habetur & Aegidion coronæ genus Eubulo, aut ex anagalide ut arbor, quā nonnulli ægylin uocabāt: aut ē lygo: nam lygos ægylis à quibusdā uocatur: ē lygo autē coronas fieri solitas antiquis, in uitice docuimus: aut gramine, quippe quod ab aliquibus ægrion uocetur: nā fauni harundine ferulæq; uinciebātur. A tilia phylliri nos synthemáticos Aristophanes cū dixit, coronas uidetur promptuarias & parables intellexisse, non multum à triualibus & promiscuis diuersas, quæ à Græcis chydæ quasi confusaneæ uocātur. Chorocnos Apion grāmaticus apud Philetam à choro dictos putauit, unde apud nos coronæ sint uocata. Sūt & acini corollæ genus ex acide: ita dicitur flos & satum quoddā, ut Athenæus & Plinius scribunt. Sunt & elicti ex elice, familiares Alexandriæ, necnon alijs quoq; floribus plicatiles: nam Tindixi Abydæi ab oppidis Aegypti ex spina sunt Aegyptia, nemore ibi sacro Apollinis, semper florētes: multis comitatq; fabulis, quas referre ut nō piget, ita certe paræ inter est. De ijs & in Aegyptia spina diximus ex Demetrii sententia Coronamenti nomen uidetur & cuius mentionem fecit Cratinus, cosmofandallos uocatum, cuius inuentores Lacedæmonios fuisse Clearchus auctor est. Ariadnes coronam ē flore Thefeo dicto perhibent fuisse: id satum radice describitur amara, ut Theophrasto placet, de quo Timachidas poëta Græcus ita cecinit:

*Ἐπιπέπων δὲ ἀπαλλὸν μύλων ἐνοκλήμιον ὄνθος ἀντιπροσφύλλον πρὸς γυλλῶν. ὅν ὅρα μοῦλαις σε φιλῶς.*

Inuenias & apragmosin uocatum coronariū quoddam satum apud Aristophanem poëtā, ut grāmaticus Aristophanes interpretatur, Athenis in Academia nasci solitum. Anethinis quoq; sertis usos ueteres & Alcæus & Sappho testes sunt. Coronas in Græcia factitatas à Stephano primo dicunt, ob id & nomen sertis datum, ut stephani uocarentur. Autorem & inuentorem coronæ sanum biforem fuisse Græci affirmant. Hybernas corollas nostri corneas uocabant, q; ē cornu fierent in florum defectu, sicut ex omnium florum genere pancarpas. Dictum est & in uitice de coronis alijs, itemq; in helichryso.

MYRTIDANVM CLXVI.

Myrtidanum: à Galeno myrtada nominatur, uirgultū & soboles myrti, qualis fortasse in sicu quoq; fructus, exiens ab radice. Myrtidanū certē Plinius pro uino accipit, q; ex syluestris myrti baccis fit conditū, libra in tribus multi cōgnis deferuēfacta, donec duo super sint. Hippocrates martidanū uidetur appellasse hunc fructicem, myrtidanū uero ipsum piper, ut post dicemus.

CERASVS. CLXVII.

Cerasus in quatuor & uiginti sæpe cubita erigitur, crassa, dodrantibus quatuor ab radice. Folium mespili durum & latius corticis leuore, colore, crassitudine: similis tiliæ, ob id apta cistis ut tilia: hic meatu flexo, nec gyrum complente abducitur, arbori ab infernis sursum uersus in angustias colligēdo sese, qualis in fronde ipsa quoq; descriptio est. In eundem modum & desquamatio euadit, alioqui præscinditur potius q; filo eodem auferri possit: per crassitudinem secto tenuitas folij detrahitur, nec arbor emoritur: q; si totum deglubas, qui reliquus sit, tunc humor elabitur. Tunica porro exteriore admi-

pta nigricat: Interior pituita quædam mu cosa & ulce illius secūdo anno tenuior, altera subnascitur. Netui ligno contorti conuolutiq; in anfractus ut cortex: uirgis continuo q; nascuntur idem mos: rami dum adolefcunt, alij subinde pereunt, ut qui ab imo sunt: alij continue crescunt, ut superni. Prorus arbor de ramosis non est, minus etiā aliquanto q; populus. Radix multijuga & summa telluris cute, nec crassa, Cōtortio eadem radicis & corticis radicem regentis, flore albo, piri uel mespili, & racemis fauaceo. Fructus uer diospyri figura, magnitudine fabæ: quanq; acinus diospyro prædurus, ceraso mollis, ut theophrastus inquit: apud quem diospyros hoc significat, q; lithospermon Dioscoridi & Plinio, ut arbitror: nec Theodorum satis probò, qui diospyron Iouis flammam interpretatus est, cum Iouis triticum interpretari debuisset: quando & uulgaris quoq; sermo granum solis appellare consueuit. Nascitur cerasus ubi amnes & tigna, omnino q; ubi tilia. Italiæ cerasum Lucullus intulit: nunc trans Oceanum & in Britaniā quoq; uecta. In Aegypto nulla cura eualuit ut proueneri possit. Genera nominantur Aproniana, quæ maxime rubeat: Actiā nigerrima, rotunda Cæciliana. Iunianis gratus sapor tātū, sub arbore adeo teneris, ut gestatu marcescant. Principatus duracinis, quæ Cæpania Pliniana appellat: In Belgica Lusitanis: in ripis etiā Rheni. Tertius ijs colos ē nigro ac rubenti uiriditq; similisq; maturefcētib; semper. Sunt & laureacerasa in lauro primum insita, non ingrata amaritudinis: hinc amarasia dicuntur uulgo, quasi amara cerasia: etenim pomum ipsum nō cerasum, sed cerasiū uocari Seruius præcipit, cuius & illa quoq; uerba sunt: Cerasiū inquit & anteq; ē Ceraso urbe Lucullus adueheret, erat in Italia, sed durum et cornu appellabatur, & postea mixto nomine corhocerasium esse uocatum. Sint autem cornocerasia idē cū duracinis genus, an uero Seruio credendum, qui cornū in Italia cerasium fuisse prodat, cum alia res sit cornus alia cerasus omnino, satis ambigimus. Cerasiorum porro discrimen alterum quod Romæ uisulū appellat, frequentissimū in Germania et Gallia, sed in Scythia ferè supra modū ubi et uiscina barbari cognominat, ut Pomponius Lætus, qui ea loca modo inuisit, constat affirmat. Sunt Macedonica paruæ arboris, raroq; tria cubita excedentis, chamæcerasi uocata. Pomū hoc primā colono ferè gratiā uertētis anni refert: primo candidū, mox rubescit, deinde nigret, Septentrio ne frigiditq; gaudens: flectatur sole, conditurq; ut oliua, cadis. Mediū cerasis genus inter acinos atq; baccas, sine osse, quemadmodum nascātur, Græci et Latini monstrauere. Fatigatur canicularum æstu cerasus. Defendit hoc incōmodum, ut inquit Palladius, herba symphoniaca, trunco arboris eius circūdata: nec qualis herba ea sit, ostendit: Quemadmodum neq; Græci polypremnō appellatā, cuius succo ægrotas arbores oblinere præcipiūt: nisi quis Apuleio credat symphoniacam tradenti eandem esse cum hyscyamo. Plinius symphoniam herbam describit alternis uiridibus roseisq; per caulem folijs, in posca sanguinem reiscientibus mederi: hanc aliqui cremphenam scribunt, aliqui symphonam, alij gomphenam, aut somphenam. Quod si pro hyscyamo sumi posset, non folijs alternis uiridibus roseisque, sed floribus legendum erit: quandoquidem Dioscorides ita dicat: *πικρὰ δὲ τὴν κερυλὸν ἐφεστὶν πικρὸν αἰσίου*

Accedit et ad eruptiones sanguinis hyoscyamus quoque laudatur.

SILIQVA.

CLXVIII.

145 Siliqua arborē sicū Aegyptiā uocari, & in Ionia Ceroniā, Theophrastus autor est, quæ & ceratia dicitur. Galenus arborē ceratiā, fructū ceratia nominari scribit, à corniculi similitudine. Lucius Columella siliquā græcā, credo ut à scenogræco distingueret, quæ absolute siliquā rustici cognominant, recentiores Græci xylocerata: sed alia est ficus Aegyptia omnino, ut Plinius notauit, & nos paulo post monstrabimus, quandoquidē in Aegypto nulla nascitur, sed in Syria Ioniāque & circa Gnidū atque Rhodū, folijs semper comantibus, flore candido, cum uehementia odoris: pomo siliquæ, & ob id nomen, radice sublimi sed non multū, plūgera imis partibus. Superficie flauescens inarescensque, succum auferente sobole. Pomo anteceditis anni detracto post canis ortum, statim concipit uterumque præfert, & molē quandā uux modo informem indilcretamque primo edit: quæ postquam adoleuit per arcturū & æquinoctiū florē emittit, hyeme fetus enutrient, qui usque ad canis ortum in parente durant ut prædiximus: tum metūtur. Non puto quenquam nescire siliquas prædulces esse earumque mandicorticē, digitorum hominis longitudine, interrim falcata pollicari latitudine. Seritur & hæc apud nos semine: sed paræ feliciter: quandoquidē nec fructum fert, & breui emoritur. Galenus usum eius cibo damnauit, ut mali succi & lignosi, nec facile conficiendi. Posteritas commendat ad stomachum succiendum utique post cenā, & ad uentris profluuiā, si quis presumpserit. Subter hæc arborem flaminis dialis capillū & ungues præfectos terra operiri mos & religio erat, ut est apud Gellium: quanquam non siliqua sed silica mendose in eo legitur: nisi quis non siliquā, aut ilicem aut salicem putet legendū. Ego ut ingenuę ueritatis homo, quid sequendū in eo potissimū sit, non diffitebor nescire: in mediū ut plerumque alia relinquo. Est & nomen herbe Plinio ceratia, uno folio, radice nodosa & magna, coeliacis & dysentericis in cibo dāti. Idem autor coniungit huic peraticā, septē ei caules reddendo, qui uelut rosæ capita sustineant: quanquam in codicibus quibusdam non peratica sed statica scriptum legas, quoniam sistat aluum.

MALVS

CLXIX.

Malus corticis leuore nitet: peculiare habet nodos, belluata facie, ut Theophrastus scribit, sed prægrandi uno, alijs circa eum pusillis compluribus. Fructificat primis frigoribus. Verēna intelliguntur mala, quæ ad uero uere maturescunt. Inter mala tuberes correpta priore syllaba dicuntur, baccis similiore que malis, post Armeniaca, & omnino inter primas florent arbores: Inferi solent cydonio, piro, pruno, & Calabrics, & malis omnibus, ut inquit Palladius: quæ Plinius syluestre spinā Calabricē uocari dixit. Genera duo tubere, candidū & à colore sericū uocantur. Papinius tuberes & zizipha: hæc ex Africa, illa è Syria nouissimis Augusti temporibus inuexit, in castris fata, & aggeribus præcipue decora. Græci quemadmodum ipsas tuberes appellent, haud possum conijcere: nisi quis Syrica, siue ut in quibusdā exemplaribus habetur, serica eas uocare putet, parui succi poma, nec concoctioni, nec stomacho facilia, ut inquit Paulus, Oribasius, Aëtius. Præferuntur è ziziphis ædesina uocata, ut quidā putauere: quæ gran-

dissima, calore ac humore temperata, medicis morfrantibus. Columella duplex ziziphi genus habet, rutilum & candidū. Inuenio apud Græcos qui dicitur zizipha pro ziziphis appellent. Penē uero tubera peregrina sunt, in uno Italiæ agro Veronensi nascuntur, quæ peculiari nomine lanata Plinius appellari dicit, obducta lanugine, ut struthis & Perficis ferē plurimis: nulla tamen alia commedatione insignia, ab inuentoribus nuncupatur. Matiana ex uico Aquileiensi sub ipsas alpes, quibus similitudine respondeant Gangeris Paphlagone urbe nascuntur, nunc Hispaniæ uernaculo uocabulo Matiana in commune sunt matiana omnia. Sunt & à Manlio Manliana. Claudianus color rubens. Appianis odor & magnitudo coronæ, in sito cotoneo. Sceptiana rotunditate insignia. Cato adijcit quiriana, & condiciua, quæ dolijs condantur, & scædiana scædianaque. In nomine sunt & gestiana siue Sextiana, siue ut Græci scribunt cactiana: quoniam & cestomela uocatur ab Aëtio, quæ ridicule à cestro, id est loro dicta quidā interpretes existimant, cui similia sunt cortice. Hæc ipsa & pezomela uulgo dicuntur, & austera prædicant. Austera è dulci sunt apharomela: odorata hæc & pulpā habent asperā & squalentē ut cidonia. Sunt & parua quædā saporis gratissimi peritissa, habent & Pelusiana, & profusa, & ueriana, siue tiburueriana & sirutia, sunt & phaulia & que Delphica Græci uocant, & platania, & Mordius cognominata ex Apolloniace agro qui Mordius cognominabatur, & Camerina, siue ut Columella uoluit, Amenerina, & græcula. Itē gemella, nunquam in seculo singula: siue belgemela siue melgemela, quæ foliū unū aliquando geminū erumpit laterē medio. A colore serica, ut de quibus proxime differemus. Itē Dacca ferme uisissimā, quæ aduentu prima, decerpitur: propteratā. Græci Corinthiaca è Sidunte uico celebrat: nominatur & Lacdica & herina à uere dicta, sicut à lanugine chno dia, lanatis supra dictis fortasse non planè dissimilia. Seruatur poma tabularis loco frigido, septentrionalibus fenestris, quæ sereno die luce accipiunt patentes. Austri specularibus arcendi, Aquilonis afflatu autu cescunt in tugas: Colliguntur post æquinoctiū autu mni: nec ante sextā de cimā lunā: neque ante primā lunā. Cadiua separada. Minimū melimela durat, plurimum camerina, quæ ut scædiana quoque, serotina sunt & gelu maturescunt, ad hyemē usque: pendentia in pariente: Vini malo proprietates æque ut piro: Malū à Græcis μάλον, arbor μάλα dicitur. At pomi nomen generis est, ut coplectatur quicquid apud Græcos in uicibus continet, in quo significatu est, cum dicitur à medicis, omne pomū refrigerandi & humificandi uim habere: paræ alere, mali succi esse, autumno plus officere. Inde oporotheca ubi custodiuntur. Pomū Varro dicitur autumat, quia potu siccitatibus indigeat. Differt tamen opora ab his quæ acrodrya Græci uocant: quæ opora est quicquid nihil habet exterius lignosum: acrodrya uero contra, ut malum punicum, pistacia, castanea

castaneæ, nuce, similiaq; Vtrunq; genus salgami nomine complectuntur Latini, à quo salgamanus. Dumum esset, quia nuce essent, quicquid foris duro tegitur: malum, quicquid id quod esus est, foris habet, pomo utrunq; contineret, quod fere probamus. Serueto poma feruntur & alia mali genera, suis metionibus prodenda. Galenus omnia inquit mala breui fugiunt atq; aciescunt, utpote frigida, & excrementi-uo succo redundantia: ideoq; nisi melle condita seruando, seruari non possunt. Excipiuntur cotonea inquit & struthæ: malor; enim appellatione ueniunt & cotonea, & granata, & persica, & piri genus unū, libræ nuncupatum, ab amplitudine ac pondere.

## COTONEA.

CLXX.

Cotoneis, ut primus Cato nominauit, amplitudine pinearū nucum, interim maioribus incuruatos trahunt ramos, prohibentq; parentem crescere: *uulwria* Græci appellant, quoniam ex Creta primū illata fuerint. Genera eorum chrysolela, hoc est aurea mala, incisuris distincta, colore ad aurum inclinata. Nostratia cãdidiõra, odoris præstante uibrantia, ex eodem genere minora, odore penè, sicut quæ celeriter mitescunt & præcocia sunt, sunt & suauiora, minusq; acerba. Cotoneo struthæis infuso muluiana cognominantur: quæ sola ex ijs uel cruda uescendo sunt. Habentur & syluestria parua, & struthæis odoratissima, in sepibus nata: omniaq; iã & uitorū saluatorijs cubilibus inclusa, simulacrisq; nocturno conscjs imposta, ut Plinius queritur, insigni taxatione seculi muliebriter mollis. Cotoneum & codymalon siue cydomalõ uocari quidam scripserunt: uerum Polemon floris genus esse id existimat. Cotonei genus præter hæc inuenio phaulion uocatum, quo nomine mali quoq; genus unum dici meminimus.

## MELIMELA.

CLXXI.

Melimela dicuntur à sapore melleo: eadẽ & à celeritate mitescẽdi, mustea, ut inquit Varro, uocabãtur: minimum durat hæc, ut inquit mala diximus. Mustea sanè ueteres appellabãt id quod nos præcocia: unde cotonea quoq; certo genere mustea dici solita reddidimus. Item pira quod re- cens est, mustum & musteum dici solet, Athenis melimela nominabãtur, malo in syluestrem pirum cydonium ue infuso, ut scribit Diophanes.

## EPIROTICA.

CLXXII.

Epirorica ex Epiro inuecta primum, argumẽto est cognomen: orbiculata nostri appellant, ex figura orbis in rotunditatem circumacti.

## SYLVESTRIA MALA.

CLXXIII.

Syluestria odore acutiora, sed improba & acerba, ob id & conuicio dicata: ijs tanta uis, ut aciem gladiorum perstringant. Aliud genus sunt, quæ poma syluestria dicuntur, à rei rusticæ scriptoribus, ut albæ spinæ, græcæ silique, iuniperus, lotos, pampinus, cornus, arbutus, prunus & paliurus, atq; achrades piri. Quid porro sit in Columella (sunt em hæc Columellæ uerba) pampinus & an corrupta sit lectio, pro eo quod est carpinus, aut pinus, relinquo discutiendum peritis,

Persica ex Perside aduecta, ut ipso nomine apparet, Theophrasti temporibus in Aegypto tantum & uicinis locis ferebat: in Rhodo ad florẽ usq; perueniens, quod primum ab Aegypto uenienti hospicium fuit: inde Rhodacina fortasse uernaculo Græcorum sermone dicta, nisi quis inuersum nomen putet, quasi doracina: sic enim Persica ipsa nominatur à Græcis recentioribus Paulo & Aëcio, quasi duracina, de quibus post agetur. Notat auctores nusquam minus odoris pomo, plus succi, qui tamen sitim stimulet. Falsum est uenenata cum cruciatu in Persis ea nasci, & poenarum causa à regibus translata in Aegyptum, ubi celo proprietate mutauerint: Id enim de Persæ diligentiores tradunt, quam nos in suum locum differimus. Persicorum palma duracina Nationum habent nomen Gallica & Asiatica, Post autumnum maturescit, sicut ætate præcocia, quæ Plinius intra xxx. annos inuenta, prodente se testatur, & primo denarijs singulis uendata: Superantia e Sabinis sunt: popularia ubiq;. Pomum innocuum uel ægris. Pretium singulis triceni quondam fuere nūmi, nullius maiore quod miremur: quia non aliud fugacius: longissima namq; decerpit, bidui mora est, cogitq; se uenundari. Persica in prouetum aliū autumno condiuntur, ut uua cadis. Molluscum nucem sunt qui Persicum interpretati falsõ fuerint, ut in iuglande cõmonebimus. Persica sine suis ossibus & inscripta quemadmodum nascantur, docebit Palladius: Idem tria genera enumerat, Armenia, Duracina, Persica. Sint hæc Armenia, quæ prunorum generis esse quidam uolunt, an diuersa, studiosi salgamarum dijudicent: mihi eadem uideri placet.

## ARMENIACA:

CLXXV.

Armeniaca siue Armenia prunorum generis sunt, peregrina & ipsa, ut ex nomine cognoscitur. Sola e prunis odore commendantur, Armeniaca uocari desita, & præcocia siue præcoqua tantum dici, testis est Galenus, Palladio præcoqua differunt ab Armenijs. Græci nõ præcocia, sed beriocia fere pronuntiant.

## CITREA.

CLXXVI.

Malus Medica flores duobus modis procreat: alios qui uelut erectam in medio colum habent, fecundiores existimati: alios qui careant ea, infœcundos. Sunt qui & Assyriam & Persicam malum uocent. Item citrum, citream: Græci et Hesperida & malum eius Hespericum, auctore Iuba, qui ab Hercule translatum id in Græciam, & aureum malum uocatũ scripsit, ut Virgilius de ijs intellexisse uideatur, cum dixit: Aurea mala decem. Nuptiale pomum intelligi hoc uolunt, qui æditum à tellure fabulantur, nuntiato Iouis & Iunonis connubio. Folium ei adrachnes unedõisq;, spinis intercurrẽtib; ut in piro & oxyacantha, sed leuib; infestis mucrone, ualidis. Non mandebatur pomum Theophrasti ætate, sed ne Plinij quoq; (ut arbitror) magnopere, tãtum odore commendato. Plutarchi certè auorum memoria gustabat nemo, ut Athenæus inquit: Nunc à Palladij fere temporibus promiscuum expetimus cœnis, qui & medullas eius acres dulcibus mutare docuit: quamquam Apuleius negauit eandem esse malum Assyriam siue Medicam quæ citrus: quod citrus exiguum esset genus arboris, Medica uero,





turefcentia: nam quæ Aristoteles apembloadas nominat, infirij generis intelliguntur. Vini proprietates & piro. Conduntur hæc totidē quibus uua modis, non aliter quæ in cados. Vino & aqua coquuntur in escam ægris danturque pulmentarij uice, quæ non alia præterque coronea. In conuiujs Græcorum pira secundis mensibus inferebantur aqua mersa, ut mitissima quæque legi possent. Pira sunt & quæ liberalia uocantur, sed sola tamen è piris mala dici consueuerunt. Liquamen de piris fieri solitum ad ieiunia sceminarum inuenio, quod castimoniale dicebatur. Pirorū quæ maturissima sint, carnibus integro sale calcatis & resolutis, ac pira fæcilibus picatis cupis ue conditis.

**PIRVS SYLVESTRIS.** CLXXVIII.  
**A** Chudon pirus syluaticā, hoc est, achrada, & apud quosdam ut apud nos & pirastrum feraciliorē urbana prædicant: Hyeme fructificat ferè, Autumno tamē genus eius unum, ut Theophrastus inquit: Materia ei apprime dura, ideoque discos tabellasque sutorias è piro syluestri faciunt: quoniam ut in molli retunditur, ita in duro ferrum acuitur. Aculeatos hæc habet ramos ut Punica. Quid autem achyrades Heliano sint, quas in cibo primū Tirythios habuisse memorat, non comperi: nisi quis non achyradas sed achradas, hoc est, pira syluestria in eo legat: Nā ut idē autor inquit, ante panis usum Argiuos esitasse pira meminit, ut Athenienses ficos, glandem Arcades, Indi harundinem, Carmani palmas, milium Sarmatæ, terebinthum nasturtiumque Persæ. Achyra certè paleam significat: nec uideo quæ sit uerisimile paleis quenquam uesci potuisse, quasi ueterinum, etiam si Arcadas radicibus herbarum & arborū folijs recentibus ante glandis fagineæ usum à Pelago traditum, uictitasse creditur.

**MESPILVS.** CLXXX.  
**M** Espilorum tria genera, setanium, anthobon & antheboides quam & Gallicam intelligunt. Setanio fructus grandior, candidior, solutior, acini molliore ligno, reliquis minor, sed præstantior odore & astringentior gustu: quod fit ut diutius quoque durent. Lignum his stammus & spissus. Flores omnibus amygdalæ, non tamen rubentes, sed propemodum herbacei. Arbor inter amplissimas comosa in gyrum, folio scisso extremitate que apio simili, sed maioribus diuisuris, promisso, rigenti, nervoso, tenuiore & longiore quam apium, longo & gracili pediculo, radice alta numerosa que: ideo longæua est arbor, à terra que inextricabilis. Lignum densum, incorruptum, solidum, semine & auulsione feritur. Foliū antequam decidat uehementer ad rubescit. Infestatur & hæc uermibus in senecta, qui prægrandes ei diuersi quam cæteris contingunt. Nō fuit hæc arbor in Italia Catonis æuo. Hæc Theophrastus & Plinius. Verum alia hæc mespili distinctio est, quæ à Dioscoride representata est: Et sanè quæ dubitari solet, an mespilum ueteres cum sorbi arbore confuderint, quandoquidem altissimis conueniat, quod certe sorbo quam mespilo nunc uocant, magis conueniunt: nisi quis nostratem mespilum nō tam mespilum quam chatemespilum appellandam fortasse censeat: quæ nascitur, ut inquit Dioscorides Italia uocata epimelis, de qua sequenti capite differit. Certè Iulius Pollux, mespila inquit & sorba quoque appellantur.

**EPIMELIS.** CLXXX.

**M** Espilum Setaniā à Theophrasto nominatum Dioscorides epimelida uocari scribit, Hippocrates hamamelida. Galenus mespilū cōmuni uocabulo tricoccum, quasi triossum aut trigranium ab aliquibus appellatum meminit, quoniam tria intus grana siue ligna fructus habeat loco seminis, quid autem sit epimelis Galeno, differendū putauim⁹ in arbuto.

**LOTVS ARBOR.** CLXXXI.

**L** Otus arbor (nam & herbæ sunt hoc nomine complures) in Latino celtis uocatur, itemque faba Græca: Seruius fabam Syriacā. Nympha in arborē sui nominis cōuersa, quam Priapus fugientem comprimere quæsisset, Anacabonē uulgo apud Græcos dici autor est Aëtius, ut fructum eius anacabon, licet quidā peruersè, alicabon scripsere Græci, piri magnitudine aut paulo infra. Incisuræ folio crebriores, alioqui ilicis uiderentur: spissa, nigra, enodi materie. Differentiæ generum plures, cæque maxime fructibus constant. Amplitudo fabæ pomo, color croci, sed ante maturitatem, ut in uuis, alius alius. Nascitur in ramis densum myrti modo inter sese aduersum, non ut in Italia cerasii. Manditur inter lotophagos innocua dulcedine sua uitateque, nec uentris sentire morbum ferunt qui uescantur. Iucundus meliusque sine interiore nucleo, qui in alterutro genere offensus uideatur: uinum exprimit huic simile mullus, quod ultra denos dies negat durare Polybi⁹: sunt qui biduo triduo ue acescere id scribant. Baccas eius contusas cum nucleo & callo suo, dolijs ad cibos condunt: unde uulgo Romæ, puls Syriaca uocatur arbor illa modo: nam Padi accolæ baccam Syriacā appellant. Tanta uero fructus & arboris copia narratur, ut exercitum Ophelli Carthaginem petentis, in com meatuum defectu pauerit. Numerosa in Phariide insula Lotophagorū: plurima & in Aphrica nos spectate. Familiaris & Italiae, sed natura cœli terræque mutata, & succos oblita priores. Præcipua est circa syrtes atque Nasamones. Sunt qui breuem tradant arborem ut Polybius, qui & uidisse se testatur spinis asperam, folio uirenti quale rhamno, tantum profundiore latoreque fructu myrti cæcidæ per initia, processu puniceo, magnitudine oliuæ, sed rotundo: Eum cibo familiæ tundi cum nucleo, qui perexiguus ei est, seruati conditum. Eundem nucleū herilibus mensis eximunt: sapor è fici & phœnicolobani esse pomo, sed prestare odore. Uinum & acetum inde fieri. Lignum ceræ ad tibiæ cantus expetitur: è radice cultellis capulos & subscudes, ac breues alios usus excogitant. Hesperidū lotos ab ea quæ Lotophagis nascitur distat, ut qual ligni uice utantur ad urendū. Non desunt qui fructum eius post putamē esse, nec carnosum foris, sed cuticulaceum prodiderint: nec tam cibo dulcem quæ gustu alias iucundum, ut hinc fortasse Dioscorides maiorem pipere descripsit: ac fructus quidē Lotophagis dulcissimus, sed materia Cyrenaicæ præferri. Radici nigritia maior quæ ligno, sed densitas minor que in loto post buxū & hebenū summa reddit: utilitas quoque radici latior. Particulatim lotus fructificat nō ab utroque sui germine, quæ in bulbis & tithymalli quodā genere notatū est. Ludicere tibi fieri cœpæ sunt è loto, quas Alexandrini phoringas appellant: sicut ex asininis quoque ossibus & argento. Ebur quoque cœptum pertundi, unde tibiæ elephatix dicantur, relictis propter nimiam difficultatem harundinibus: propterea Cenomani lotum arborē hodieque appellant.

Iant calamitū. Spectatur Pataviū antiqua lotos in qua  
dam Anoniani templi xyſto. Est quando Hippocra-  
tes lutoa pro loto nomnat. Circa Memphim ne-  
mus à Theophrasto describitur fuiſſe tam ualtis ar-  
boribus, ut excederent trium hominum amplexum,  
utiles operibus, colore denſitateq; perſimiles loto:  
nam faba ſiue arbor Pötica genus diuerſum eſt à fa-  
ba Græca, id eſt, loto, magnitudine ſici, fructu ſabg,  
ſucco ueſtibis expreſſo, quem achy uocāt: niger au-  
tem craſſuſq; eſt: aut per ſe lugentes aut mixto lecta  
uiſitant. Nascitur in Scythia.

## CORNVS. CLXXXII.

**C**ornus craniaſ à Theophrasto dicitur. Sexus  
in ea duplex: fœminam Græci thelycraniam  
uocant. Fructus ſylueſtris maturiores ſuaui-  
oreſq; quàm urbanæ: quod in hac & ſorbo peculiare  
ferè eſt. Cornus altera præcox, ſolſtitio fructificans:  
altera poſt Autumnum, cui & fructus inguſtabilis:  
lignum inſirmum, hiansq; ac fungoſum, quæ fœmi-  
na intelligitur: contra mâſculæ firmiſſimum. Fœmi-  
na uiticulas paruas à lateribus emittit Amerinæ mo-  
do ſalicis, in totiq; fructuſior eſt, mollis & medul-  
lacea, uenabulis damnata. Materies mâſculæ robu-  
ſta, ſolida, excorſq; tota, hoc eſt, ſine medulla, & cor-  
nu inſtar prædeſa & oſſea. Nodos cornuſ omniſ ha-  
bet per interualla geminoſ, & inuicem reſpondeteſ  
ut in uitice. Folium amygdalæ, ſed pinguiuſ & craſ-  
ſiuſ, cortice neruoſo ac tenui, caudice nō admodum  
craſſo. Maſ duodecim ferè cubita excedit: quàm alti-  
tudinem ſariſſæ Macedonum ampliſſimæ habet. In  
Ada maſteriliſ, fœmina fruſtiferâ. Fructuſ apud Ma-  
cedoneſ ambæ ferunt, ſed fœminæ (ut diximus) qui  
mandi non poſſit. Radiceſ ut Amerina firmæ & cō-  
tumaceſ emori: humidis lociſ auulſione ſemine que  
prouenit. Eſt & in India arbor ferent fructuſ ſimileſ  
corniſ, quæ merito cornuſ Indica nominari poſſit.

## SORBUS. CLXXXIII.

151 **S**orbo ſyluaticæ præſtantior quàm urbanæ fru-  
ctus, quod in hac & corno præcipuum Theo-  
phraſtuſ notauit. Arborem Græci *βλῶ* & *ὄβλῶ*, fru-  
ctus *βλῶ* & *ὄβλῶ* uocant. Fœmina fruſtificat ſola. Discrimen  
in fructu, q; aliæ figura orbis, aliæ oui ferunt.  
Item in ſucco: aliæ odoratioreſ dulcioreſq; ut or-  
biculatiſerè omneſ. Aliæ aciduſ peiuſq; olentem,  
ut oualeſ. Vtriq;e folia pediculo ſingulari, proluxo,  
neruaceo, cōdita in uerſuſ, alæ modo à laterib; emi-  
cantia, tanquā ex omnibuſ unum ſiant: laciniſ pen-  
natim ut in ſilice ad neruū uſq; diductiſ, ampliſcu-  
loſq; diuiſiſ interuallo: atq; hæc non paulatim ut cæ-  
teriſ, ſed uniuerſa collabuntur. Omniuſ ramuliſ in  
extremo pediculi folium prominēt, cuiuſ acceſſione  
impar numeruſ efficitur. Figura hiſ lauri tenuiſoliq;  
præterquam quōd ſerrata per ambitum breuioraſq;  
ſunt: neq; cacuminibuſ mucronatiſ, ſed in rotundita-  
tem reſuſiſ. Floſ racematim coactiſ ex pluribuſ cā-  
didis ac minutis, petiolo unico dependet. Fructuſ eū  
large proueniunt, uuæ modo ſarctiſ congeſtiſq; uifun-  
tur, ex uno petiolo ſaui ſpeciem præbenteſ. Exeſt eoſ  
uermiculuſ etiamnum crudoiſ acerbiliſimoſq;: ipſa  
quog; arbor in ſeneſta uermibuſ obnoxia, ruſſiſ, hir-  
ſutiſ, ſui generiſ. A trimatu fert: autumno ſoliſ ſub-  
inde amiſſiſ cachryn ſuam fundit, eduraturam hye-  
me, ut in robore. Aculeoſ ſorbuſ non habet ut meſpi-  
luſ. Nouella cortice leui pinguiſculo: ſtauet è candi-  
do, annoſa, ſcabro atroſq;. Arbor ipſa de grādibuſ &

ſubreſtiſ, coma concinna: & niſi quid impediāt, uer-  
ticem nucis pineæ repræſentant: materieſ ſolida, con-  
lorata, firma, cōpaſtiliſ: radicibuſ neq; multieſ, neq;  
in altum deſiſtiſ; ualidiſ tamen & craſſiſ auelliſq; diſ-  
ſiciliſimie. Nascitur ſemine, radice, auulſione, ſolo al-  
ſioſo, humecto, interimq; montibuſ: conduntur ſapa-  
Catonis præcepto. Noſtri differentiaſ in ſorbo qua-  
tuor nouere, aliſq; rotunditateſ mali reddunt, aliſq;  
turbineſ piri, utriq; ſaporeſ uini generoſiſſimūſ,  
cui circa pediculoſ folia aliſq; ouata ſpecie, odore  
acri, nec perinde iucūda ſauitate. Quartum genuſ  
forminale appellant, ualens contra tormina: hoc al-  
ſiduum prouertuſ eſt, minimūſq; pomo, arbore diſſi-  
mili, ſoliſ ferè platanuſ. PRVNVS. CLXXXIII.

**P**runuſ *κρηκεμυλία* & *κρηκεμυλία*. Græce dicta: po-  
mum ipſum neutro genere, arborem mâſculi-  
no, media comœdia pronuntiat. Folio arbuti  
deſcribitur, ſi Theodoruſ audiatur, & inter paruaſ, ut  
peculiare in ea Theophrastuſ reddiderit, fructum in  
lanuginē ſoluiſ quæ dicitur pappuſ, quod nulliſ aliſq;  
bori eueniat: ſed hoc Pliniuſ Theophrastuſ ſecutus,  
non pruno ſed coggyryæ uocata tribuit. Deceptio  
hominem uel corrupta lectio, uel nominū affinitaſ:  
forte quia *κρηκεμυλία* non *κρηκεμυλία* ſcribendū erat:  
nam & unedo cui ſimiliſ eſt coggyryæ, meliſ nomē  
apud Theophrastuſ habet. Pruniſ ſylueſtreſ Ver-  
giliuſ ſpinū uocauit eo uerſu: Spinoiſ iam pruna ſe-  
renteſ. Genera pruniſ propē inexpliſcabilia, uerſicolo-  
ria, nigra, cādida: quæ à comitatuſ frugis eiſ hordea-  
ria dicātur: alia eodē colore, ſeriora maiorāq; aſinina  
cognominata obuilitateſ: ſunt & onychina Colu-  
mellæ, nigriſ laudatiora: ſunt cerina ſiue cereola atq;  
purpurea, nec nō Armeniaca, de quibuſ ſuccum  
tur & inſita nucipruna, quæ in facie parētis ſuccum  
adoptioſis præferunt, nuciprunaſq; uocātur: hæc &  
cerina & ſylueſtria ubiq; nata, ut uuæ autūno caldiſ  
uſq; ad alia naſcentia condūtur. Reliquoſq; uelocitateſ  
trāſuolat cito marceſcentiū: Non pridem, inquit Pli-  
niuſ, in Betica malina appellari cœperūt maliſ inſita  
& amygdaliſ: intuſ in ligno nucleuſ amygdalæ: nec  
aliud pomū ingenioſiſ germinatū eſt. Damalcena  
è Damalco Syriæ iam pridē ante ætatē Pliniſ in Italia  
naſcebātur, grādiorē q̄q; ligno & carne exiliore, nec  
unq; in rugaſ ſiccata, quādo ſoleſ ſuſ deſunt. Popula-  
reſ iſſ myxæ de quibuſ in Aegypto & uina ſiūt: ſami-  
miliares & ipſæ Italiæ uel ſorbiſ inſite. Amariora pru-  
niſ myxa, uel ſimilia Pauluſ exiſtimat: nā myxa Græci  
uocāt, noiſ myxas, qbuſ ſimiliſ eſt perſic. Aegypcia,  
niſi q; poma Aegypciæ rubefcūt. Pruna oīa poſt Ca-  
tonē in Italia cœpiſſe manifeſtū eſt. In ſylueſtribuſ  
ſatiuiſq; pruniſ limuſ eſt arborū quē lichena Græci  
uocāt. Eſt & ſua prunuſ Aegypto magnitudine inſi-  
gnti nō diſſimiliſ ſpinæ Syriæ, pomo meſpili, ligno in-  
tuſ grādū ac rotundo: Florere incipit mēſe ſereſe Iulio,  
matureſcit bruma, nec folia dimittit. Corpus ipſum  
pomiſ natura copiaſq; pro meſſibuſ eſt incoloiſ: ſicca,  
tū purgatūſq; tunduunt, ſeruātq; eiſ oſſaſ qui Thebiſ  
habitāt. Miræ Galenuſ Dioſcoridē, q; pruna Dama-  
lcena ſicca aliuſ ſiſtere prodiderit, cum perſpicuo ſol-  
uant: q̄q; minus inquit q̄ Hiberica uocata, quoniam pri-  
mum ex Hiſpania uenerit, ut inquit Acriuſ ſucciſ dul-  
cioris. Cæterę Damalcena intelligūt, quæ Theocrituſ  
brabyla uocauit, q̄ & madrya & badrya dicit. Athe-  
neog. Prunū ſylueſtreſ, ut idē autor eſt Gale. in Aſia pru-  
annon dicit, & noiſ ea uulgari uoce prunula uocant.  
ARBY.

## ARBVTVS. CLXXXV.

**A**rbutus Græce *κόμπος* & dicta, cortice deciduo tenui, similitudine tamaricis, folio inter ilicē atq; laurum: arbor ampla nō est. Flores Iulio mēse ab uno pediculo cacuminibus racematim dependēt similes baccis, longioribus myrti, neq; folioscunt concaui, ceu ouū pertuso uertice. Cum deflorescunt parte qua sunt annexi perforātur, relabendoq; in pediculū, speciē uerticilli fuso iniecti præbēt. Fru-nascens, & prior coquat. Carbonibus officinæ argen-tariæ cōmendant coctione prima, ut ariā. Pomū hoc & *κόμπος* & *μυρδινλον* Græci ferē uocāt. Latini pomū & arborē q̄q; ipsam unedonē & arbutū appellāt. Sūt qui duo genera constituāt, Theophrastū ut arbitror secuti, comaron, id est, arbutū, & mimecylon, id est, unedonē à theophrasto nelian uocatū, defluso & hoc cortice, folijs q̄q; sed ima tantū parte deciduis, uiren-te perpetuo coma. Mas sit an femina sterilis nō con-stit. Arbor ipsa fruticosa: pomū in honore, ut cui no-mē ex argumēto sit, unū dūtaxat edēdi: uel fortasse, quia solū hoc pomorū simile fructui terræ gignitur, hoc est, fragis terrestribus ē quinq; folio frutice na-scentibus, quæ & mora terrestria dicitur à Seruio grā-marico: nec satis scio an recte. Ideo q̄ mōtana fraga nominantur à pœtis, ut à terrestribus distinguerent. Galenus & Paulus arbutū comaron, synedonē uero, siue ut ipse lego, tunc donē à rusticis Italiæ uocari scri-būt, quā *κόμπος* & *μυρδινλον* Græci nūcupāt syluestris mali genus, copiosum in Calabria, fructu acerbo, & infesto capiti & stomacho: sed ius aliud hoc sit ab eo q̄ Dioscorides inter mespila cōnumerat & epime-lida uocari meminit, siue idē, certē Palladius epime-lides siue hypomelides, inquit, sunt poma sorbo si-milia, mediocri arbore nascentia, flore candidulo, sa-por ex acridulcis. Pamphilus apimelida piri genus arbitrat, quod aliq; uocāt hamamelida, quidā ho-momelida, frequentem in Ionia & biferā, fructu piri sed sui generis: omnino, ut Athenæus inquit, prædul-ci & sine nucleis, ac prælato piris: aliq; homomelidas uocāt, ut Asclepiades, non pira, sed mala syluestria & mōtana, quæ Theocritus Oromelidas appellauerit, cum sicu maturescētia. Hamamelides, inquit Gale-nus, apud Hippocratē mespili genus est nascētis in Italia: ex quo facile colligit hamamelidas ei eē, quæ sunt epimelides Dioscoridi. Mixq; eius usu mulieri-bus lac cieri tradidit Hippocrates. Autores sunt qn-tos. Similis comaro est & adrachne, quā omnes ferē Græci portulacē nomine interpretantur falsō, cum illa sit herba & adrachne uocēt, unius literæ diuersi-tate. Theodoros apud nos arborē portulacā uoca-uit, ut à portulaca herba distingueret, eruditius q̄ foe-licis. Cæteræ adrachne est syluestris arbor, neque in planis nascens, similis unedoni, fructu & folio tatum minore & nunq; decidente, præterq; ab imo. Cortex exciduis & scaber quidē, sed qui circūgelatus uide-ri possit, tā tristis aspectu est: q̄q; in Theophrasto nō hoc est, rumpentē se per ambitum, legat, q̄ & Theo-doros quos sequit. Alibi quoq; Theophrastus *φλοιο-πος*, hoc est, corticis abscissus Platano & adrachne cōmune inquit est. Sed lectionē Plinij ueriorē puto, quia corticē excidere huic arbore propriū nō est, sed ad alia quoq; plura pertinet: libere tamen sit æstimā-

tibus hæc iudicium. Corticem quoq; candidū Theo-dorus ei reddidit, quia leucō ut arbitror legebat: ego lepron, id est, squamosum scabrūq; lego, Plinij secu-tus. In Helicone arborem hanc Pausanias enasci tradit frequentē, etiā si andrachnū uocari credidit. Magnitu-do arborei nō præcipua. Illud cū subere habet peculia-re, detracto in orbē cortice, nō emori: q̄ ueteres Lati-ni cingere arborem uocabāt, actione instituta cōtra eos, qui ita deglabrassent, & baltheū exmissent: ar-borē furtim cassā, eadē causa: qua legis Aquilie, cer-minare cū urbana Theophrastus eā scribit: nec de ur-bana qualis esset inuenio, nisi q̄ minime uerū puto, herbam intellexit portulacā. Inter biferas hæc arbor priorē fructū, incipiente pubescere uua, peragit: pos-teriorē hyemis initio, siue ut Theophrastus inquit, priorē cū dulcescit uua, posteriorē cū floret. Adra-chnæ usus foeminis ad opus telarium. Similis huic apharca: Plinius aparachen uocat ē syluestri genere arborē, æterna fronde, Olympo mōte frequēs, nec ni-si mōtibus nascēs. Habet & urbana: utrunq; genus si-mul germinat, & ut adrachne biferæ septis uallis que utile, sed urendo q̄q; prædicāt. Differt connaros à co-marō, ut in paliuri mentione diximus. Testandū est & illud, grāmaticos Græcos esse, qui fructum arbuti *κόμπος* uocari tradant falsō, cum *μυρδινλον* eum dici constet: acylon uero iligna giāns sit.

## AMYGDALVS. CLXXXVI.

**A**mygdalæ flos anteq; folia (quod ferē soli prop-rium inter arbores tribui) manat ē tritico, lachryma ad nihil utilis. Proximum corpori operimentū itē summū, simile iuglandiū, sed tenui, nucleo dissimili, lato callosioreq;. Mori uulpes earū pastu ferūt, utiq; si nō cōtingat ē uicino aquā labere. Nihil æque degenerat q̄ amygdalus, ideo q̄ aut plā-tam sæpius transferri, aut adultā inseri præcipiunt. In remedio est & paxillū adigere, & lachrymā deflue-tem extergere, reliquo cultu omni perinde adhibi-to. Ex amygdalo cinerē & lixiuā probant ut acerrimam: Ad fornaces artesq; aliquas non incommodo quoq; ligno. Amygdalā eandē esse cū Græca & Tha-sia Cloatius putabat. Alijs Græca uidetur esse iuglās. Columella tria facit genera libro sexto, Græcæ, iuglā-dis, amygdalæ.

## AMYGDALVS DVLCIS. CLXXXVII.

**A**mygdalus dulcis si à pecore sit erosa, dicitur amarescere. Quemadmodum amygdala nā sci scripta possunt, rei rusticæ libri docent, ori-gine à Græcis orta, quod & ad alios quoque fructus foeliciter conuersum est.

## PISTACEA. CLXXXVIII.

**P**istacea in nucum genere habentur. L. Vitellius 145 qui censor fuit, & hæc in Italiam primus intulit ē Syria, cum legatus in ea prouincia fuisset, nouissimis Tiberij Cæsaris temporibus: mox & in Hispaniam, qui cum eo militauerat Flaccus Pompeius eques Romanus. Venetijs hæc Iudaico uico sa-tu feminis enata uidimus, folio maiore quā lenti-sci. Mare in hoc genere accipiunt, cui sub conto ue-lut offei longi uidentur latere testiculi. Nicander Co-lophonius pistacia uocauit, & alius Nicander phista-cia: sunt qui listacia ut Possidonius. Inuenio & asta-cia scriptum in pœtis. Athenæus autor est termin-thos siue terebinthos credi solitas à nonnullis, quæ nunc Syri pistacea uulgo appellant, foliorum simili-tudine ut arbitror fallente.

## COROLLARI,

NVX IVGLANS.

CLXXXIX.

**K**A' *πυρ Βασιλίδω*, id est, regia nux uocata, fructificat Autumno. Arbor carea Græce dicitur. Notum in ea est calliculacea tegumēta totidem quot flores fuere: cōtrahi pediculo, singulisq; his singulas includi nuces: duplici munimento protectas, puluinato primū calice, mox ligneo putamine: quot modis & foetus in parente, hoc est, utriculo atq; uentre: propterea Fescenina locutionis comites & religiosas nuptiis, uerisimiliusq; hoc, q̄ quod cadēdo tri pudium faciant, elidendo uirginum puellarū clamore. Germinat hæc non cacumine, ut maxima pars arborum, sed lateribus, impulso priore pululo: qua forma & caudex totus & pregrandes rami crescūt. Hoc & auellanae faciūt, & quibus germina in foliū unum procumbunt uidelicet: quia de sit initium, unde germen erumpat. Medulla nucis quæ in ligno ipso continetur, isca dicitur Aëtio, forte ut alia quoq; multa de prauate à Latinis id acceptū, quasi esca, quoniam pro igniario & cauterio quōque sit medicis. Mutari hanc in quercum senio nonnulli produnt. Transtulēte iuglandem reges ē Perfide, ob id regiae nuces appellantur. Caryon uero à capitis grauedine propter olacitatem uocatam, nemo dubitat: etenim arborū ipsarum foliorumq; uires in cerebrū penetrāt, hocq; in cibus nuclei earū minori momento faciunt. Tingitur cortice earū lanæ, & capillus ruffatur. Primum prodeuntibus nucleis id cōpertum, infectis tractatu manibus, pinguescunt uetustate. Sola differētia generum in putamine duro, fragili, tenui, crasso, multo loco, simplici. Solum hoc pomū natura compactilicinxit operimento. Namq; sunt bifida putaminū carina, nucleorumq; illis quadripartita distinctio, lignea intercurfante mēbrana. Hæc arbor an fuerit in Italia Catonis æuo, non constat: quoniam Græcas nominat, quas quidā in genere iuglandiū seruant. Sunt & galbæ siue caluæ, item Prenestinae ab eodē Catone dictæ, quas maxime laudat, & conditas fistilibus in terra seruari uirides meminit: postea Thasiæ & Albanenses probari cōptæ: & Tarentinæ duo genera fragili putamine & duro, quæ sunt amplissimæ & minime rotūdæ, quas à frangendi mora moracias & moracillas sunt qui uocēt. Præterea molluscæ putamen rumpētes. Macrobius qui Perficū uulgo dictū molluscā nucē esse putat, aperte hallucinatus est: cū is nō de Perfico, sed de nucē regia & iuglande, quæ sit ē Perfide cōuecta primū ad nos, molluscā intelligat: nam à quibusdā nucē Perficā uocari tradit, Sueniū hominis doctissimi testimonio fretus. Thasiam quoq; nucē atq; Græcā amygdalarū eē generis, Cloatius existimat. Prenestinā Macrobius eandē esse cū auellana, Varronis & Neuij autoritate meminit. Iuglans à iuuādo & glande, siue quasi Iouis glās, literis interlisis appellat, siue quasi *Διὸς γλᾶς*, id est, Dios balanos Theophrastū uocasse Cloaci? autor est. Sed certe Diosbalanos Castaneam Dioscoridi significat. Pro deinde nō parcius errauerit Nonius Marcellus, qui iuglandē pro syluestri nucē interpretatus est. Bisferas iuglandes Siluaciano Patuini agri uiculo prouenire, satis constat. Fomites ab hac nucē Mnestor optimos fieri cū dixit, de iuglande uidetur intellexisse.

A V E L L A N A.

CXC.

**N**Vx auellana quam Græci Heracleoticā appellant, nostri Prenestinā & Abellinā patriæ uocabulo: in Asiā Græciatq; uenit ē Pōto, propte-

rea nūc Pōtica, nūc Heracleotica dicitur, quo nomine Macrobius Castaneas intelligi falso putat, Oppiū secutus. Pōticas sunt qui & alareas nuces cognominent. Inuenio & alaria uocari arbore, unde iacula & hastæ factitari soleant. Auellanae sunt ex arbore quæ corylus dicitur: has mollis quidē tegit barba, sed putamini nucleisq; solida, rotunditas cōtra q̄ iuglandibus. Umbilicus auellanis & in uētre medio. Torrent eæ cibus. Corylus neglecta cōmeat in fructū: q̄q; si quis eā minus subluet, fructū meliorē & copiosiorē ferre traditur, ut quæ naturæ suę proprietate fructuosa sit: cōderi tamē refecariq; præcipiūt, ita fructuosa reddi: alioqui si arborefcere patitur aliquis, in corpulentiam & magnitudinem alimentū omne sumptant. Florere negant hanc aliqui, sed floris uice quosdam in ea uillos erūpere: Huic simul fructus decidit: uue modo callus innascit, magnitudine uermis grandiusculi, pinguis, singuli pediculo compactilis: iulum uocant. Dehiscit uere ac desluit, cum folia emergunt: simili omnino sorte qua cachrys in robore, abiete ceterisq; amentiferis. Syluestris proflis natura, quoniam hyemis patētissima, & motibus magna parte prouenit: nec urbanae fructus magnopere q̄ indomitæ præstantior. Folium urbanae maius, serratumq; ambitu, utiq; alno simile, tantum latius, Coryli alia nucem rotūdā, alia oblongam ferunt: candidiorem urbanae, meliorem in aquaticis. Translatu mitescūt syluestres. Cortex summus tenuis, pinguis, & maculis albis uarius: materies lenta: præcipolantur. Medulla tenuis sufflata quæ dematur.

M O R V S.

**M**Oro succus in carne uinosus: trini colores: candidus, mox rubēs, maturo niger. In nouissimis floret. Inter prima maturefcit & transuolat. Tingunt manus succo: matura eliuunt, acerba pilum coriis folia eius in urina madefacta detrahunt. Minimum in hac arbore ingenia profecerunt, nec nominibus, nec inficionibus, nec alio modo quam pomi magnitudine, mora differēbat notitiē. Autores Græci morum in Asia & Tusculana Romæ. Autores Græci syluestri ferunt castaneæ, phago, terebintho, pitis syluestribus, malo, ulmo, populo quæ sit alba, unde candida nascantur mora. Nascuntur & in robis, multum differente callo, quæ maratha nominantur ab Hippocrate: quanquam corrupta fortasse lectio est: nec potest esse *αὐτὸν Βάλβν*, sed *μύρα τῶν αὐτῶν Βάλβν*. E' pomo arboris mori panchrestos stomatice, eadem arteriace appellata, pluribus modis siue negit aliud oris arteriæ, uue stomachi, iucundius remediū: Hoc est uulnera ad cicatricem perducebant. Succus siccato expressus pomo, multū saporū q̄q; obsoniorū confert, ab Hippocrate rhoon quādoq; dietā mora germinatione priusq; in folia exeāt, sinistra manu decerpi iubēt. Futura poma ricinos, siue ut quidā legiūt, cytinis Græci uocāt: ij terrā si nō atugere, sanguinem sistūt alligati, qua cūq; parte fluat: ad hoc feruant repositi. Materia utilis operibus quæ flexu conuertit: Ideo furculas ex ea circosq; faciūt, ut ex caprifico q̄q; itē nauib; tornacula, ut ex fraxino, ulmo, platano: q̄q; ē platano celeriter putrescūt. Itē auriculas si burnicis, & testudines atq; firmamēta. Mora in Aegypto & Cypro sui generis habent, ut mox dicemus. E' ficu Aegyptia & Cypria, sycaminon Græci pomum ipsum uocāt, Sycamineam & syccan, & syccen quoq;

quo ipsam arborem Hippocrates: Nam Aegyptia & Cypria sycamoros & sycamoreia dici ferè solent. Media Comedia sycaminon uocat & pomum & arborem: sed pomum neutro, arborem masculino genere, ut apud Iulium Pollucem notatum legitur. Hippocrates morum arborem est quando sycen & modo quoq; dicit: ubi uidelicet radicem syces primo de foeminarum incommodis uolumine requirit, ut Galenus interpretatur. Inuenio & modo scriptum in Hippocrate pro moro, nisi fallor, culpa librariorū.

FICVS AEGYPTIA. CXCH.

**F**icus Aegyptia siue morus, quam ut Celsus ait & morosycon appellat. Fructum hanc non caudice, sed ramis ferè quidam falso tradunt: cū uero riores sint qui utroq; nasci prodāt. Magnitudo aspectusq; pomō fici, succo tamen & sapore caprifici: sed dulcedo copiosior, sine granis interioribus, scalpendo tantum ferreis unguibus, nec aliter mature scit: quod cum factū est, quarto die decerpitur, alio subinde atq; alio subnascitur terno, ita aut etiā septeno numerosa partu per singulas ætates, multo lacte abundante. Subnascitur etiam si non scalpatur, quater ætate priorem impellendo foetum, qui sit immaturus. Arbor nostrati moro similis folio, magnitudinis, conspectu: materies inter paucas utilissima. Celsus statim uir: siccatu mersa in cilibus atque stagnis. Cum fluitare coeperit, tempestiua operibus intelligitur: ablato ita pondere ac soluta: id probe inueteratae signum habent: Videlicet alienus humor alium eius omne mitigando fuggit. Huic similis est que uocatur Cypria ficus in Creta: nam & ipsa trūco pomū ferè & ramis, cum in crassitudine adoleuere. Distat à superiore, quod germina emittit sine ullis folijs, radice & similia, cui fructus quasi cuspidis accessu prepilatur. Caudex magnus, & populo albè proximus: foliū ulmè. Quater germinat, quater suas ficos maturat: sed grossus in ea nunq; excoquit, nisi emisso incitura lacte. Suauitas pomō fici sed interna: Similitudine caprifici habet. Magnitudo pruni uel sorbi.

FICVS CYPRIA. CXCH.

FICVS. CXCH.

**D**e ficu Cypria dictum est in Aegyptia. **F**ico circa Elephantū agrum folia non desuūt. Græci pomū sycen & palathen quandoq; uocāt, arbore uero sycen & sycada, quanq; sycada nouellam ficum ferè intelligūt, ut Iulius Pollux inquit: nam schades aridæ fici sunt, aut carice interdū. Inuenias apud Græcos ischadas recetes & ueteres quoq; dici. Comedia & iscada captū pro ficca uidet appellasse, q̄q; & ischada Sophocles pro anchora est ubi accepit. Fici pomū ἰσχυρίων ab Atheniensibus uocati, quasi ante alias fruges inuentū, autor est Athenæus, etiā quibusdā festis præferre pompæ solitū in offis. Naxij ficū ipsam melichen appellant, à quo & Liberum patrē melichon ceu inuentorē eius uocāt, ut Lacedæmonij syciten. Quidam gigantem nomine Syceā Ioue persequente, in ficū à tellure conuersum fabulantur: unde in Cilicia urbi nomen sit inditū Syceæ. Sunt qui sycen, hoc est, ficū, oxyli ex Hamadryade filia, ut alias quæ arbores fuisse memorēt. Pausanias in Attica primū editas putari tradit, Cereris munitore, in memoriā hospitiū Phytalo donatas, qd & in monumento eius testatū uersibus hexametris. Ficus oīs breuiter nec procero caudice: q̄q; amplissima quædam inueniuntur, uel pitris emula magnitudine. Cor-

tex ei leuis, laciniosa folia, & cruciformia, hoc est, ut Theophrastus inquit, σπλορηδῆ: nisi quis κερωνορηδῆ magis legendū putet: nam Hippocrates uere inquit folia sunt fico pedibus cornicis similia. Ex interiore pomī huius semine, id est, minutis in eo granis, quæ Græci κερωνορηδῆ uocant, etiam caprificus nasci dicitur à Theophrasto. Germinat sub arcturū: post uer: quod tempus cōmune omnibus est, præsertim edomitis, ac præcipue in fico, uite, Punica. Ficus in Hircania dulciores multo fertilioresq; ut modios ccc. xx. singulæ ferāt. Externæ sunt in Italia Chalcidicæ, quarum genera plura: item Lydiæ quæ sunt purpuræ, & mamillanæ similitudinem mammarū habent. Calistritiæ parum sapore præstantiores, sed Græcorū iudicio prælatæ cæteris: has & ficus & passarias uocari Capitolinæ autore est in Clodio Albino, ficosq; omnium frigidissimæ. Inuenio psycalia uocari quoddam earū genus ab algore, nisi quis malit ab Atticæ regiōis insula Psycalia. Sed an calistritiæ sint, quia frigidissima dicatur, mihi parū cōstat. Nonnulli sunt qui psycalia intelligant, quæ recentes non sint quidem, nō tamen siccata: Africanæ ab aliquibus præferuntur, cūctis celebratæ Carthaginis excidio: & aliæ ab Africanis Lybicæ. Habentur & Sulcæ & Topiæ quæ dicuntur. Patriæ nomen obtinent etiam Alexandrinæ, post dicende. Candicat Scirina cognomine delicata. Nigra est & Rhodia & Tiburtina, præcoque. Sunt & Liuianæ, siue ut alij uocant, Liuiæ Pompeiæ, in usus annuos arefactæ solibus, aptissima cum mariscis: & quas harundinei folij macula variare dicitur: harundineas ob id uocatas, à quibusdam Alfulas. Est & Herculeana, & Albicerata, & Aratia alba, pediculo minimo, latissima. Cloacis & asinastrā, atram, Paluscā, Augustam, biferā, cucurbitanam, leptolydiam, Marficam, Numidicā, Pullam, Pompeianam adijcitur in nomine. Sunt apud Græcos Atticæ, delatoribus inde nūcupatis, præsertim ægilides. Sunt & Laonicæ, item Phrygiæ, item Phibaleæ Hippocrati. Androtion leucelineon adiungit, quas nostri albiceratas uocant albas ficos ferentem. Addit & oporobasilidas, & celuron, & phormynion, & Megaricā: & alijs toxaliæ sunt, & ex insula Paro Aemoniæ uocata, nihil à Lydijs distantes, colore sanguineo. Sunt & amadei & coracei & Nicolei, & basilicæ quas & basilidas uocant. Hybernas ficos cydoneas Græci appellant. Probabatur & Zacyntho, quod & Plauti confirmat autoritas in Mercatore: item Cimoliæ. Primo autem prouenit porphyritis, longissimo pediculo: Comitatur eam è minimis & uilissimis, appellata popularis: contra nouissima sub hyeme maturatur chelidonia: hæc rubra est è nigro. Que porro nigra ficus est, barbacytra dicitur à Græcis. Iulius Pollux chelidonias dicendo, Articas inquit intelligimus, quas Lacedæmone chelidonias appellabant. Sunt præterea eadem serotina & præcoques, biferæ, alba & nigra, cū messe maturescetes atq; uindemia. Serotina à corio appellatæ duro, hoc est, ut Macrobius, duricoria, ex Chalcidicis trifero quarundā prouentu. Tarenti tantū prædulces nascuntur, quas uocāt onas. Sunt & Sagūtinge relianq;. Quibusdā prouincijs & hibernæ sicuti Mæsiæ: nō natura sed ingenio. In ficos genere caricas peculiari arbore fert Syria, & minores eius generis quæ coitana appellat. Habent & Cauniæ, omiales M. Crasso in Parthos moueti. Cauniæ porro sunt tam ex Carie oppidulo, unde nomen Caricis apud nos, ut cōiunctio d; aperte,

COROLLARI,

aperte, ut multa, quae ex Aeolica urbe Cauno commēdabiles. Antiochenae uero Caricę quas & triphyllas uocant, ut inquit Strabo, ab Antiochia Phrygię, Mxandro apposita nomen habent: omnia hæc L. V. tellius in Italiam Tiberij principatu transtulit. Ficus unum genus pomum super folij dorsum ferentis circa Idam ostenditur, & ob id *ἰδαμονόφυλλον* uocatur Idę cognomine. Ramosa hæc neq; celsa, cubitali crassitudine, ligno ualido, cōtorto, lento, sine lacte: pars quę à terra est, leuis enodisq; superior comosa in orbem. Colos folio & cortici luens ac uiridis. Foliū tilię per omnia, sed molle. Flos mespilaceus, & cum mespilo erumpens. Ficus rubra, magnitudine oliuę, rotundior, sapore mespili, radice crassa, ut ficus quoq; cętera: item lenta materies, incorrupta, corde solido, neq; medullaceo siue molli. Alexandrinā hanc ibi uocant. Nasctur & in mari ficus sine folijs, parua, rubro cortice. Quędam ficum & grossos ita ferunt in Cypro, Cilicia, Hellade, ut ficum aduerso folio, grossos auerso sustineant: cum reliquę arbores sub folio pomū, ut protegatur, habeant. Laconicum genus uocatur, præcoces eas habens, quas Athenis *ἠποδρόμων*, hoc est, præcoquas atq; percurrentes uocant. Eiusdem feracitatis est & quę à Theophrasto leucōphalios nominata est. Idem autor & charition & aration ficū nominat. Ficus maturas Gręci colythra, ut Philemon scribit, uocant. Seleucus protericen ficij genus uocari tradit, primitiuas eas ferentis. Habent & alia ficorū nomina, cirrhoceladię, picridię, hiladię, sarcelaphię, lapyrię, dracontię, leucophię, melanophię, crenę, mylęcę, Ascalonię, Trallianę, Rhodijs simillimę, bringidarides, quanq; barbarę tamē cum Atticis ferē certantes. Profenidas, Pamphilus, Tithrasias Theopompus, generosas Plato in legibus & ficus & uites quasdam commemorat, quasi nobiles: etiāsi nobile à generoso, ut inquit Aristoteles, diuersum est: fortasse illa genera intelligens quę dicuntur ægilides inter ficos: & racemos nicolstraticos inter uitas: quę duo Athenis maxime commēdabantur, ut racemus hipponius in Rhodo insula, Thracefinas ad lienam probari apud Aëtium inuenio. Morbus fico peculiaris uermiculatio. Bestiolas eas uocant *cecastas*, stridulum animal: Item patella, sed aliter q̄ in olea, quoties uidelicet radices imbrum superuentu quasi deglabrantur. Item crados, scabies, & coclę: Crados intelligitur, cum marcescunt rami, quos priuatim cradas in ficu uocant. Attici ficū ipsam cradē nominant. Nam & machina, quę in comœdia Bellerophontas & Perseos & deorū imagines in aëre presentabat, crada appellabatur: quia species ea ficū imitaretur arborē. Inter morbos est & uredo, id est, *νευρομύς*: & tabes quę dicatur *ἰνπληξίς*, quasi quidam stupor, rigorq;. Frigore hic & gelu aliofisis annis contrahitur. Communis hæc & alijs, quemadmodum & radicatio sideratioq; *ἄσποβολισμύς* uocata. Folliculus ficij ut frumenti, à varrone gluma dicitur. Ficaria quoque grana Plinius frumenta nominat, quas nos à Gręcis cenchramydas uocari diximus: Succus maturescens lactis: percoctis, mellis: tactus omnibus mollis: maturis, frumenta intus: lacte fatiuarum, coagulatur lac: syluestrium, nequaquam: aut minus probe fructus, ut in uite alba: eō melior futurus intelligit, quōd lætius germen antecesserit, contra quam cęteris arboribus. Ficus sola ex omnibus arboribus non floret. Lactis inquit Macrobius, proprie ficorum di-

citur. Ficus tanquam non pomum, secerni à pomis apud idoneos autores Afraniū Ciceronēq; reperias. Fico fumus acerrimus caprificoq;: item cuiusq; lacteus cremor redundat: atq; ipsa hæc tamen fluuialta detracto cortice, mox ficcata, minime omnium tēdio illo infestāt: quin & flammā quoq; molliissimam reddunt. Lixiuum quoq; cinerem uehementer asperum, quāquam ex amygdalis asperissimū ignem excipere, optimas ficū & oleam, contrarię causę faciūt. Ficum lenta fungosaq; materies: oleā pinguis & densa. Senescunt ficus in arbore, anusq; distillant gummi modo lachrymam, ob id Athenienses gręcas uocant earum folliculos, ut nostri glumas, quemadmodum prædiximus. Siccātur, seruantur in capsis. Ebuso insula præstantissimę amplissimęq;, mox in Marucinis, plurimę in Asia, Ruspinaq; Africę urbe. Parucinis uicem & obsonij habent ficcata: ac recetes quoq; Athletę hoc cibo uires aluere, priusquam Pythagoras exercitator eos transferret ad carnes. Sale in ueteratis & casei quoq; loco uesci excogitatum est. Decoctum inquit Paulus ficorum, pleriq; straxum appellat: uere: quod & defruto quoq; nomen est. Hippocrates sycion. Studiosos uocis abstinere ficu Gręci iubent. Aegesianactis Alexandrini exemplo moti, quōd is tragœdiarum actor optimus euaserit, quia xviij. annos ficu tēperasset. Produuntur & de hac arbore pro uerbia: ficum post pisicem, legumina post carnē galinaceos amātibus ficum ne ferito: Assentari nescio, ficum ficū, panem panem dico. Sacra ficus Athenis uocabatur uia quę ducit ad Eleusinem. Erat & Ficulensis Romę uia, quę Nomentum ducebat. & Nomentana quoque dicebatur, ex Viminali porta: ceterum nō à ficu, etiam si Plautus locum inuuit, sed à figlinis appellata quasi figulensis: quōd ibi foderentur figlinum, ut ad Auentinum quoque mōtem. Ficum atram infelicem pontifices putabant: foelicem, albam. Quę autem foelicia sint ligna contra uerba: ceteris libri tertij calce docuit, acrifoliū inter ea numerans: quod quidem quale genus sit, haud facile reddiderim: nec enim puto aquifolium posse legi, quōd aquifolium sit ilex, quam foelicibus annuerant. Reticetiores certe agrifolium pro faba Gręca, siue quod idē est, pro arbore loto capiunt. Sed lotus foelix erat quoque agrifhyllon dicitur à Gręcis. Inter arbores infauitas & alternus & sanguis, siue quod idem est sanguen, ab eodem autore collocantur.

CAPRIFICVS. CXC.V. 159  
**C**Aprificus Erinos à Gręcis uocata quōd in Eri-  
 neo Thessalię oppido primum apparuerit, ut  
 Photioni placet. Longe ualidior est quā si-  
 cus: nullis ferē uitijs obnoxia, ut etiam tamen inua-  
 grossos suas tueri credatur. Interdum tamen inua-  
 dit eam scabies, frequentissima in ficu, quoties post  
 uergilias admissi sunt imbres, utiq; parui: nam largis  
 caula omnis eluitor: Flexilis materia. Nunq; mature-  
 scit in ea pomum. Additur ficetis, ut culices alimen-  
 to in ea fraudati, euolātes in ficos ferātur, aperiantq;  
 ora earum: atq; ita sole immisso & lacte absumpto,  
 maturitati præparent. Eos culices ficarios Aristote-  
 les pſenas Ionica uoce appellat: etiam si legatur cor-  
 rupte pſeras. Dicuntur autem pſenes, quasi galbz:  
 nam & pſenes poëtę cum dicunt, caluos & glabros  
 intelligunt, ut est apud poëtā Simonidem: Nos ta-  
 men galbas æsculi uermiculos uocamus, ut prædi-  
 ctum

ctum est. Sunt in fico & centrinx dicti culices, fucus apum ignavia maliciaq; similes: interimendo enim utiles & ueros culices, utiq; ipsi commoriuntur: caprificatio à nostris hoc uocatur, à græcis erinalmos & sycasmos. Interim non arbor ipsa feritur, sed grossi ex ea pertusi, uelut ferta suspenduntur ad eundem usum. Theophrastus autòr est meliores quodã loco nasci sic sine ulla caprifico opte, quas anerinasta prædicari uidentiu uoce scribat. Caprificus tauros quamlibet indomitos collo eorũ circumdata, cicures & imobiles præstare dicitur. Habetur & ficus Indica, cuius germina per ambitum radicari tradunt, neq; candicem contingere: arbor magnitudine insignis: caudici quatuor sexaginta passus. Ramorũ umbre bina oportet. Folijs Amazonicæ pelte amplitudo formaq; ut Solinus inquit. In Hircania tã fecunda est ficus, ut medimnos .x. singula ferat: Est autem *μυδιον* & modij sex Italici, utiq; Atticus: nam Ptolemaicus maior est, ut qui selquiplus sit Attico) sed exiguo pomò. Caprificus in Co insula, non bifera modo, sed trifera q; habetur. In Gallia trãsalpina Strabo similẽ ficò nasci tradit arborẽ, fructu capitulũ Corinthiacę columnę referens: cuius lacte mortifero sagittas suas illinant, infamialias temperãdi uenena, cælo non pridẽ aboleri cepta: eius rei nota gallijs, ut hoc forte Vergilius intenderet, cum de Cimbro Tullio, qui fratrem ueneno sustulit, in senario locutus est: de q; inter odoramenta diximus.

GROSSI. CXCVI.

Grossulos atq; grossos græci olynthos & erincos uocant, de quibus in fico & caprifico abundat erimus. Sed grossi proprie olynthi sunt, hoc est primitiue ficus. Apud Macrobiũ grossos legas ficos esse que nunq; maturescunt. Alij sic distinguunt, ut ficus primo sit *καυω*, deinde pheix, postea sycon, postremo ischas. Frondes ficus græci priuatim uocant thuria. Nicander & papaueris folia sic appellat. Est & edulij gen<sup>o</sup> thriõ, ut aliubi notauim<sup>o</sup>.

LIXIUA E' FICV. CXCVII.

Ctherem lixiuum *κγλαυ* Græci appellat: de quo dictum in ficu nobis est: asperitate insignẽ ex eo ligno esse, asperiorẽ ex amygdalo.

PERSEA CXCVIII.

Perseã arborem Aethiopia & Aegyptus habent sola. Persicum Aegypti Plinius appellare quodam loco maluit, hilarem intuitu, piro similẽ per omnia: semper autẽ folia habet & poma, subnascens alijs. Maturitas per etefias: alio tẽpore crudiuscula decerpunt ac reponit. Magnitudo longioris piriamygdalæ putamine includitur, & corio: coloris herbidu nucem intus habet, ut prunum, sed minorem multo mollioremq;. Suauitas carni prædulcis & innocua, etiam largiorem mandentibus, concoctu & deiectu facilem, radice prægrandi. Materies longitudine, crassitudine, copia, inter cõmodissimas bonitate, firmitudine: nigritia quoq; nihil differens à

loto ea quam fabam Græcã uocamus. Simulacra ex hac & lectulos, & cibilia factitauerẽ, nõ tam decoro ligno q; fideli, ut quod magna ex parte sit contortu: proindeq; nauale tantum esse cõepit. Hanc aliqui rubescentibus myxis fecere similem. Perseã hanc non Persicum, ut diximus, e Perside in Aegyptum translata à regibus tradunt propter supplicia: quoniam uenenata ibi esset: q; erudiores tamen constãter negant: sed à Perseo Memphi satam fatentur, & ob id Alexandrum illa coronari uictores instituisse in honorem attauit sui. Fortasse Theophrastus hanc intelligit, cum textilem Persicam in Aegypro plurimã, nemore Thebaico fuisse scribit: in quo & Aegyptia spina & olea & quercus habeantur, ut textilem à coronã usu dixerit. Quidam pro cuci capiunt palmę simili, cuius folijs ad nexu & textilia utantur: & Persicã textilem uocatam putant, quia Persis in magno honore fuerit. Aliam à Persea de qua Dioscorides præfenti mentione loquitur. De Persea porro hac Colu mellæ uersus illi fortasse fuerint.

Quinetiam eiusdem gentis de nomine dicta, Exiguò properant mitescere Persica malo.

Plutarchus autòr grauissimus, Perseam arborem inter omnes I sidi gratissimam, & in Aegypro maxime celebrari tradit, quia fructum ferat cordi similem, folium uero linguã.

HIBERIS.

CXCIX.

Hiberida siue Hiberiada & Hiberiden herbã, comperit Seruilius Democrates, assignato etiam inuentioni eius senario. Nascitur maxime circa uetera monumenta parietinasq; & inculta itinerum: semine tam paruo, ut aspici uix possit. Radici odor nasturtij, de quo cardamina & cardamantice, & Apollonio cardame & Hiberitis appellata est. Vsu æstate melior, & recenti tantum: Tunditur difficulter. Galenus Hiberida eandẽ esse cum lepidio uocata, coniicit. Carmen quoq; Democratis ipsius prætexit, ex eius libro qui Clinicus inscribitur. Multa de hac Archigenes in epistola ad Aristonẽ: eamq; lepidion & agriocardamõ, id est sylvestre nasturtiu uocauit. Vidimus hanc Venetijs specie qua describitur à Dioscoride ac Plinio. Illud adiicimus: folia ei pusilla esse, qualia nasturtio: Semen quoq; in siliquis admodum pusillis, tam exiguum, ut cernere nõ liceat. Flos item pusillus & lactei candoris. Differt Hesperis ab Hiberide. Nomen uero Hesperis inuenit, non ab Hiberia, sed ab re, quoniã ut Theophrastus inquit, nocte plus oleat q; interdiu: contra q; herbas plurimã.

HALICACABVS.

CC.

De halicacabo una strychni, hoc est solani specie, quarto uolumine differitur: ibi quã hic in Dioscoride leguntur, repetita sunt ad uerbum ferẽ: quanquam libro quarto pro secunda solani specie, primo pro tertia uidet accepisse: nec halicacabũ ibi hanc appellat, sed quod uerius est, hypnoticon. halicacab<sup>o</sup> em̄ uera est, quã iiii. uolumine describit.

COROLLARIJ LIBRI PRIMI FINIS.

d 4 HER.



# HERMOLAI BAR-

BARI PATRITII VENETI, ET AQVILEIENSIS PATRIAR-  
CHAE, in Secundum Corollarij librum, PRAEFATIO.



**H**ACTENVS ODORES, OLEI GENERA, VNGVENTA, ARBO-  
res, earum succos, lachrymas, & fructus persecuti sumus: atq; id quanq̄ operosum ac perdifficile  
fuit, affererat tamen mihi uoluptatis non parum, naturam uiresq; eius, ac per singula quaeque soler-  
tiam aestimanti: nec certe alia commentatio certior, uitaeq; hominum, cui nos omnia debemus, uti-  
lior. Quia in re ueterum industriae ac diligentiae per sepe recordatio subeat, quibus intentum ni-  
hil, nihil inexpertum fuerit: atq; adeo ut multis prodesent, occultatum nihil uoluerit. Tanto gra-  
uore seculi praesentis infamia, qui alijs elaborata abscondere, ac penitus obruere contendimus: quantum insultaturi  
nostris, ubi alienis bonis publicam salutem inuidemus? Qui uero hoc ingenio tam prauo sunt, uti pauca quaedam, quae  
uix ipsi norint, recondant, & alienis inuentis doleant, inscitiam planè suam produnt: & quam auctoritatem scientiae  
sibi uendicant, dum alios docere fastidiunt, amittunt. Pudet me sanè atq; iterum pudet, tantum ab excogitandis no-  
uis, atq; ab adiuuanda uita mores nostros abesse, ut hoc uel praecipuo studio pleriq; flagrent, ueterum aut recentium  
benefacta perdendi: cum maiorum nostrorum religiosissima auctoritate admoneri deberent, multos etiam de medica  
tribus inuentis deorum numero adscribentium. Sed & multorum laus ac gloria, qui nostra tempestate floruerit, de-  
terrere praepostera haec ingenia poterant, qui uigilando, querendo, laborando omnia in medium protulere. Ceterum  
hactenus, ne insectatio haec esse uideatur: Nunc ipsam etiam naturam haud sanè hac parte minore spectabimus. Quan-  
tum enim illa mari polleat, quantum rursus terra, dum mella, lac, pingua, fruges, olera, atq; inter haec etiam quae acris  
censeantur, gignit, non sine admiratione leges, & quando hactenus hanc partem Graeci prope sibi uendicant, habean-  
t per me & nostri homines, quae Latina à nobis facta non admodum sortasse negligant.

## HERMOLAI BARBARI PA-

TRITII VENETI ET AQVILEIENSIS PATRIAR-  
CHAE, COROLLARII LIBER II,

ERINACEVS MARINVS.

CCI.

170



**E**RINACEVS MARI-  
nus, quem Graeci <sup>ἐρινάκιον</sup> <sup>ἐρινάκιον</sup> appellat, alius piscis  
est ab eo, qui <sup>ἐρινός</sup> <sup>ἐρινός</sup>, hoc  
est remora siue remeligo  
dicitur, adherens nauibus,  
& medio mari cursus earū  
impediens, palmari crassi-  
tudine, pedali, semipedali  
ue amplitudine, magne li-  
maci similis, olynolyō appellatus à quibusdā, quia  
partus grauidis adalligatus, resoluat in ueteratus sa-  
le. Alij & muricis genus quoddam hoc nomine potē-  
tiaq; accipiūt: at echino id est erinaceo spinarū pro pe-  
dibus sunt, quibus uoluitur in orbē, nec aliter ingre-  
ditur: itaq; detritis saepe aculeis inueniuntur. Ex hoc  
genere appellamus echinometras, & Iulius Pollux  
metras, quibus spinarū longissimarū calicesq; minimi:  
neq; omnibus idem color uireus. Circa Toronē can-  
didi capiūtur, spina parua. Oua omnium amara, qui-  
na numero, nec nisi per hyemē atq; plenilunijs. Ora  
in medio corpore in terram uersa. Tradunt scuitiam  
maris praesagire eos, quoties correptis operiuntur la-  
pillis. Echinos aliqui & patangas nominant: Sed Ari-  
stoteles tria eius genera dinumerat: ouarios, qui &  
mandantur: patangas, & bryffos. Haberi & fluuiatiles  
echinos Paulus Aegineta prodidit.

ERINACEVS TERRESTRIS CCII.

171

**E**Rinaceus terrestris, id est <sup>ἐρινός</sup> <sup>ἐρινός</sup>, & <sup>ἐρινός</sup> <sup>ἐρινός</sup>,  
uallatus est aculeis extra q̄ ore pe-

dibusq; ac parte inferiore, quam rara tantum, & in-  
nocua lanugo operit: ubi uenantem sentire, conuol-  
uuntur in pilā, ne quid apprehendi possit praeter acu-  
leos. In desperatione urinā reddunt tabificā, spinis, &  
tergori, propter quod petuntur: ideoq; artis est uena-  
ri eos exinanito prius lotio: capti aquae calidae asperi-  
tu resoluuntur, & suspensi, posteriorum pedum alce-  
ro, enecantur inedia. Hac cute uestes expoliuntur. Ci-  
bos sibi praeparat in tepus: etenim uolutatus supra  
poma iacentia spinis affixa, unum non amplius te-  
nens, portat in cauas arbores. Idem mutatioes aquil-  
lonis in austrum praenuntiat, condens se cubili. Ech-  
inus Graecis uas aureum significat, in quod testimo-  
nia coniecta signabatur. Sed & fœni partem, & ollae  
genus: item muliebris ornamenti non dissimile omni-  
no brachialibus, & armillis. Pollux autor. Dicuntur  
& in castaneis echini: eos tamen Latine qui erinace-  
os uocant, non inuenio.

HIPPOCAMPVS.  
PVRPVAE.

CCIII.

CCIII.

**P**urpura à Graecis <sup>πρῶτον</sup> <sup>πρῶτον</sup> nuncupant: hinc ipsas  
q; uestes purpuras uocamus: autor est Theo-  
pompus tantū quondā, pretij fuisse, ut equali  
argento penderentur. Nemo ignorat ostreae quod-  
dam genus esse purpurā: idq; sanies eius quae testis  
detractis colligeretur, ostrū, ut Vitruuius inquit, ap-  
pellata est. Ostrea porro, inquit Galenus, penultima  
correpta & producta differunt: producta genus est  
Aristoteli ad omnia testacea, ut per diphthongum  
scribantur, <sup>ὄστρεα</sup> <sup>ὄστρεα</sup> uidelicet: correpta uero, species est  
eius

eius una, quibus respondere apud nos quidam uolunt conchā per x. & concam per c: sed autores ipsi sunt, nec præter ipsos alius. Athenæus ueteres per a diphthongum proferre solitos affirmat, nec aliter locutos Cratinū, & Archilochum: Platonem correpta: sed placet Galeni ex Aristotelis autoritate distinctio. Porphyrides ex auium sunt genere, à porphyriōnibus diuersæ: sicut ab utroq; lachiporphyrides siue adiporphyrides, & lachiporphyra. Illud obiter nota uerim, porphyriōnes à nobis uisos esse in agro Patuino, allatos ex Hispania, quos sibi telamones uocant: siue quia statua uiriles, quibus mutili & coronæ sustinentur ita nominantur: siue quasi thalamorum & pudicitia custodes. Etenim scribit Athenæus uolucres hanc sententiam adulteri habere, ac significare id patrifamilias, in cuius domo alitur: non uoce quidem aut omnino aliter, q̄ suspensio: nisi quis telamones quasi nutriculas esse dictos putet: ita enim Græci altrices uocant. Porphyriōni similis est tetrax appellatus, ut Athenæo placet, gallos gallinaceos uincens magnitudine: uox grauis. Caro si mādatur, strutionis sapore. Pendit ei ex auribus utrinq; cartilagineas atq; cristas, ut in gallo gallinaceo. Epicharmus & Alexāder hoc nomine intelligunt: Tetrax inquit auicula est à uoce dicta, quam oua pariens emitit. Plumis color macularum sordē uariis perpetuisq; lineis: magnitudine spermologi eius, quam nos spicilegam siue frugilegam uocare possumus: quanquā frugilega nomen generis est, ita uictum quærentis apud Aristotelem. Rura ipsum passerulum uocāt spicilegā, detrita modo priore syllaba. Ab eodem autore scolorum pax atrogenis colore tradit, gallinaceo generi persimilis, quā Theodoros gallinaginē, uernaculā uocem secutus (ita enim uulgo nominat) interpretatus est.

## B VCCINA.

CCV.

**B**uccina à Græcis κίβινος dicuntur. Muricum nomen generalius esse uideo q̄ buccinā, utpote quod & purpuram quoq; comprehendat. Illud notare liber, cerycas à nostris uerbum ex uerbo buccina cōuersose esse, q̄ κίβινος idem sit quod præcō: quanq̄ à cera, quam mucō similem attritu tuo saluant, cognominari posse uideatur: quod Græci κίβινος dicunt. Muricum generis sunt inquit Plinius, & quæ uocant Græci colycia, alij corycia, turbiditate que sed minora multo, efficaciora etiam, & oris halitum custodientia. Athenæus hæc non muricum sed chamarum generibus tribuit, easq; in Macedonia κίβινος dici, Athenis κίβινος, in cætera Græcia tracheas hoc est asperas uocari prodit, quod & Plinius ferè secutus alibi uidetur.

## IONIA.

CCVI.

**I**onia sunt qui florem esse credant eum, quæ purpuræ, ut Aristoteles scribit, habent, & buccinā, & quā Democrito κίβινος & κίβινος dicatur. Alia nigrum, alia quod rarius est, rubentem, medium inter papauerulum & ceruiculam, ut Athenæus testatur. Est autem papauerulum in buccino pars eius ima esculentaq;: quanq̄ omnis callus pinnæ & conchylij interior papauer quoq; dicitur, ut idem autor scriptum reliquit. Est & in polypo qui & polyps dicitur, & anosteos suum papauer: ea pars uidelicet, quæ supra uentrem eius folliculi specie conspicitur, liquore plenus, non atro ut in sepia, sed rubente. Ego in Dioscoride non ionia, sed cionia, hoc est uerbum è uerbo

columellā lego: ita scriptum in exemplaribus aliquot inuenias. Est & uasculi genus cionion siue cion, quod nomine in hodiernum usq; diem utuntur cauponæ: hoc columnas à nostris ex interpretatione Græca uocatum putes: unde apud iuris peritos columnariū: quanq̄ non columnarium, sed columbarium fortasse pronuntiandum sit: instrumenti genus ita nominatur Vitruuio, ad aquam hauriendam per tympana, etiam si à colluue colluuiarium sunt qui legant: In q̄ illud mihi occurrit, columbarium non à columbis, sed à Græco uerbo quasi colymbarium uenisse: quando Græci κολυμβάριον & colymbistas uocant, quod nos urinate, & urinatores dicimus. Urinatoriū ergo uas quo uidelicet aut uinum promitur, aut aqua, columbariū à ueteribus dictū existimare possumus: alioqui & columbæ ab hoc ipso uerbi Græci significato appellantur. Quid si columnarium apud iuris peritos pro mensa lapidea, quæ cartibum & cartibulū quoq; dicebatur, accipias: de qua M. Varro: Altera inquit uenaria mensa erat lapidea, quadrata, oblonga una columella uocabatur cartibulum, in qua uala ponerentur æneā.

## MITULI

CCVII.

**M**ituli Græci myas & myacas appellāt. Hippocrates scaphidas. In harenosis sponte naturæ proueniunt. Quidā prius his genus faciunt eorū, qui proprie myes dicantur: quorū proprietates sit congregari muricū modo, & uiuere in algosis: ij mutuo attritu lentore cuiusdā ceræ melicerā uocatum saluant. Gratissimi autumnō sunt, & ubi multa dulcis aqua miscetur mari: ob id in Aegypto cōmendatissimi: Procedente hyeme amaritudinem coloremq; rubrum contrahunt. Degenerāt, ut Athenæus & Plinius testatur, in duas species: in myias id est muscas, & mitulos. Mituli sale uisq; recipiunt: muscæ, siue ut in exemplaribus quibusdā Plinianis legitur, myisce, differunt rotunditate, minores aliquanto atq; hirtæ, tenuioribus testis, carne duriores. Laudatur apud Græcos Ephesii. Est & piscis musce Pontō, commendatus ab Athenæo. Plautus in Rudente nominat quidē musculos: Capramus inquit echinos, lapadas, ostreas, balanos, urticā marinam, musculos. De mitulis intelligat, an de pisce mure, iudicent legētes. In Aristotele mystocetus piscis à Theodoro musculus conuertitur.

## TELLINAE.

CCVIII.

**Q**ui tellinas interpretantur in Martiali poeta mitulos, improprie locutus arbitror: cum aliud genus esse mitulos, aliud tellinas Dioscoridis autoritate constet. Athenæus certe mitulos à Romanis uocari eas uidetur existimasse. Sunt qui tellinas, & ctenia id est pectunculos idem esse iudicent, à celeritate crescendi nominatas, ὅτι τὰ χίλια γίγονται τλάσσει, hoc est ocyssime perficiuntur, quod Aristoteles tam pectunculis q̄ purpuris tribuit commune: anno enim magnitudinē totā implent. Plinius certe medicinas quæ hic de tellinis redduntur, ad uerbum ferè pectunculis ascripsit. Tellinas ad Canopū in Aegypto frequentes esse narrat, quæ tenuiores exilioresq; basilicas, hoc est regias appellant: his dulciores esse fluuiatiles è Nilo. Romæ circumferuntur pusillæ quædā conchulæ, quas qui uendūt, tellinas predicāt. Hæ uulgaribus conchis minores & leuiores sunt, & candidæ, nec striatæ: quas Veneti piscatores à capparis similitudine, capparoculas appellant.

CHA.

COROLLARII,

CHAMAE

CCIX.

**C**hamae à Græcis *χάμαι*, species sunt concharū. Aliud in mari uidet piscis esse genus chamæ, quas hiatulas quidā interpretatur, habentes uulua, sicut & qui erythini hoc est rubelliones dicuntur: nisi si quis ita distinguendum putet, quod & Aristotelis præ se ferūt codices, ut chamæ hiatulae interpretentur: chamæ autē conchæ speciem agnoscas. Chamæ duo redduntur genera, trachæ hoc est asperæ, mali succi: quas & ostrea cognominat, & in Macedonia corycos, & Athenis crios, ut in murice diximus: alteræ leues multo meliores, & crassiores, ob id & pelorides & pelorinæ à quibusdā & basilicæ uocantur, & ab Helio Spartiano liostrea, etiāsi lithostrea mendose legeretur. Eset hic de cōchis, siue quod idē est, ostreis & conchylis tractandi locus, sed copia deterreor. Sufficiat primatum gulæ huic generi datū esse, adagio inde nato. Cōchylia uiduæ cupediæ, ut est apud Sophronē mimographū, & Phalaræum Demetriū. Nec illud prætermisero, conchæ genus, ex qua margaritæ uniones quæ uellantur, berberion & berberia ab incolis uocatum esse, pinnæ aut pectunculi effigie: nisi quæ nec auriculas habet ut pectunculus, nec operculū exterius sculpturis ullis asperum, sed læne. Coloris quoque nomen in conchylis, & chliarō conchylum, & concha Aegyptia, paraliō cognomine, quā & pinnā uocat Democritus. Idem chrysochylum fieri docet, sed fictitium & metallicum, sicut & chrysochoralliū, quod itē & gemmæ est nomen.

VNGUIS ODORATVS.

CCX.

**O**nyx Græce dicitur, quod nos unguem odoratum uocamus: ostraciū nonnulli appellant siue ostracō. Galenus poma hoc est cauum, siue quod idem est, operculū, etiā in purpuris. Onychem uero Paulus testā uocari dicit conchylis duntaxat Indici, quod & cōdylion appellat. Condylōs certe ostrei genus est eidē Paulo, ut alios præterea. Ungues uocantur & quos solenas Græci dicūt, eos denique donacas & aulos, Theodorus modo ungues, modo digitos appellat, in utroque Pliniū secutus: hinc & piscautores ostrearum solinistæ nominabatur, ut Athenæo placuit. Et ampulla unguenti onyx quādoque dicitur Porphyrio grammatico.

COCHLEAE TERRESTRES.

CCXI.

**C**ochleæ & limacē Græci cochlian & cochlion appellant: nam cochlos & cochlax marinos calculos significat. Est & cochlos apud Aristotelem animal testaceum, & aliud quā limaces, à Theodoro dictū umbilicus: hoc & cochlian est ubi Aristoteles appellet: sicut limacē quoque cochlon. Nobilitas præcipua solitanis, à patria itē Balearicis, quas in speiuncis nascentes, cauaticas nominant. Africanis duplex genus, nudas & tectas utitur, quibus magna fecunditas: sicut Illyricis amplitudo: nam Siculæ commendantur quādiu paræ sunt: quia magnitudo duras facit, aufertque succum. Laudatur & Capreæ insulis. Præterea sunt quæ albæ siue albulæ dicuntur in Reatino agro, item quæ aceratæ latæque, multifariā nascentes: itē minutæ. Iam aliæ in usu sunt, aliæ cibis dantur. Cochleæ uiuaria nepotibus præcis fuere, sapa & farre alijsque rebus alendo eas, tanto successu, ut singulari calix quadrantes lxxx. caperet. In Aegypti Nilo grandissimæ feruntur, uocales, ululantiu expressa similitudine. Salua cochleæ quæ punctis acu uel stilo carnis manant, à Græcis, ut Galenus inquit *αἰσῆ*

dicūt, hoc est mucosus lētor siue mucor, mucus uel Limacē Teucer ad exemplū quæstionis ludicræ ita finit. Animal sine pedibus, sine spinis, sine ossibus, crustatum, oculos nunc exeret, nunc retrahens. Cicero terrigenā, herbigradā, domiportā, sanguine cassam, Inuenio limacis genus cocaliā ab Aristotele uocari, & aliud abrotonē: quāque sunt qui locustam putent: Item qui apem: alij qui piratā in eo uocabulo intelligant. Strabo cochleas prædicat Linufias, ab agro cui nomen Lino est iuxta Pityuntem, medio inter Pania nam coloniam & Priapum spatio.

CANCRI.

CCXII.

**C**ancer Græce *κράβη*: mirabile cōtra morsum canis rabidi remediū, præsertim ut Aesculion parabat, qui popularis & præceptor Galeni fuit: urens eos ætate in patella uiuos sub canis ortu, cum sol in Leonē transisset, non nisi xviii. Luna. Pepsops medicus idemque Galeni doctor, qui rerū omnium causas & effecta scire profitebatur, hanc cæcorum uim in canis morsu, qualitati corporis ac materiæ, non proprietati naturæ tribuebat: Nec fere quisquā est, qui eum sequatur.

SCORPIVS TERRESTRIS

CCXIII.

**S**corpionum duo summa genera ferē traditur, terrestres & marini: sed Pausanias uidisse prodit & uolucres pinnatosque, ut locustæ sunt, & Phrygia in Ioniam translatos.

SCORPIVS MARINVS.

CCXIII.

**S**corpionum alij pelagij sunt, atque alto mari capiuntur: alij palustres, ac cœnosi potius: præferuntur sapore pelagij, quos & ruffos colore prædicant, cum alteri sint subatri. Aristoteles & scorpidas nominat: nec constat pro diuerso an pro eodem genere acceperit. Scorpiana certe, ut Athenæo placet, euidenter à scorpione differt.

DRACO MARINVS.

CCXV.

**A**dictum est huic dracōum generi marini, ut à terrestribus Aethiopiæ distinguerentur: qui ut inquit Aëtius, nō ueneno sed dēcibus, quos similes aprugnis habent, opprimunt: colore enim uno, sed alij ruffo, alij cinereo, alij nigro: præterea iubarum umbra tecti, prominentibus è mento barbulis, ore uasto, lingua præpeti.

SCOLOPENDRA MARINA.

CCXVI.

**S**colopendra marina dicitur, quoniam & terrestris sit, ut post liquebit. Dioscorides ophioctenam quoque nominat: aut scolopendrā, aut uermem scolopendræ similitudinem accipiens, libro huius operis extremo: Emorfus inquit à scolopendra, siue ophioctena, locus ambitu colluefcit.

TORPEDO.

CCXVII.

**T**orpedo à Græcis dicta narce, nomen utraq; lingua ex argumento inuenit, quod etiā è longinquo, aut si hasta uirga uel attingatur, quamuis præualidos lacertos torpescere, quamlibet ueloces ad cursum pedes alligari faciat. Est & turpæna piscis maritimus, à quo cerati quoddam genus ad duritias emolliēdas appellatū est à medicis, ut est apud Paulū.

VIPERA.

CCXVIII.

**V**ipera echis & echidne à Græcis uocata: sed prior mas, sequēs femina est: hæc colore flauo, multis maculata capillamentis cernit: magnitudine cubitali, aliquādo etiā palmorum terminum utiq; si nō sit Indica, quippe quā cubitorū nouē & dodratis à se uisam Nearchus & Strabo prædicat. Cauda

Cauda uiperæ non paulatim gracilescit, sed uniuersim, & proinus aspera & sine carne: oculi subtrunula, meatus ad extrema caudæ: incessus quieti proximus: dentes canini quatuor. Contrà mari angustius caput, ceruix crassior, corpus uniuersum tenuius: dentes canini duo, toridemq; uulnera. Horis septem summū die certia conficiunt uiperæ. Sunt qui dispartas à uiperæ non distinguant: nisi qd dispartas falsa loca incolunt, unde fiat ut caro earū falsa quoq; sentiat, alienaq; sint medicing, uehementissima mfirm afferens utentibus, & inde nomen: quales in Africa plurimæ nascantur: Nullæ in Italia propter cœli soliq; mollitiem. Hoc se Galenus Romæ ab ijs qui serpentes uenantur, Martij dicitur, accepisse scribit, nec tamen omnino credere. Cubitales esse perhibentur crassitudine, in gracilitatem se minuente, nigris & rufis uiscibus inter puncta maculis, angustiore q; uiperarum capite. Dioscorides etiam preterea uocari eas uoluit. Solinus distinguit: Percussus inquit distenditur, & corpulentia enormi distendit. De uiperæ, ut constat, theriaci pastilli sunt: qui quemadmodū conficiantur, alio loco indicabimus. Viperam Italia modo aut non habet, aut non agnoscit: quamquam sunt qui Marfos angues, ut inquit Eustachius, & ut uulgus ipsum modo uocat, marfos, pro uiperis accipiat: ita passim uocantibus Hispanijs: ex quibus qui sunt minus atræ, aspides rufibus dicuntur. Alpidum uero tria genera: Chelidoniæ ab hirundinum colore, iuxta ripas amniū, sed Nili præcipue uentantur, paulo cubitalibus maiores: Secundum genus chersææ, hoc est terreste, sub uiridi fere aut cineris colore, cubitorū quinam. Maiores ijs sunt pyades quibus idē color, sed & auro q; proximus. Intra horas omnes conficitur: celerius, chelidoniæ: tardius, pyades: mas binos ictus, femina quaternos relinquit. Ptyadem fuisse, quam Cleopatra sibi admouit, Galenus auctor. Hæc ceruicem exporrigens, metitur ex interuallo, quem feriat. Solinus Hypnalem dicit appellari, nec adas in Aegypto Nicander: sunt qui ferunt alias dramatales, quæ citius interimant: alias etiam passum iustum longas.

## SENECTA SERPENTIS. CCXIX.

**S**enectus anguina, Græce *γύρας ὄφις*, à Carone leberis ab Hippocrate. Inuitat me serpentium natura, ut præter supradictas de generibus earum reliquis, quatenus ad Dioscoridis extremum uolumen attinet, breuissime attingā. Hæmorrhus & hæmorrhoidis, à sanguinis effectu nominantur, qui toto corpore percussis effluit: ille mas, hæc femina est. Vtriq; colos arenaceus: magnitudo palmorum trium, crassitudine paulatim in tenuitate descendente. Incessu tardo & directo serpunt, rufis ut quidam scribit pedibus. Maculæ per totas multæ, partim atræ, partim cæcidæ, squamis asperæ: ob id ingredientibus strepitu sese produunt. Femina in aluum iacet serpendo, meatu q; aluum habet, ceruicemq; serpendo porrigit. Femina perniciosior, ut ex cuius ictu dentes, gingiæ, unguesq; decidant. Colore sabuli uisuntur & ammodytæ, maxillis uiperæ latioribus, cui & similis est, nisi qd uiperæ color suffuluus; hos & cenchrinas nominat

Aëtius, cubitales eos describens, nigris maculis, cauda superiore parte scissa & prædura: unde nomen inquit cenchrinæ, ut cenchrinam potius q; cenchrinam putē legendum: nam cenchrines, siue cenchrinus, siue canros, aliud serpentis genus est, quod & acontion, & acontitem, & acontia aspidem, hoc est iaculum uocant aliqui, ut idem uoluit Aëtius, longitudine cubitorum binum, in exilitatem fastigiata, uiride præsertim sub aluum, ut milio (cum recens eius seges est) uideatur persimile, robustum: Præterea se iaculi specie proripiens infestumq; saltui. Erastriatus eparchon, uesicā, affici eorum scribit quos cenchrinus peremerit. Arenæ colore, & cerastæ magnitudo cubiti unius, summumq; duorum: squarrosa cauda, binis in capite corniculis, siue quadragenis, ut Solino placuit, squamis uero in uersum quendam sub aluo conditis, eò fieri ut crepitu sibilo non dissimilem serpendo edant. Incessu obliquo: nono die interficit. Dryini à quercubus dicuntur, qd in radicibus earum, ut Galenus inquit, utuant in Hellesponto copiosi, odore tetro, qui & eos prodit, si quis aggrediatur, eos perimere: olfactu mutantur: nec alterius rei odorem præterea sentire perhibent: Qui uero supergreditur imprudens, crura tumescere, cutem pedibus abscedere, manus quoq; ipsas curantium eodem modo periclitari: amplitudo bicubitalis, præpingue corpus, munitum loricatorumq; squamis durissimis, in quibus æripennes musculæ latitant, quæ ipsum animal conficiunt. Amphibæna similis est scytalæ, tereti & æquali corpore, uti ne caput utra parte sit, cognosci possit. Amphibæna etiam biceps est, ut inquit Galenus, utraq; parte ingreditur, unde nomen. Cæterum nec amphibæna, ut Aëtius existimat, interficit, nec scytale, præterquam chalcidica, eandem afferens quæ uiperæ perniciem. Scytale tanta uarietate fulget tergoris, ut notarum gratia moretur obtusos. Prima ponit exuias, Hydros siue natrix primum in terra uiuit, & chersydros appellatur: deinde in aqua: similis est aspidi pusillæ, præterquam ceruicem latam non habet, ut aspides. Nominatur ab Aëtio & parous, in Syria proueniens, modo æris colore, modo nigricans. Item spathiuros apud Chalcidem, ex crassitudine in exilitatem procumbens, lato capite: sed neutrum genus inferre mortē. Ab eodem auctore pelias & elaps produnt, sed quia noti sunt, descriptione inquit non indigent. Elaps & à Solino dicitur: sit & chamædraconum mentio, sed omnium sine dubio pestilentissimum est animal, quod à triplici frontis apice quasi alba mitrula & planè regio insigni, basiliscus appellatur, palmorum ternum longitudine, sufflatus, exacuto capite, cuius uel sibilum animantes nullæ perferunt, præter mustelam, à qua uincitur: auditus conspectusq; momento perimit. Quicquid morfu eius occiditur, ipsum etiam extinctum iacenteq; nullū attingit animal. Vulnus ab eo factum, ut inquit Erastriatus, auro colore obducitur: Ex ijs quas dixi pestibus alias esse surdas, alias haberi cæcas, quæ propterea typhluni hoc est cæciliæ uocantur. Prouidentia nature factum esse dicere, nisi facile responderi posset ab imperitis, melius consulturam fuisse omnino, non peperisse, quam si captas oculis & auribus, peperisset. Ita est: leges nature dicimus eadem facilitate qua contemnimus: atq; utinā accusare mala satis esset: odimus & bona. Vt certe cõperi hæud temere alios nature taxatores esse, q; quibus uicia ipsa placet, impu-

COROLLARI,

impunitatem conqueſtione redimentibus. Sed hæc alterius curæ ſunt: illud obiter admonendi ſunt lectores, ea quæ de ſerpentibus à neotericis dicuntur, præſertim quæ Arabibus, & eorum principe, (ita enim modo ſcholæ uocant, & Galeno quoque præferunt, ſi dijs placet) uſque adeo negligenter & ſordide mandata eſſe literis, ita mendacijs haberi plena, ut non dico inſantiſſimi, ſed planè omni reſuſu uacui fuiſſe uideatur.

LEPVS MARINVS. CCXX.

**L**epus marinus, Græce λαγώς θαλάσσιος & animal puſillum, odore tetro, inter lolligines ferè uerſatur, quibus & ſimilis eſſe dicitur. Venenum id eſt alijs cibo, alijs potu, alijs contuitu: Siquidem grauidæ ſi foeminâ ex eo genere aſpexerint, cõfeſtim nauſea & redundatione ſtomachi uitium fatentur, ac deinde abortum faciunt. Remedio eſſe marè tradunt induratum ſale, ut in brachialibus eum habeat. Eadè peſtis in alto uel tactu ſolo nocet. Veſcitur eo unum tantum animal, ut non intereat, mulus piſcis, & tenere ſcit: inde ingrator uiliorque fit. Homines quibus in paſtu fuerit, piſcem olent, moriunturque totidem diebus quot lepus uixerit: omnino incerti temporis ueneficium id affirmant. In India uiuentem capi negat, in uicemque illi hominè pro ueneno eſſe, ac digito quoque in mari tactum emori: eſſe autè ampliorè multo, quemadmodum reliqua orbis eius animalia.

LEPVS TERRESTRIS. CCXXI.

**L**epus terreſtris, Græce λαγώς, & λαγώδες χερσάειος, & à ſtupore atque metu πλάς, & ab dormiendi habitu Λαγνύδης. Nicandro: lagides quoque Strabo eos uocauit: dictus, ut Varro putat, non quaſi lepines, ſed quæ Aeoles Bœotij leporè uocarè ita. Genus leporis triplex, Italicum, Gallicum ſiue alpinum, qui toti ſunt candidi: niuè eſtiant algoribus, qua liqueſcente rutileſcunt, raroque Romam perferuntur. Adapiſ nomine Hiſpani, quos ut Polybius eſt autor, appellamus cuniculos: quorum foetus uentre exectos, aut ab uberibus ablatos, gratiſſimo cibo laurices appellat. Strabo lebetidas à quibusdam appellari tradit ipſos cuniculos, quæ ab effectu lepores gæorychiæ hoc eſt ſoffores ab ipſo cognominantur. Ariſtoteles & Iulius Polux leporè etiã daſypoden uocari tradunt. Alij diſtinguunt daſypoden à lepore. Inuentio & chelidonium cognominatum, genus quoddam leporis à Diphiſo. Sũt qui Pliniũ accuſent quæ leporè alium à daſypode uideat habuiſſe: nec intelligunt, genus quidè unum ambobus eſſe, ſed diſcriminis tamen aliquid inter eos notari poſſe. Nam illud quæ à Plinio dictum uidetur, eſſe lepori coagulũ inutile, daſypodi præcipuum, lectijonem arbitror corruptam, ut in annotatiõibus libri undecimi docuimus. Nec illud tamen inſicias eundem eſſe, confundi sæpe nomina, ut & leporè pro daſypode, & contra pro lepore daſypodè lepores appellat uideat. Dioſcorides certe leporè, nec aliter uocare ſolet opere toto. Apud nos certe lepores montani diſſerunt à campeſtribus, in Tridentinis & Vicentinis alpiſibus frequenter, nigritia, magnitudine, ferocia, denſiore pilo à cæteris diſtincti. De lepore proverbium dictum eſt, λαγώνους ἄνθρωπος ἰσχυροῦς, hoc eſt: lepus eſt, & pulpamentum quæris: uſurpatum à Terentio.

PASTINACA PISCIS. CCXXII.

**P**ſtinaca piſcis, Græce ψύλλων, turturis appellatio ne dicitur. Hæc quæ momorderit, ſi figatur in arbore, quæna maxime, liberari qui ſit percufus, arborem ſicceſcere autores ſunt, ut meminit Aë-

tius. Paſtinaca dicitur & infecti genus, quod ab Ariſtotele ſtaſthlinus appellatur, uerticilli magnitudine. CCXXIII.

SEPIAE.

**S**epias Græci σιπῖας uocant, & lolligines uulgo dicitur de quibus Matro Græcus poëta cecinit. Solos piſcium cognoscere, quid atrum, quid album ſit. Diſſerunt lolligines à ſepijs toto genere, quanquam amici- tia & ſimilitudine conueniunt. Eſt & teuthos magnitudine inſignis, qua ſola ferè diſſert à teuthide, ut teuthos lolligo, teuthis lolliguncula dici iure poſſit. Atramentum lolligini ſuppallidum, nigrum ſapiæ. Inuentio & libi genus teuthida hoc eſt lolliguncula à Græcis uocatum. Thebani ridetur à comicis, qui ſepiam opitolicam, gallum gallinaceum orthalicò, ſicus tyca, harundines cotiladas nominant. CCXXIII.

MVLVS PISCIS.

**M**ulum, Græci μύλλων uocant, hoc eſt barbarum uocant: dictum ita, quonia ter anno pariat. Præfertur ex Ionia. Eſt ab hoc diuerſius qui trigolas appellatur, ite qui myllos, de quo inter ſaſamenta in omotaricho diſſerui. Mulum piſce Proſerpinæ, item Dianæ ſacrum fecere Græci, ut citharon Apollini, Mercurio bocas, Libero patri citulum, apud Veneri, Neptuno pompilum. CCXXV.

HIPPOPOTAMVS.

**E**quum fluuiatile ἵπποπόταμον Græci appellant. Sanguine utuntur piſtores. Geminus, ut codilo uictus: ſuper Saiticam præfecturam in Aegypto plurimus, in India quoque uenit Oneſicritus eſt autor, amne Indo. Celebratur in uentione ſanguinis trahendi. CCXXVI.

FIBER.

**F**iber quæ Græci χιζόπορα uocant, ab extrema hofra, ut Varroni placet, uocatus, quonia dextra & ſiniſtra fluminis maxime uideri ſoleat: & anti- qui ſibrum, inquit, dicebant extremum: unde ſagis ſibra, & ſibra in auribus & icore. Diſſert à lutra ſiber ſola cauda, cætero pilus utriusque, pluma mollior. Diſſerta uero lutra eſt, quæ ſe in aquis lutet: ob id Græci cam ἰνυδρον uidentur appellatſe Theodoro, qui tamè lutrum non lutram conuertit. Plinius enhydrinda ſerpentis non eſſe maluit, ut aquatilis colubri. Varro quoque diſſoluatque in ripis arborum radices, Cæteræ teſtes lutre comitalibus prodeſſe docent experientia, ut appareat cum fibro communè lutræ proprietatè eſſe. Plinius è genere inquit fibrorum lutris, ſed nuſquam mari accipimus mergi. Archigenes iuſtè uolumè de caſtore utilitatibus conſcripſit. Plurimus hic in Ponto, morſumque hominè non prius dimittit, quam oſſa ſtraeta conſerpent, ut Solinus inquit. Naſcuntur & in Hiſpaniæ fluminibus caſtores, ut inquit Strabo: cæteræ non in eſt uis illa medica ut in Põicis. Caſtorè porro dictum quæ ſeſe caſtrent, ea ſe corporis parte redimentes propter quæ expetuntur, & Ponticum eſſe canem, Seruius Honoratus prodidit: nam qui canis marinus dicitur, piſcis eſt, & longe à cane Pontico diuerſus. Eſt autem marinus canis etiã carmine Homeri nomine uendebantur tribus obolis in libras Rutilij Ruſſi ætate, qui reſ geſtas Populi Romani ſcripſit. Hoc & à Plinio tomos Thurianus, ut ego quidè primus cõperifſe ſuſpicor, Thuriæ eſt, forte à Thurijs oppido Italiæ, quod prius ſiue Thuriſionè dici obſoniũ hoc Latina lingua ſoliti affirmat, ſuauiſſimumque id ac laudatiſſimum fuifſe. Strabo

Strabo galeotem hunc & xiphiam uocari tradit, & quemadmodum capiatur ostendit: Dictū & scyllā, & lamiam, & carchariam quoq; arbitror à nonnullis, unde coniectari liceat, aut eum esse thurionē, quē nos uulgo sturionem appellamus: aut quod uerius existimandū est, ab eo quasi delicato & cupediario pisce nomen accepisse. Norandum Aristoteli aliud quodammodo sed affine tñ genus uideri scyllā, & canem marinū. Nam scillaros apud eū pro squilla parua sumitur. Nec illud omittendū, phocenam apud eum dici, qui Latine cirio ueraturā Theodoro Galeota siue tucio, aut torsio ut Plinius: delphino similis, paulo tristior, & rostris caniculā similitudine marionē, modo thurionē, modo thurianū pulmentum uocari dixim⁹, à Strabone galeotem & xiphiam, ab alijs canem marinū, aut si nō idē omīno sunt pisces, quod & ratio nōnulla suadet, certe similes fateari eos necesse est. Sunt qui Græce hyscam, siue hycam, hoc est porculū pro sturione capiāt. Mentionē hycæ penes eundē Athenæū legas & Callimachū, qui eū piscē sacrum uocauit. Aliud uidet⁹ genus esse ab hycæ, id quod ὄν. i. suem uocat, q̄ sit ut Athenæo placet, idē eū apro siue capro: ut archestrato, diuersum, qui suē marinā psammitin, alijs psammatida cognominat, nam oppidulū Siciliæ q̄d Hycara uocat, ab hycæ, multitudine cognominatum putāt. Cyrenæi certe hūc nō hycæ sed erythrinū, hoc est, quasi rubellionē appellabāt. Sunt tamen qui & pisces iulidas uocatos, hycas nominēt, & Philææ uersum

inde ut arbitror à Vergilio & uulgo dicta, ueneficiorum plena, præcipue officulis duobus: quorum in sinistro latere inuentum ἀφρονον uocatur, quia canum impetus cohibeat. Recentiores lapidem in capite huius rang haberi tradūt, quē ad dolores illū gestatu probēt, sed q̄ uiua ea sit exēptus, quales uulgo magna etiā copia ferūtur anulis: ἄῤῥῥῥ hūc elici pot⁹ q̄ eximi uiuentibus cōstat, puniceo in panno: cuius plurimū colore delectantur: ita dū ipsi feriendo relaxant se, capitis onus deponūt: id mox in subiectā cistam ē medio foramine collabit: alioq; ea est alijs inuidissima natura, ut lapidē eū, nisi tollere, resorbent. Hūc aliqñ & cauda initio est, quā post amittit: ob id in stagnis cum adhuc pusillæ sunt, muti ruribus uocātur. Alter⁹ genus & hoc exitiale calamites dicitur; qñ arundinetis fructisq; roris linctū uiscitans, sine uoce, omīq; minima & uiridissima: quę si forte à bubus hauriatur, distendit eas. Hanc & dryopetē uocari credimus à Plinio, q̄ inter fructes & arbores uisatur. Est & genus uocalis parua, scādentis arborea. Inuenio & palustrē mutā inter uenena, hoc est helio batrachon, diuersā à phryno, qm̄ & signa & medicinæ uariant, præsertim Aëtio. Aristoteles ranas cōmunes telmatæos aut lymnæos, hoc est lutarias & lacustres noīat, Varro luridā ranā dicendo, pro calamite uidetur accepisse: qm̄ psilothrum sit, ut Plinius idēq; Varro affirmāt: illud efficacissimū: ἄῤῥῥῥ & epitheton ranarū omniū putāt id poetæ. Miror q̄obrem Dioscorides phrynon hoc est rubetam λέων q̄ est leuis, cognominari dixerit: nisi q̄s rubetæ duo gēna cōstituat, leuis & sine cornibus ex qua delibutorū uenēnū, sicut ex palustri q̄q; muta conditur: & aspera cornuta q̄, quæ proprie sit buffo, cuius dorsum paulo ante scabrū esse diximus, ex Aëtij sententia. Habet & βοῦξ, hoc est piscatrix ranā, sed inter pisces, Aristoteli, Ciceroni, Plinio.

sic interpretentur, quia difficile sit eos capere: propterea & uermes quos intestina terræ dicimus, & Græci γάρβια & iulos, à nostris uulgari uoce porcelliones appellantur. Numenius & hyzānam piscem cōnumerat: qui an idem sit cū aliquo ex prædictis, in incerto est mihi. Est & terrestrē quadrupes hycæna, ut cōstat. Inter pisces & syagris à sue dicta potest uideri: q̄q; inuenio quandoq; scriptū synagris. Diphius & caprisū dici quēdā significat, qui & mys uocetur, nisi quis non ὄν, id est, murem, sed ὄν, id est, suem legendum potius existimet: sunt enim & mures in piscibus, quemadmodum & inter ostrea.

S I L V R V S. CCXXXIX.  
 Illurus piscis est fluuiatilis, q̄ alibi q̄ in Nilo nascitur. Aëtius silluarion ut puto uocauit hunc: cuius felle suffusos oculos inungi, cum Attico melle, præcipit bobus. Aristoteles uidet silurū intelligere Theodoro, cum glanim piscem nominat.

164. M V S T E L L A. CCXXVII.  
 Vstella uulgaris quā Græci πικρὸν καὶ ἰσθμίδιον appellant.

S M A R I D E S. CCXXX.  
 De smaride, siue q̄d idem est, maride, in sequenti mentione dicit. Illud in trāsursu nō stlebit, maruda genus etiā mēsurę dici apud Aristotē, quæ, ut inquit Iulius Pollux, heminas sex capit.

165. R A N A. CCXXVIII.  
 Anam Græci & fluuiatile & marinā prædicat etiam nū pro pisce, ἄῤῥῥῥ & poetica uoce τω uocat, ut Iones, quod & apud Aristophanem & Xenophanē poetas legit. Batrachion & chymistæ sūū habent, excellētis in aurī cōfectione miraculi, ex putrilagine diuini laticis nascentē, specie ranunculū uenēnū præsentissimū, quod uel solo halituminus prudentes opprimat: hoc ab effectu chryso-colla quoq; dicit. Est & morbi genus batrachos, tumēntibus sub lingua uenis, cui similem fortasse Plinius uigesimali uoluminis initio monstrauit, rubentis sub lingua duricie. Inter ranas est & quæ ὄν, Græce dicitur, hoc est, rubeta, quia in uepribus uiuat: q̄q; prius in aquis, postea sit terrestris. Perniciorumudo testudinis parua: geminis quādoq; ueluti corniculis, ut inquit Plini⁹, dorsum exasperat: inflatq; se irata, tā proterue audax, ut inflat q̄q; proximū: q̄q; suspitio se frequentius quā morsu uindicās: Buffo

M A E N A E. CCXXXI.  
 Mænas Græci μαρινός appellāt, laudatissimas ē Lipara, uulgus mænulas. Aleculā quasi ex Plauto Theodor⁹ interpretat. Ego aleculę uocabulū generale credo, idē apud nos significās, q̄d apud Græcos anthracides, ut in halme demonstrabimus. In Pannonia pisciculum quē menapij & Belgæ ceteri copiosissime uenātur & inueterāt, arengā uocantes, ipsi alecē hodie quoq; nomināt. Similes inter se uult Speusippus esse mænās, boacas & smaridas: cadidiores nēpe mænās. Sūt qui boacas siue boēcas appellēt, hoc est, leucomænidas: Smarides uero siue marides sunt quas nōnulli uocat cynoseuma, ut inquit Athenæus. Aristophanes Byzatius, sed solus, nō bocas, sed boopas uocādos existimabat: quia parui eēt & magnos oculos haberēt: Miror unde Theodor⁹ certhos interpretet quos Græci smaridas appellāt. Sunt quidē gerres Plinio Martiali quoq; inter uiles,

164. M V S T E L L A. CCXXVII.  
 Vstella uulgaris quā Græci πικρὸν καὶ ἰσθμίδιον appellant.  
 165. R A N A. CCXXVIII.  
 Anam Græci & fluuiatile & marinā prædicat etiam nū pro pisce, ἄῤῥῥῥ & poetica uoce τω uocat, ut Iones, quod & apud Aristophanem & Xenophanē poetas legit. Batrachion & chymistæ sūū habent, excellētis in aurī cōfectione miraculi, ex putrilagine diuini laticis nascentē, specie ranunculū uenēnū præsentissimū, quod uel solo halituminus prudentes opprimat: hoc ab effectu chryso-colla quoq; dicit. Est & morbi genus batrachos, tumēntibus sub lingua uenis, cui similem fortasse Plinius uigesimali uoluminis initio monstrauit, rubentis sub lingua duricie. Inter ranas est & quæ ὄν, Græce dicitur, hoc est, rubeta, quia in uepribus uiuat: q̄q; prius in aquis, postea sit terrestris. Perniciorumudo testudinis parua: geminis quādoq; ueluti corniculis, ut inquit Plini⁹, dorsum exasperat: inflatq; se irata, tā proterue audax, ut inflat q̄q; proximū: q̄q; suspitio se frequentius quā morsu uindicās: Buffo

186

uiles,



Mendosus erat locus, nam & pro in gari appellatio-  
ne legebatur ignari: & pro apuar, apalaria: Vtrunq;  
lectioni uera legitima: restitui. Differt porro gar  
à muria & alece, & gar ex extis scombr, & quondā  
gari piscis fiebat: muria ex thynno ferē Antipolim  
thuriā, inde uero & Dalmatiam nobilitans: quanq;  
muria siue muries Catoni, Palladio, Columellā, non  
liquamen ex piscibus, sed salflaginem factitiam ad  
caleos condiendos uinaq; significat. Erat & sua ue-  
stis præscriptisq; rebus condita, ut quæ ritualis esset,  
& ad religionis quæsitā cerimonias. De alece supra  
dictum est. Habetur & halme dicta, Latine salugo  
& salfilago apud Dioscoridē & Pliniū: quanq; in me-  
dendi usu salugo hæc à muria nihil distat. Habetur  
& <sup>scilicet & x</sup> hoc est, ramentum quoddam salis atque  
spuma, cuius mentionem apud Latinos in Plinio tā-  
tum cōperi. Habet & oxhalme appellata, & ex ace-  
to & sale fiat: nam gari genus acidi oxigar: appella-  
tum, ipso nomine significat. Columella oxigar: mo-  
reti genus facit, & oxipor: quoq; dici posse uult: ra-  
tionē eius cōdendi totius operis sine reddit. Videē id  
luit. Sunt & sua medicis oxypora, sicut & hydroga-  
& cenogara, & elæogara: alioqui elæogaron & fer-  
culi genus erat delicati, quod Sybariticum missum  
in cœnis appellabant: quoniam Sybaritæ quo anno  
id ganeē inuenissent, perijissent: autore Spartiano. In-  
uenio & oxilparon genus esse iuris, in quo raiz ac-  
ceteri eius naturæ pisces mandī soleant. Isicia quid  
sint, nemo ignorat: sed ē piscibus inuenisse primus  
traditur Hellogabalus, inter ganeones potius quā  
Romanos principes dicendus.

## PISCES SAXATILES.

CCXXXV.

**S**axatiles Græci uocant petreos, quos saxosum  
mare nutrit, ut merulæ, turdi, elepherides, me-  
ue litoralis. Limosa enim sunt piscitij marini genera si-  
soleam, rhumbum, passerem. Harenosi gurgites pe-  
lagium, ut auratam & denticem: saxosum litus, saxa-  
tilem: inter quos principatus gulæ scaro, deinde tur-  
do, ac merulæ: post hos, iulides, phycides, & perci-  
dorus in Aristotele conuertit iuliam, Diphilus phyci-  
das & phycenas, quasi genera duo, sed uicina tamen  
inter saxatiles enumerat. Porro contrarij saxatilibus  
uident, quos Hippocrates planetas & cymatophle-  
gas, hoc est, errone & fluctiuagos appellat.

## CIMICES LECTI.

CCXXXVI.

**C**imices lectarij Græci cores clinicos appellāt,  
ad differentiam syluestriū, in maluaq; nascen-  
tium, ut arbitror. Aduersantur aspīdibus cimi-  
ces, adeo ut gallinas, quo die hoc animal ederint, in-  
terfici ab illis negent: contra cimicibus scolopendra,  
ut quæ suffitu necet eos.

## ONOS.

CCXXXVII.

**O**nos Latine millepeda, cētipeda multipedatq;  
dicitur: Græci & oniscon & tilon quoq; uo-  
cant: Galenus & cyamon à fabæ similitudine,  
fulcum colore. Photion & iulum dici credit: sed iu-  
lus uermis terreus est potius, quem lumbricum uo-  
camus. Athenæum sequor. Pilosa hæc & arcuatim  
repens. Aliud genus multipedæ habetur, quæ non  
arcuatur, seps uocata, & scolopēdra minor, quæ per-  
niciosa quoq; est: de hac paulo post tractabitur. Illud

meminisse oportet, onon & millepedam uocari &  
quoddā locustæ genus, ut dicitur. Oniscos & piscis  
est, quem nos asellum dicimus, duos in capite lapi-  
los, & cor in uentre habens solus omnium, hunc Gre-  
ci etiam banchon & chellaren siue gallarian appel-  
lant. Est & mugilis gentis unum cognomento ban-  
chos, id uidelicet quod ab Aristotele chelones dicitur  
omnium minimi. Porro non desunt qui inter pi-  
sces onon ab onisco dirimant: onon, & gadon uocan-  
tes, oniscon uero gallarian siue galleridam atq; maxi-  
non: nam onias scari genus est. Sunt enim scari aliq;  
oniæ, aliq; æoli cognominati. Oniscos porro Hippo-  
crati uulnerarium instrumentum est, ad luxata cor-  
porum. Aëtius oniscon marinum ad uitia interanco-  
rum commendat: piscem intelligat an uermem, non  
satis scio.

## BLATAÆ.

CCXXXVIII.

**B**latta Græci dicunt silphas, ridendo cuius-  
dam errore, qui silphiophoron Cyrenis agrū,  
hoc est, ut Catullus inquit, laſerpitiferum, à  
blatis cognominatum ratus, blattiferum conuer-  
tit in Strabone. In his pinguitudo quædam est, capi-  
te auulso, quæ celestime transit in uermiculum. Plu-  
ra earum genera, mollium & quod myllocum appel-  
laure, quoniam circum molas ferē uisatur, fortasse  
quam mylacrida nominat Aristophanes. Tertium  
genus odoris tædio inuisum, & ex acuta clune fa-  
stidendum.

## MARINVS PVLMO.

CCXXXIX.

**M**arinus pulmo pneumon thalassios à Græ-  
cis uocatur: pulmo etiam pleumon dicitur  
Attice.

## PVLMONES ANIMALIUM.

CCXL.

**P**vlmones equini, suilli, & ursini, cæterorumq;  
animantiū, ex Dioscoridis instituto referendi e-  
rant. In his, quādo nihil erat scitu admodum di-  
gnum, ad diuerticula multæ lectiōnis uenimus, quæ  
nec inutilia nec iniucunda futura sint lectoribus. Sū-  
igitur Græci hyem uocant, & syn & hyn: aliquan-  
do thytem, quod à suillo pecore antiqui principium  
immolandi sumpserint. Lactentem porcellum, qui  
& subgrumus est, Græci orthragoricon uocāt: quia  
mātutinis uenales essent: sed communiori uoce gala-  
thenon; agnum amnon, & arna, & arnon, & rhenā  
Hippocrates. Agnam amnada & amnida: hircum,  
tragon, & Aegyptia uoce murem: ut sum arcton, ar-  
con ue: arietem ueruecem ue crion & arlon, præci-  
pue sectarium: uulpem, lampurim & alopeca: est &  
uolucres animal & piscis hoc nomine. Græci certē a-  
lopecis uocabulo in medicina quandoq; intelligunt  
carunculas masculares eas, quæ utrinq; lumbos ani-  
malis quasi uestiunt, quas Hippocrates psyas, Aristo-  
teles pro lumbis ipsiis psas & psæas: Hieronymus  
psyas pro renibus accepit: aliq; neurometras uocant.  
Earum porro caua inanitatesq; partium, cibos nomi-  
nant & lagonas, nos ilia: unde lagonoponos, qui sit  
dolor ilium, alius quā qui laterum dolor appella-  
tur, hoc est pleuritis. Vulgus eam partem Græca uo-  
ce sed luxata inuersaq; significat, non lagonem dice-  
do, sed galonem. Dicta uero ilia existimō à tenuita-  
te, q; ea pars imbecilla, sublesta, inanis, & flaccida sit,  
ob id & ceneones item lagonos uocatos, Athenæus  
autor diligentissimus affirmat: nam & lagana & ar-  
tolagana hinc nomē habuere, quasi lagara. Porro inā  
& ila gracilis est pellicula, ut Festus prodidit: unde

e a ilia



COROLLARIJ,

illa crediderim fuisse nominata, quãdoquidẽ tenuiora quoq; intestina, que in homine atq; oue lactes proprie uocãtur, ut Plinio placet, ilas ueteres appellauerunt. Theodorus certẽ Gaza lactes interpretatur pro eo, quod Græci mesenterion appellant: nec quem sit autorem in ea re securus, uideo. Ileos certẽ morbigenus est, ita Græce dictus: nec arbitror aut ilas aut illa hinc esse deriuata. Ina quidem Græcis & neruiũ & uim significat. Dicitur sus à Græcis etiam χοῖρ, hoc est, porcus: nam porceta est quæ semel peperit, scropha quæ sæpius. Mulieres inquit Varro nostræ nutrices maxime, naturam qua foeminae sunt, appellant porcum: & Græci eadem significatione choeron, siue ut Athenæus inquit, delphaca: unde qui fratres sunt, adelphi nominãtur, hoc est, uterini. Porro delphax porcus est adultus atq; masculus, ut grãmaticus Aristophanes existimat: χοῖρ uero dum adhuc tener est: alij contrã uolunt. Hippocrates usum carnis è choero damnat, cum è sue, hoc est ὄρ, commendet. Certẽ delphax & pro foemina siue capitur quandoq; à poëtis, sicut & chirocos quoque apud Iones. Optimas siues Græci quidam sunt qui petalidas & larinas cognominent: alterum nomen à uitalis deriuatum est, quos illi petalos appellat, ubi patula habere cornua cõpẽre: alterum à bubus, quos è pastoris nomine Larinos uocabãt, siue à Larina Epiri uiculo: siue à Græco uerbo faginam significãte. Dicitur sus & ueres, & cum exectus est, maialis: ut in gallis gallinaceis capi: & in equino genere canthem, quia feminis usu careant. Nam canthellos Græci pro seginibus accipiunt atq; tardis: ab asinorum similitudine, quos canthonas appellat, à clitellis, quas cãtheleos uocat.

VVLPIVS PVLMO. CCXLI.

IECVR. CCXLII.

**A**sinum Græci uocant ἄσιν: iecur, hepar per e longam, cui & aspirant. Ferus asinus in Phrygia & Lycaonia onagros appellatus, prouertu multo nascitur. Haberi & piscem ferunt qui à iecore dicatur hepar & heparus, qui felle careat, in capite lapillos duos habet ostret colore, sed rumbifor ma: hinc Eubulus: Rebaris inquit carere bili me: nec mecum aliter quã cum hepato pisce loquebaris. Hunc phagro & tubellioni similem Speusippus facit. Archestrato lebias uocatur. Inter saxatiles à Diocle pontur. Color ei niger ab Aristotele tribuitur: oculi maiores quã pro corpore. Cor triangulum atque candidum. Et hæc dixisse in transcurfu nihil officit.

GENITALE CERUI. CCXLIII.

**G**enitale cerui ἀλεθριον Græci appellant. Lydi genitale ipsum acylon uocant, ut in sago diximus. Est & piscis nomen ædeon, quod nos genitale nuncupamus marinum, à nonnullis halefurion Græce dictum: quanquam halefurion sunt qui pro callionymo pisce capiant.

VNGVES ASINI. CCXLIII.

LICHNEN EQVI. CCXLV.

**I**nequo lichen & hippomanes haberi solent. Lichen os est, dẽtibus caninis simillimũ, in genibus & sup ungulas animalis eius agnascẽs. Hippomani uero tantæ in ueneficia uires sunt, ut affusum gris mixturæ, equæ Olympiæ admotos mares equos ad rabiem coitus instimulet, Est & herbæ genus hippo

manes Hesiodo, quod & Seruius testatur. Nomen hoc & Dioscorides duabus herbis tribuit, ut post constabit. Sunt & limi arborum lichenes appellati. Est & herba lichen uocata. Græci & imperiginem lichenas uocant. Hippon Græci equum: Celta, qui Brenno duce Græciã inuasere, marcã uocant, autore Pausania.

VNGVLAE CAPRARVM. CCXLVI.

**C**Apra Græce uocatur ἄγρ: quarum syluestres atq; feras in Samothrace nasci Varro scribit, platycerotas uocatas: quem locum in autore illo deprauatum omnibus exemplaribus corrigendum monemus: non enim platycerotas, sed Latine rotas legitur, ubiq; seculis conuenientibus. Capras à carpendo dictas idem Varro scripsit. Has & chimarras Græci uocant, & chimaron, & enorcham Theocritus, qui sit caper: quanquam idem Varro caprum dici proprie uult, qui sit excastratus.

IECVR CAPRINVM. CCXLVII.

IECVR HIRCINVM. CCXLVIII.

IECVR APRINVM. CCXLIX.

**A**prinum & aprugnũ Latine dici posse uideo. Aprum Græci capron uocant & syagron. Siculi aschedoron, ut est apud Aeschylũ. Poëtici item clunim, ut in Truculento Plauti clunim petrus legẽdum censeam, chluninum: Nam & Aristoteles suem fese chlunim uocat. Suillum præfertur omnibus Aëtio: si quis inquit, animal id arida fico pauerit, quod genus Græci lycoton appellant: unde ortum puto, ut imperitum uulgus omnia iocinora uocare ficata ceperit. Sanẽ ut meminit Aristoteles, siue præcipue alunt & opimant ficus, & cicer.

IECVR ET DENS. CCL.

CANIS. CCL.

**C**anem Græci κύνα uocant: poëtæ, acamythion: rabiosum, κυρῶντα.

CORIVM. CCLI.

**C**orium è calceo Græci cattyra & cassyrra uocant: nostri ueteramentũ & ueteramentarios: Siartifices appellant, quos Græci palæurgos: Siue ueteramẽta quoque ipsa palimpega & palindoria. Hinc & ueteratores fortasse dicti, à consuendis fraudibus: Nam & apud Græcos cattyrra futelã dolumq; significat: Nam alutarij sunt qui ex aluta, hoc est, concinnato corio, pellicium opus faciunt: unde alutamentum ut ueteramentum. Pelliones quoque ab ijs differunt: sed hæc instituti huius non sunt. Corium certẽ pecudis sugillata uel prædicant: ut prope rea utilissimum sit ad eos, qui uirgis cæsi fuerint. Pellem, Cornelio significat.

IECVR MERGI. CCLII.

**M**ergum æthyiam Græci uocant, & poëtæ dypten: alioqui nihil aliud est dyptes uerbum ex uerbo, quam mergus. Poëtæ Græci etiam Poigas, & bungas dicunt aues eas. Photion autor.

GALLINACEVS. CCLIII.

**G**allos gallinaceos alectryonas & alectoras Græci uocant, quia nos à lecto exsuscitent: galinas uero alectridas & ornithas. Aristophanes alectoras qui mares sint: alectrias quæ foeminae: alectreonas utrunq; continere ludens in comœdia mōstrauit. Inuenias & pro maribus alectridas accẽ-

acceptos, ut inquit Athenæus. Alexarchus Cassandri Macedonũ regis frater, is qui Vranopolim condidit, gallum gallinaceũ orthooboam uocabat, cõfictõ nomine, in quo uel ambitiofissimus fuisse dicitur. Athenæus pullos gallinaceos à Græcis hippos, hoc est quæ equulos uocari scribit: credo, quia pulli proprie sunt equorum. Dicitur et pullastra: Sed et iuba et capillũ Græci alektoridas appellant. Persæ etiam coruos hoc nomine significant. Iure gallinaceorũ perũctos, pãtheræ leonesque non attingunt, præcipue si et allium fuerit incoctum. Si gallinarum membra auro liqueunt auri est. Intestina gallinarum cum rebus alijs generis, cortex gigeria uocabant. Gallinarum tria genera, cortales et uillaticæ, siue quod idem est, corticis, de quibus medicinæ hoc loco habentur: ite rusticulæ mansuetæ, ac feræ non dissimiles uillaticis, au cupio quaesitæ. Varro Africanis similes aspectu ac facie incontaminata scripsit, à quibus per productionem uocabuli Gallinaria insula uocatur in mari Thurisco Ligustico uel cõtra Intemilium et Albingaunum. Gallinæ Africanæ sunt grãdes, uariæ, gibberæ, meleagrides appellatæ à Græcis, ut Varro putat. Columella Numidicas easdem quibusdam esse cum Africanis tradidit: Africanas uero non meleagrides, sed ijs similes, nisi quod rutilam cristam capite gerũt, quorum utrunque sit in meleagride coeruleum. Clytus Aristotelis discipulus, meleagridas gallinæ describit nostratis magnitudine, paruo capite, ad portionem corporis, et glabro, cristata carnea sed rotunda et prædura, quæ paxilli modo promineat, colore ligni: ab ore ad malas carunculam pro mento esse, sed rubriorem quam gallinaceo generi: Etenim mentum uocari carnem, quam gallinæ in rostro habeant: hoc meleagrides carere. Rostrum acutius et maius quam gallinæ, ceruix breuior et crassior atque nigra: corpus uarium maculis in nigro candidis, frequentibus per interualla, maioribus lericula, solæ figura, uel orbiculis ut alæ: serata specie, digestis in quendam uersum maculis lucentibus. Crura sine calcaribus, cætero similia gallinacea. Mares à feminis inter nosci ægre possunt, tam est in specie germanitas. Pullos suos uel ut per osæ negligunt: nam Medicæ à Media quasi Medicæ generi utilitico ascriptæ sunt: propter magnitudinem in Italiã translata, cuiusmodi Parauinæ modo sunt, Pulueraria cognominatæ à uico, ubi grandissimæ ac spectabiles maxime nascuntur, quas Turcæ rex is, qui Constantinopolim ætate nostra cepit ui, muneris magni loco à senatu missas habuit. Ad pugillatum atque prælia Græci et Bœotia Tanagricas, item Rhodias, ut Athenæus et Columella Martialist; apud nos, nec minus Chalcidicas et Medicas probauere. Quidam Alexandrinæ ex Aegypto, Pausanias Bœoticarum duo genera describit, alter præliare, alterum cossyphos quasi merulas appellans; Magnas inquit alit Lydia, sed colore coracino: calcaria et apex anemonæ floris macula modo rubent. In rostro summo, et in caudã item summa candidæ. Ex omnibus generibus cortales feminæ propriæ appellantur gallinæ: mares gallicastri. Gallinæ Græci quandoque uocant in comœdia mylacridas: quanquam Aristophanes ita appellat bestiolam inter molas nascentem. Adrianas siue Adriaticas gallinæ Chrysippus exiguas intelligit, easque ab Atheniensibus expetitas commemorat. Ari-

stoteles quoque paruo eas corpore, sed feroces, et que pullos plerumque suos opprimat. Gallinas primi feruntur habuisse Persæ, ut meleagridas Aetoli: et pauos siue quod idem est, pauones, Samos insula, quos Græci quoque taos et taonas bifariam, ut nos, appellant: Et Antiphon orator aues uarias. Attici taos, circumflectentes et inspirantes ultimæ, pronuntiant, ut Athenæo placet.

## OVVM.

## CCLIII.

**O**uum Græci ὄον uocant, cognomētis distingui tur, tenerum siue liquidum, siue ut Cornelius molle, ἀπαλὸν Græci uocant, quod recentiores elixum et semicoctum interpretantur: ὀμαλὸν hoc est durum, quod ita sit coctum ut indurescat. Sorbilia dicuntur id est ῥόφια, quæ cum tantum in caluerunt: quæ uero plus coquuntur, appellant ἰσθα. Sunt et que ῥόφια, hoc est tremula dicuntur, optime alentia, etiã si facilius transeunt sorbilia. Sed hæc alij aliter cognominant: et quantum conijcio, tenera et tremula sunt eadem, sicut et sclera et hephtha. Habentur et que te ganista à patellis et sartagine dicuntur, succi deterrimi. Mala sunt et ὀμυθῆρα, hoc est tosta cinere: ideoque ijs anteponunt quæ Græci exapheta siue pnieta nominant, hoc est, quæ in aquam calidam mittuntur immergunturque cum garo, uino et oleo, coquenda lento igni, ac modice coagulanda, ut inquit Paulus. Nam et quoddam obsonandæ carnis genus pnieton ipsi uocant: quod equidem reor haud multum distare ab eo, quod anabraston appellat. Sunt et que uulgo dici solent oia tãricha, id est oua salsa inueterataque, abdicandi usus. Nunc oua piscium salita in offas aut in pastillos durata, inclusaque membranulis, ὀμαρῆρα dicuntur, inter lautissimos recepta cibos. Præferri uolunt omnibus ex gallinã, ut Paulus inquit, ac ferè Galenus item ex phasianis, perdicibus. Pellima dicunt anserina: quanquam proprietate illa cõmendentur, quasi promptum ingenium faciãt, si quis crebro utatur cum butyro et melle. Schista quoque oua Plinius appellat tota lutea, quæ triduo incubata tolluntur: causa nominis ut arbitror, quia diuidantur, et discedat uitellus à candido. Firmitas putaminis rãta est ouo, ut recta nec uinec pondere ullo frangat, nec nisi paululũ inflexa rotũditate. Putamẽ in aceto macerato mollit. Candidũ ex ijs, siue ut Columella inquit, albi liquor, siue ut Palladius albor oui, admixtũ calci uiuæ, glutinat uitri fragmenta. Vis uero tanta est, ut lignũ perfusum ouo non ardeat, ac ne uestis quidẽ cõ tacta adurat. Luteũ et uitellus oui dicit, quem Græci modo lecython, modo chryson uocãt, Hippocrates etiã chloron. Oua quæ nõ sint recetia, ueteres appellabãt requiera. Est et uasculi genus ouũ, ab ouali specie, sicut et quod ooscyphion Græci uocãt. Sed et ipsum cœlũ à ueteribus ouũ dici solitũ, et hominẽ quoque ceu quandam cœli paruã imaginẽ cõperias.

## CICADAÆ.

## CCLV.

**C**icadae τήληξ à Græcis dicunt, quo nomine coci quoque et absurdi et imperiti dicebant: sicut elegantes et urbani Mefones: à quo facetias et sales, et quæ scõmata Græci uocãt, Mæsonia cognominant. De Mæsone Athenæus Chrysippũ inquit exstimasse falsò à uerbo Græco deriuari nomen id, mãducũ et helluonẽ significante. Cæteræ Megarẽsis homo quidã Mæson fuit comœdiarum actor, qui et seruorũ et cocorũ personas, et eam primus comperit, que Mæson appellat, à quo dicta, inquit, falsa Mæsonica uocari

uocari consueuerunt. Cicadae genus quoddam acanthion & acantha uocant, quod mutū interpretantur nonnulli, quoniam in Acathio urbe Aetoliae non canat, ut prouerbij quoque loco fit, *ἀκούει & τῆτιξ*.

## LOCYSTAE. CCLVI.

**L**ocustae, quas Graeci nominant *ἀσπίδα* una species & appellatur & *ἀσπίς* à Paulo, quia penhis careat, quā & bruchon uocari putat, roden tem sata, & atracon in sacris literis appellata: licet in Dioscoride astracon siue asiracon legamur corrupte, ut arbitror. Nicader mastacen appellat pro brucho, Aristoteles attelabon. Clitarchus in Ambracia locustas omnes mastacas dici uoluit, ut molurū quē frumenta depopulatur. Ionia locustas à numero pennarū tetrapelyridas nominat. Oetae cornopas, alij parnopas & pornopas, unde cognomē Herculi & Apollini quoque in Aeolia, quae locustas abigat. Ridendus uero Strabonis interpretas apud nos, qui culicē non locustam uertit in Parnote: *ἄγῃ & millepede* genus unū est quod uocatur onos. In sacris certē literis sunt quibus locustae mandi solitae, non animal insectū, sed herbam hoc nomine significet: in qua sententiā magnus autor Chrysostomus, & prior eo Athanasius fuisse creduntur, quasi pro animali acceptae, uescendo non essent: cum tamen in Africa, ut Dioscorides cōmeminit, ad Leptin cibo etiā frequēti comedantur: hodie quoque uulgo eas comedūt Aegyptij. Plinius & Indorum gentē quandā & Aethiopiū quoque partē locustis tū uiuere, fumo & sale duratis, in annua alimēta prodidit post didoxē Strabonēque, ut ob id acridophagi nomen habeat. Locustā igitur siue pedē locustae, pro herba sumptā interpretatur quā uulgo repunculū siue napunculū uocamus, folio angusto, desinente in mucronem cauliculis, uertice torulos habētibus, ut in asparago & salictario lupo cernitur: itemque multilateris: ex quibus minores alij alterno semper inguine profiliunt. Radicula uel diuicū lautōque mēsis petita: rapisti quidē sapore, non tū ad ructus illiberali, ac fatuus omnino gustus, sed cū aceto & sale non inuicundus, semē ei tam exiguū, ut discerni ferē aliter non possit quā grana fabuli. Alij pedē locustae pro blito aut ualde simili herba capiunt in Arabicis scriptoribus. Sunt qui uocabulo acridis non herbā unā aliquā, sed summā herbarū omnium, quibus uicitariit homo sanctus in solitudine, accipiat: quod si esset, perperā uertisset Hieronymus locustas: alioqui certum est locustas Iudaeis inter animalia quae non sunt interdicta cibo, numerari. Dioscorides certē paniculas auenae dependentes, ut in bromo diximus, locustas, Plinius lobas appellauit.

## OSSIFRAGVS SIVE

PHINIS.

CCLVII.

**O**ssifragus siue phinis, & ut Aristoteles appellat phine, alienos foetus cū suis alit, quos aquilae nutrienditædio eiecerint. Quidam non generare ossifragum scripsere, ut Aristoteles. Plinius ex haliaëto nasci ossifragos, ex ossifragis uultures minores, & ex minoribus maiores, qui omnino non generent. Differt ossifragus ab ossifraga, etiā confundunt aliqui, quod ossifraga septimum est aquilae genus, quae barbata dicitur & sanqualis: ossifragus uero qualem indicauit, laudatus ad uitia, quoniam in intestinum unum habeat mirabili natura, omnia deuorata conficiendi. Nescio quam obrem Ambrosius fulicam accipiat, quam Graeci phinin uocant: cum

fit apud Maronem fulica ut quibusdam placet, herodius ex Arato, quē poeta noster ea parte uidetur imitatus, ubi prognostica tempestatum carmini suo inseruit. Idem Ambrosius herodiū alio loco sturnum interpretatus est: cū sturnos Graeci psaras nominent. Hieronymus herodium Graeco nomine appellat. Seruius herodios accepit, quas nos Diomedeaes aues uocamus. Pausanias herodiorum genus maximum, & pulcherrimū, & augurijs quoque proditum uocari tradit ocnon. Theodorus fulicā, quae ab Aristotele cephus, siue cemphos dicitur, intelligit. Ossifragus pariu ualet oculis, nubecula etiānum suffusis.

## GALERITA.

CCLVIII.

**G**alerita siue quod idem est Gallica uoce alaudam, Graeci corydon, & corydalon, & scordalon appellant, item corydalida. Theocritus to siue galea: nam & epitymbidion Theocritus quia ceu tymbon, hoc est, sepulchrum patris in capite gerat: cūzulam Graecum uulgo nominat. Nota est apud Aristophanem comicum poetam fabula, primam uolucrum fuisse Galeritam, priorem quoque terra defunctum ei patrem, cum humari non posset, nondum enata humo, conditum in uertice. Corydalis est & herba capnos appellata, quoniam & ipsa doloribus colli medeatur ut auis ipsa. Galeritam nemo ferē ignorat auem pusillam, & plerumque obiter nobis obuiam: Ingenio ad cantus docili: pelserculis, ut inquit Galenus, qui pyrgitae ac troglitae nominantur, in oppidorum muris ac turribus frequentes ad similem, extra quam galero, quo illae carrent: nam corydylis salsamentarius piscis est, quem nos cordyllam uocamus, Graeci etiam cordylida & dorylum: at cordila tumores in capite significat, & mitellam quoque Cyprijs, eam quam Perlae cidarin Athenienses crobylon appellant. Porro similis est alaudae zerraneola uocata: nisi quod apice in terra nidificas, unde nomen. Differt ab alauda & parcus, etiam si quidā negant: est etiam parcus auicula palūbo minor aliquanto, subtus candida, caetero pauoni similis, & crista quoque.

## HIRVNDINES.

CCLIX.

**H**irundines Graece chelidones, lapillum dicuntur pullo excludo dare. Tria earum genera, urbanarum, syluestrium, quae nidorum figura deprehenduntur: riparium, quae ita uocantur, quoniam in riparum cauis nidificant. Fit hoc capite ficedularum quoque mentio: Graeci eas modo similes, modo ampelidas, modo ampelionas uocant, autor Pollux, ut caeteros praetercam.

## EBUR.

CCLX.

**E**bur à Graecis appellatur elephas, eodem quo animal ipsum nomine, quanquam animal elephantus quoque dicitur. Ebur uero alij cornu, alij dentem elephantum nuncupant. Est & ualis potorū genus elephas.

## TALVS SVIS.

CCLXI.

**T**alus astragalos Graece dicitur in sue, cuius uicem in homine, malleolus appellatus implet. **CERVINVM CORNV.** CCLXII. **C**eruum Graeci elaphon appellant, ut praediximus, & bredon poëtae. Alij caput ipsum cerui bredon uocant: inulum siue inuleum eius, nebron & cemada, quae cemas nondum progredij in paescua: damam uero Graeci proca dicunt. Aristoteles & idonei ferē oēs, & Dionysius à ceruo non distinguunt. Phile.

Philetas primigenios ceruos procas dici uoluit: Ab hoc animali Proconnesos appellata est: nam ophiom quod Sardinia quodam ferebat, & interisse creditur, ceruus non erat, sed animal pilo ac dente simili, ceruus minus. Genus uero ceruorum prægrande Græci Echæneas ab oppido uocant. Aristoteles achænas cognominat: inulum Varro & ex equo & asina uocari scribit, quos & bardones aliqui appellant, sicut ex asino & equa mulum: quâquam uetusti codices tum Varronis tum Columellæ innum habent, non inulum, & ab equo patre nomen traxerit. Sed & Aristoteles quoque innum Græce dicit qui ex mulo & equo nascitur, ceu paruum mulus. Proinde Nonius Marcellus hinnas inquit & hinnos, sub quo nomine accipere debeam? Varro signat: ait enim ex equis & mulis qui nascantur, hinnos uocari: ut errauerit qui distinctionis studio cōfinxit, hinnulos ceruini generis esse pullos, equini uero inulos uocari: Quin si mutare oportet, uerius sit inulos per simplex n, & sine flutu ceruinos pullos accipi: hinnos autem & hinnulos per duplex n, & cum aspiratione ex asina conceptos equi coitu, sed utiq; si sint mares ut Plinius adiecit, quâq; Nonius Marcellus aliter ut præmonui. Porro inis etiam infantem & paruulum Græcis significat: at giuni per g, ab Aristotele appellatur equi pumilli, nō alia ratioe q̄ matris & uteri uitio: gygenios à Strabone dictos arbitror in Liguria mōtanis, ubi & mulorum genus uocat hoc nomine. Non placet quorūdam distinctio inter dorcem, & dorcadē, quasi dorcæ ceruinus pullus sit, dorcæ animal diuersum: cum dorcæ Aristoteli non ceruum, sed capream significet. Certe Dioscorides in coaguli mentione dorcadem à dorco separauit: an ut eo distet dorcus à dorcade, q̄ ceruus ab inuleo, & in Strabone Zorces pro eo quod sunt dorcæ, nisi uitium sit in exemplari, legas. Iplam cornu uocant, quod & poculi genus est: nam cornibus ueteres bibisse Pindarus, Sophocles, Homerusq; testantur: si modo ut ferē persuasum est, thyon in poeta eminētissimo idem sit, quod cornu.

## ERVCAE OLERYM.

CCLXII.

**E**RUCA pro animali accepta à Græcis campæ nominantur. Hippocrates in herba cithymalo nascentes, aculeatas esse prodit, utiles ad conceptus. Campa dicebatur & genus illud bestię, quâ Liber pater in Lybia sustulisse dicitur, ad Zambirra oppidum, tumulo in monumentum eius facti condito, ut Diodorus meminit.

## CANTHARIDES.

CCLXIII.

**N**omine cantharidum ē nostris aliqui etiam scarabeos, maxime pilularios, accipiunt, qui & canthari dicantur, & ab Hippocrate conuulsi & pocilli nomen est, & ornamenti quoq; munus, ut Athenæo placet. Ipsarum cantharidum uenenum in qua parte sit, non cōuenit: Alij in pedibus, & capite existimāt esse: Alij negant: Inter omnes constat, pennas earum auxiliari, in quacūq; parte sit uenenum. Ipsæ nascuntur ex uermiculo in spongia maxime cynorhodi, quæ sit in caule: sed fecundissime in fraxino: cæteræq; in alba rosa, minus effica ces. Improbantur duo earum genera: minutæ, latæ, pilosæ: item macræ, unicolores.

## BUPRESTIS ET PITYO-CAMPE.

CCLXV.

**P**tyocampæ à nostris erucæ picearum aut pinorum uocatur. Buprestis & animal & herba est. Ex his erucis uermiculi postea nascuntur, qui acceptis alis euolant, quemadmodum & in ficu & cynorhodo siue canina sentice,

## SALAMANDRA.

CCLXVI.

**S**alamandra animal lacerti figura, stellatū, nunq̄ nisi magnis imbribus proueniens, & secuta serenitate deficiens. Huic tantus rigor, ut ignem tactum extinguat, non alio modo q̄ glacies: quod quidam tamen negat. Aëtius per ignem inquit cadentibus flāmis ambulat, eumq; non solū frigoris ui, sed etiā pondere corrumpit, quasi obruens. Theophrastus & frigori & humori tribuit, qui ex ipsa lentus profuatur. Si diutius tamen in igni manserit, comburitur. Cassiodorus: salamandra subtile & paruū inquit est animal, lumbricis associū, flauo colore uestitū. Salua eius quæ lactea ore uomitur, quacūq; parte corporis humani contacta, uel pede imo resperisa, toti decidunt pili, & colorem in uiciliginē mutat: Si arbori irreperit, omnia poma inficit ueneno, ita populos sepe toros necādo frigida ui, nihil aconito distās: Quinimmo si contacto ab ea ligno, uel pede, crusta panis incoquatur, idem ueneficiū est, uel si in puteū cadat: Manditur tamen à suis innocenter. Similis ascalaboræ salamandra est Aëtio, lacerta uenenaria hoc est pharmericide uelocior. Ascalaborem Græci & colloton, & galeorem quandoq; appellant, nostrī stellionem. Horū trāsmarini pleni lentigine, stridoris acerbi, qui & uescuntur: intantum scorpionibus aduersi, ut uis protinus torporē afferat frigidi sudoris. Tales in Italia non sunt: uiuunt enim rore, ut chameleōtes, præterea & araneis. Qui autem stelliones appellantur, ut Marcellinus inquit, in nouis domibus cernuntur, forte ij, quos Romanū uulgus taratulas uocat, albas, innocuas, & pusillis lacertis similes. Sūt & Apulorum taratulæ in agris, phalagiorum fortasse generis, ueneni presentanei, commoto statim eius mente quem percusserint. Auxiliari cantu eius & omnino musica ratione, consuetudo regionis est. A stellione fraudulentissimo animali, stellionatus crimē, & stellatura. Spartianus in Pesennij Nigri uita: q̄s inquit constitit accepisse stellaturam: & alibi: tribunos qui stellaturas inquit militibus tulissent, capitali poena affectos. Inuidētissimum hoc animal intelligitur, quoniam senectutis suæ membranā deuoret, gnarū propter comitiales morbos impeti eam: hinc stellare uerbum pro inuidere. Cubilia stellionis in locis hostiorum fenestrarumq; sunt, aut cameris sepulchris ue.

## ARANEVS.

CCLXVII.

**A**RANEUM græci arachnen uocāt. Araneorum phalagiorum ue multa genera: innoxii, lupi nomine post dicendum. Noxiorum duæ species ab Aristotele traduntur: uni corpus exiguum, uarium, acuminatū, assaltim ingrediens: ob id pulex uocatus: alteri maius & nigricans, prioribus cruribus longissimis, tardum hoc & imbelle, nec saliens, æque phalangium. Præter hæc à Plinio uocatur genus aranei, lanuginosum, grandissimo capite, q̄ distecto inueniant intus uermiculi duo, qui adalligati cere uelle ante solis ortum, dicunt mulieribus prestare ne cōcipiāt: uimq; illā durare anno, unde atocion q̄q; dicit, Est & rhagion uocatus, q̄ acino uix nigro q̄q; dicit, Est & rhagion uocatus, q̄ acino uix nigro

e 4 similis

similis est, ore minimo, sub aluum pedibus curtissimis, & tanquā inchoatis. Dolor à morſu eius qualis à ſcorpione. Vrina textis aranei perſimilis. Quintū genus aſtorciō, uel aſtertiō ex manuſcriptis codicibus, aut aſtorgion, quaſi diſcordialē & inamabile ſignificant: ſed in picto Dioſcoride *ἀστρογιον* id eſt aſteriū, uirgulis albis, à proximo diſtinguit, cuius icſtu genua labefactantur: Sextū cœruleus, utroq; pernicioſior, la nugine nigra, caliginē morſu concitans, & uomitus araneofos: Septimū à crabrone penna tantum differens, deterius etiamnum cœruleo: propterea macie quoq; conficit à ſe percuſſos: Octauum myrmecion, quia formicæ ſimilis, ſed multo maior, ruſſo capite: alio & reliqua parte corporis nigra, guttis reſperſus albis interſtinguentibus, acerbiorē q̄ ueſpaz̄ dolore torquens. Viuit maxime circa furnos & molas. Fuliginofum deſcribitur Aëtio, ſtellatū, præſertimq; dorſo: Nonū tetragynthus, ſed duobus ſaſtigijs. Alterius mediū caput, linea candida, & tranſuerſum itē altera diſtinguit, qui & peior, tumorēq; oris molitur. Alter cinereus, poſteriori parte candicans, inertior. Aëtius tetragynthon modice lato & ſubalbo corpore deſcribit, pedibus aſperis, duabus incifuris in capite, recta una, per obliquū altera, ut quaternas buccas habere uideatur, unde nomen: in Aethiopia tam frequētes, ut regionem in ea quādam prope Sillos, Acridophagosq; deſeri coegerint. Idem autor & cranocolaptrē, & ſcolecion, & ſclerocephalon enumerat: ut primū genus lōgis cruribus, ſubuiride, aculeo circa ceruicē inſeſto prodat: ita dictū, quia caput maxime percutiat: Secundū ſqualeſt maculis, præſertim capite, longis pedibus: Tertio caput duritia filiceum, Lineamenta toto corpore ſimilia beſtiolis, quæ lucernas circūuolant. Hæc fortaffe uel eadem ſunt, uel parū diuerſa Plinianis. Precipue uero cranocolaptes idem genus uideſt illud eſſe, quod nos ſextū haberi diximus, cœruleum, & caliginē morſu concitans, caputq; tentās. Habetur & cinerei genus quoddā minime noxiū, telas muſcis in parietibus latiſſime pādētis, qui & muſcarius uocatur, inter lupos ut arbitror locādus. Cōperio & araneū candidum, longiſſimis tenuiſſimisq; pedibus. Item aliud genus craſſiſſimū, textū condentis in contignationibus: quorū uterq; in dictas aut diſcendas forte ſpecies recidit. Eſt & diſcimē araneorū, quos Ariſtoteles appellauit lupos: quorū minimi nō texāt, maiores in terra cauernarū uilia, & exigua ueſtibula præpandāt. Medium genus lautiores craſſioresq; telas orditur uel operoſiſſime, ob id erudiſſimum ab eodem Ariſtotele uocatū, cuius duas quoq; ſpecies reddit: Maiorē ſubtus pendere, degrauiatum mole corporis: minore in ſublime ē quibuſdā telæ ſuæ latebris obſeruātē excubare. Græci qui de uenatis icſtibus ſcripſere, lupū uenari muſcas demonſtrant rotundū, cœlata ſculptaq; ceruicula, tribus in ore, quod ei latiuſculū eſt, lineamentis. Aranei lacertarum catulos irretitū: utraq; labia mordicus apprehenſa telas ſuas altius tollendo, incrementa amniū futura præſagiunt. Sereno non texūt, ſed nubilo. Fœminam tetrinæ, marē uenationi operā dare arbitrat, idq; ſole oriente occidenteq; beſtiolis tum maxime inſeſtis. Aranei clunibus in Venere conueniunt. Vermiculos ſimiles ouis pariunt in telas expansos, quia ſaliendo excludunt, phalāgio excepto, qui ſpecu in ipſo cubat magno numero, triginta ſere: ſed ubi emerſit, matrem conſumit ſæpius, & patrē. Incu-

bāt triduo: cæteris generibus oua pauciora. Cōſumantur aranei quater ſeptenis diebus. Simul porro ut editi ſunt, ſila ſua mittūt, ſiue de ſuo quod foris habent, ceu uellere corticeo, ut Ariſtotele uifum eſt, ſiue ut Democrito, excrementi cuiuſdā modo, uelut corrupta intus alui natura, ſtatuato tempore, ſiue ut dixere, quia intus ſit quædam lanigera fœcunditas.

Quidius:

Cætera ſunt uentus de quo tamen illa remittit. Stamen, & antiquas exercet aranea telas. Non habet Creta inſula maleficum animal præter phalangii, alioqui Italia ignotū. Hoc cerui percuſſi, cancos edendo ſibi medentur. Nominatur & muſcarius araneus, de quo priuatim agēdū nobis eſt. Araneorū telæ priuatim ueſcē hoc eſt ſiccæ, ac tenerę arachnes. lent. Ipſum animal araneus uocat, Græce arachnes. Tela uero aranea, ut Græce arachne: quanq̄ interim & pro animali poëtæ capiunt araneū. Phalangia uero, & quod idē Ariſtotele, phalāgas & phalāgios arbitror eſſe dictos, & phalanx internodium ſignificat, qualis pars ea digiti, quę rigida manet nec heſtat, ut Ariſtotele placet: omnibus enim phalāgijs internodia terna in cruribus: ob id & fulſes nodis rigentes, ut Plinius teſtatur, phalāgas uocabāt: Vnde batulos Vitruuius quia phalāgis uti ſoleāt, phalāgiarios appellat. In Albania phalāgium haberi traditur Straboni Helianoq; a quo ſi q̄ feriant, aut ridēdo, aut ſenſu do moriantur, deſiderio ſuorum.

LACERTA.

**L**acertā Græci ſaurā. Huius una ſpecies chalcidice uocatur atq; ſeps, ſeorſum reddēda. Lacertum & lacertā idē genus eſſe conſpicio, ut eſt apud Græcos quoq; ſauros atq; ſaura. Eſt & piſcis hoc nomine. Lacerta uidetur & uafis genus eſſe apud iuſperitos, ſicut & apud Græcos ſaura, cuius in palma meminit Hippocrates. Eſt & herbæ nomē ſaura, Plutōi ſacra, ut Nicæder poëta docuit illo uerſu:

*σαύρα τὸ ὑπερβόιον πικρῶν ἐστὶν ὕμνησιον.*

Fortaffeq; in eo uerbo aut anagallidē intelligit: quippe quā Dioſcorides ſauritin à nonnullis dici prodat, & prophetæ nycteritin, quaſi nocturno & ſubterraneo dicatā numini: aut ipſum ſinapi, quod ut Plinio placet, ab Athenieſibus ſaurion uocatur: aut naſurtium, quod ab Hippocrate ſauridion quoq; dicitur. Lacertarum pedes Græci blaſtos uocat, hoc eſt quorum pars extrorſum, pars introrſum ſpectet.

SEPS.

**S**eps nunc lacerti genus eſt, nunc ut diximus millepedæ. Cum lacertā ſignificari uolumus chalcidicæ cognomento utimur: ſed an idem ſit cū ea quam Ariſtoteles chalcida & zygnota nuncupat, Theodorus more ſuo dignydam conuertit, lacerto paruo ſimiliter, æſtimabūt legentes: ipſe in diuerſam partē moueor Plinij uerbis, qui quodā loco ait: peculiariter inquit à chalcide ceralte differt. Eſt & tubercratem, ab erodēdo impoſitū. Aëtius, ſeps inquit ſerpens eſt cubitorū binūm, craſſitudine in exilitatem, ut alia quoq; genera ſerpentiū deſcendente: ingreſſu taro rectoq; lato capite, ore acuto, maculis corpore toto candidis: triduo uel quatriduo interficit. Paulianias quoq; Aepyrtū inquit Arcadiæ quondā regem in uenatione occupatū, & imprudentē ſeps oppreſſit. Viperæ ſimilis eſt inquit minimæ, cineris colore, maculis ex interuallo uariis, lato capite, anguſta ceruicē,

CLXVIII.

CCLXIX.

ceruice, aluo maiori, cauda breui, obliquo incessu quasi cancer: quod & cerastæ inquit serpei propriū est. Chalcidicem Helianus si quis inquit habeat in tritico, fore ut incorruptū seruetur. De serpente intelligat an de pisce chalcidico, qui & chalcis dicitur, non conlat. De sepe pro multipeda Plinius xx. uolumine: multipedem inquit sepa Græci uocāt, oblongā, pilosis pedibus, pecori præcipue nocuam. Castigatus est in ea parte locus, propterea quod nō sepa sed ipsa legebatur: Nam ipsa genus uermis aliud, ut in pumice docebitur.

## SCINCVS.

CCLXX.

Scincus a crocodilo cute distinguitur, cā didiore tenuioreq; sed præcipue seta squamarum, quæ a cauda ei ad caput uersa est. Maximus Indicus, post Arabicus. Afferuntur inueterati sale. In Nilo natus ichneumone minor est, tanto inferior crocodilo. In Libya duos cubitos excedere Pausanias existimat. Venales scincos ex Aegypto licet uidere, lacerti magni similitudine. Sunt & Vincentino agro sui qui dam scinci, minores multo ueris, etiam si pro Aegyptijs officinæ subijciunt. In Bithynia Chalcedonis a gro fore, crocodilos minores quodā fonte nasci qui Azaritia dicitur, Strabo meminit: fortasse q; pro scincis accipit, quoniā paruos esse tradat. Crocodili chāpse apud Aegyptios uocātur. Iones uero crocodilos primi uidentur appellasse, ut inquit Herodotus, sum pro nomine ab illo crocodilorum genere, qui apud ipsos in sepibus macerisq; nascuntur.

## VERMES TERRENI.

CCLXXI.

Vermes terrenos quidā bliniathas, alij vnt *Verrepe*, hoc est libriscos & intestina terre uocant. Iulos alij ut Dorion. Gaphagæ a Syracusa iulos uocāt, quasi limo & terra uictent. De ijs nonni hil & in fibro diximus. Est iulus & dolypus & cantilenæ genus, qualanices siue purpurarij utunt. Hoc nomine uocantur hymini quoq; Cereris ac Proserpini: sed & fruges ipsæ, propterea q; singulares manipulos farris hordeacei amalas Græci uocāt: ipsas uero metas & fasciculos, qui ex multis manipulis præligati sunt, uulos & iulos nominant, ut Athenæus in hoc loco, hoc est quibus nihil detractum sit. Nec satis scio de autopyro pane, an de holopyro Photionis enarratio intelligenda sit, de quorum utroq; in tritici mentione disertabitur. Terreni uermes cum e cauernis suis prodeunt, tempestates, imbresq; prænuntiat.

## MVS ARANEVS.

CCLXXII.

Murem araneum mygalē & myogalen Græci appellāt. Negāt trāsiri orbitā ab eo, nature quodam torpore: & si trāsierit, moritur. Inde contra morsum eius terram ex orbita sumendā præcipiunt. In Italia uenenatus eorum ictus: eisdem uiterior Appennina regio non habet. Monendi sumus in Theodori præfatione de animalium historia, non mygalen pro mustella, sed galen scribendum ab impressoribus fuisse. Mus araneus ideo mygale dicitur a Græcis ut placuit Aëtio, q; muris magnitudine sit & mustellina specie: os ei oblongum, cauda gracilis, dentes quadruplici uersu tenues, quod & uulnus indicat. Ex eo purus statim sanguis effluit, mox sanio-lenta. Ipsum animal maxime testiculos aggreditur. Pustulæ si pregnas percusserit, nec aliter rumpūt, ut Dioscorides & Aëtius scripsere. Plinius non pustu-

las sed ipsum murem araneum si prægnans ferisset, dissilire protinus existimarunt.

## M V R E S.

CCLXXIII.

Muris nomen ut mustellæ, animalibus multis cōmune. Alpini quos alij marmoras uulgo dictos intelligūt, magnis oculis, prominentibus media magnitudine: pabulum hyemal præparāt anteq; condātur. Alterni ut aiunt mas & formina, complexo herbarū fasce, supinos cauda mordicus apprehensa, inuicem detrahunt ad specus: proinde q; tūc temporis detricto uideri dorso. Paresijs Aegyptij similiter residūt in clunem, & in binis pedibus gradiūt, prioribus manu uice utentes. Sunt & Pontici unius coloris & uarij. Ex hoc genere credunt esse pelles, qbus muniri uestes contra frigora cōpere: cādidos eorum armillos, sordidum uulgis nominat: nam uarij parte tantum prona candicāt. Venetis in dorso color, a quo dosuariz pelles uocātur: quandoq; ferrugineus, deterior priore. Instruit & ex muribus luxuriam suam uita, alios magnis frigoribus, alios medio anni tempore a Septentrionibus petēdo. Armamus corpora: debellamus animos. Cōduntur mures hyeme duntaxat albi, quorum palatū in gustu sagacissimum esse referunt. Murem Græci *μύρ* appellant, Cretenses smynthion siue smynthea, unde Apollini cognomen, ut Photioni uideretur post Strabonem.

## L A C.

CCLXXIII.

Lac Græce *γάλα*. Camelinum ab hominis lacte dulcissimum, præcipue si ad unā mensurā tres aquæ addātur. Bos ante partem non lactescit: asina protinus. Pullo eius ubi pingue pabulum est, biduo a partu maternū lac pressisse mortiferum: genusq; morbi uocat colostratio, & infantes colostrati: densato lacte in casei speciem. Ex proximo semper a partu colostræ fiunt: quæ nisi admisceatur aqua, durecant in pumicem. Est autem colostræ, siue ut Plinius colostrum, prima a partu spōgiosa densitas lactis. Theodorus pro coitu lactis quocunq; colostrū plerūq; accipit: itemq; pro eo quod ab Aristotele trophalides appellātur. De colostro & Martialis poeta meminit, & Lucilius, & Plautus in Pœnulo: Mea inquit colostræ, meum cor, meus molliculus caseus. Inter opera uero ganee pretiosissimum ex lacte caput uocātū: quod Britannij atq; Belgæ cremorē lactis hodieq; nomināt. Conficitur & quæ spuma lactis dicit. Infubriæ supra memorati cremoris æmula, quæ Græci a phrogala, ut inquit Aëtius, appellāt. Vtrinq; dentatorum lac nō coit. Tenuissimū camelis, mox equabus, crassissimū asine, ut coaguli uicē impleat. Omne lac igne spissatur, frigore serescit, spissatū igni pyriathes & pyrihephthon uocari a Græcis, autor est Aëtius. Meminit & Julius Pollux. Sicut spissatū coagulo pyctes, quod rustici nostri lac iuncatū a iunco & carice, aut quibus alijs seges tribus inuoluit, appellant. Athenæus uero primū lac pyrihephthen & pyrihephthon tradit uocari. Photio primū lac a Græcis etiā pyos & pyon dici uoluit: alioqui pyos & sanguis cōcretus est, quod & pus dicitur. Pulcē ex ouo & lacte oogala medici cognomināt. Lacticia qui uocāt ex lacte quoquo modo cibū, etiā si quidā in sacris literis id usurpāt, non probo. Lactarium opus dixerim potius, autore Spartiano: Cœnas inquit Heliogabalum exhibuisse alia die de oleribus, alia de pomis, alia de dulciarijs, alia de opere lactario.

SERVM.

SERVM.

CCLXXV.

**S**erū iam multo potentissimum quidā ad tertias decoquunt & sub dio refrigerāt. Græci ἕρπον uocant. Hoc quemadmodū à lacte separetur, Dioscorides mox indicat. In Erythea iuxta gades insula unius stadij patente freto, lac sine sero premi tradūt, ut Strabo retulit, tanta pinguitudine, ut in caseo cōficiendo, aqua diluatur.

LAC SCHISTON.

CCLXXVI.

**L**ac schiston uocatur quasi scissile ac dimidiū, quories uidelicet concretā eius partē quæ casealis dici potest, ab serosa, ut Galeno placet, separamus. Improprie tamen schiston inquit lac nonnulli appellāt id, in quo aut littorales calculi, aut ferrum ardens restinētū sit.

LAC HVMANVM.

CCLXXVII.

**L**ac mulieris ante septimum mēsem inutile insalubre est. In omni usu præfertur eius, quæ geminos enixa fuerit: tum eius quæ marem ferē. Inefficax eius quæ sequiorē sexū edidit: eius quæ marē peperit, lacte gustato, canes rabiosos fieri negāt.

CASEVS.

CCLXXVIII.

**C**aseus non fit ex utrinque dentatis ut diximus. Bubulum caseo fertilius quā caprinū, ex eadem mensura ut Aristoteles tradit, pene altero tanto. Quæ plures quaternis mamas habent, caseo inutilia: & meliora quæ binas. Caseus infumatus laudabatur à ueteribus: nec hodie contemnitur. Omnis porro caseus senectute fit salsus, sed in musteū redit saporem aceto est thymo maceratus. Barbaros caseo non usos tradunt, sed in iocundum tamen acorē solitos lac cogere, quod & oxygala uocātū sit, cuius rationem aliā Columella postremo sui operis libro tradidit. Casei genus saprū quasi putrē dicas, faciūt utilem cœliacis. In Plinio legendū sit epityron, an caprarum, in mentione casei libro XI. controuersum diu fuit: ipse non epityrū sed caprarū lego: non quia epityrum oliuæ farctæ genus sit, ut quidā putāt, quādo quidem oliuæ genus illud pityrū & pityrida, nō epityrum appellari constat: sed illa ratione potius, quæ nisi caprarū gregibus sua laus est, in recenti maxime eam augente fumo gratiā, & reliqua legamus, uix stabit sensus, nisi planē quis extorqueat. Præterea cū de bubulo & ouillo caseo differuisset autor, maxime sequēs erat ut de caprino quoque loqueretur: ne quia sit omniū ferē deterrimus, improbari omnino iudicaretur. Adde quod infumari nō alius magnopere caseus quā caprinus affolet. Nec ferē placet nisi musteus atque recens. Athenæus Latina uoce usus, fumosos caseos appellat. Laus caseo Nemausensi Lesuræ Gabalici pagis. Alpino duobus generibus. Docleati ex Dalmatia. Vatusico ex Centronia. Cebano est Liguria & Appennino maxime lactis ouillū. Auximati ex Umbria. Item Lunensi magnitudine conspicuo, singulis quādoque milibus pondo. Item Vestino Crustuminoque ac ceditio campo: nam Siculū Iulius Pollux meminit & Aristoteles, qui & Phrygiū quoque nominat: sed Siculū ex ouillo & caprino mixtū lacte: Phrygiū ex equino asininoque fieri solitū cōmemorat. Siculū Athenæus præferri putat omnibus, utique post Achaicum ex oppido Tromilia, unde Tromiliscus dicitur, & à Simonide Stromilius ex caprino lacte. Epityrū uero caseus non est omnino, sed ut Varro inquit, edulium Siciliæ quā Italiæ frequētius, cuius uocis in Plauto mentionem haberi sciunt omnes: Vnum inquit epityrū

edā. Pollux uidetur hoc xeriā tyron uocasse, Siculū edulium id esse affirmās. Athenæus hypotyrida placentæ genus facit, fortasse idē cum epityro: nā placentæ tyron condimenti nomen est & caseo, apud eundem autorem. Trās maria Bichynius ferē in gloria erat, Salonites ab oppido appellatus. Gallici sapor medicinali uim obtinet: nunc à Cisalpina Gallia cōmendantur Placentini maxime. Formaginē Theodoros pro caseo cur dixerit, aut quē autore secutus ita uerterit, quod Aristoteles trophalida scripsit, nisi quod in Columella forte legit, concretum lac in fiscellas aut in calathos, uel formas trāsferri solitū, non uideo. Aliubi Theodoros idē trophalida colostrū interpretatur, ut prædiximus: neutrum satis probo. Caseū Græci tyro uocāt. Eius discrimina pulcherrime Antiphanes poetata reddidit: chlorion hoc est recentē, atque molle, quālis in fiscella fertur, ob id fiscellis uocatis, quā in caseum abliguriunt: Xeron hoc est aridum, copton hoc lius Pollux interpretatur, macilentum: copton hoc est prædurū: nā & copta rhodia, & copta ficus hinc nomen tulere. Xyston hoc est tonsile atque asilem: nā & horti sic dicitur: rmeton hoc est scissile: pecton hoc est coagulatū colostratumque: nā eum qui acescere incipiat, & lacte ficulneo coerit, opian uocant. In Creta caseos quibus lara forma est, sed gracilis, thelias id est quasi foeminas appellant.

HIPPACE.

CCLXXIX.

**H**ippace differt ab hippice, quæ hippace caseus atque coagulū est, hippice uero herba Scythica, equestris à Theodoro dicta. Phrygiū caseum Aristoteles ex equino & asinino lacte conficere solitū scribit, ut in caseo norauimus. Hippocrates inuentum scribit Scytharū hippacē ex equino lacte: in ligna, inquit, caua infundunt id, deinde obturbant: natatē spumā, butyrū uocāt: id quod sidat, hippacem: id quod in medio subsistit, serū. Vires exiguo cibo sustentat hippace, quemadmodū & hyppice.

BVTYRM.

CCLXXX.

**B**utyrum spuma lactis est, concretiusque quod serū uocatur. Hic & butyrus dicitur & butyrū, & ab Hippocrate picerion. Laudatissimum baris cibus, & qui diuites à plebe distinguat. Butyrū à boue nominatur, quia est bubulo lacte fiat, ut miretur Dioscoridem Galenus, quod ex caprino, & ouillo conficit lacte dixerit. Ex caprino tamen fieri solere, testis est Plinius: quod quidem cum sit, hyeme calefacto eo, æstate uero duntaxat expresso utitur: crebro lactatu in longis uasis, angusto foramine: additur paulū aquæ, uti acescat: quod est maxime coactū, in summo fluit: id exemptum addito sale, oxygala, hoc est acre lac appellat: reliqua decoquunt in ollis: ibi quod supernat butyrum est. Quod magis uirus respuit, hoc præstātius. Oxygala fit & alio modo, lacte acido in recēs addito. Casei genus à Galeno oxygala finō uocari Asiæ Pergameno præsertim agro dicitur.

FVLIGO BVTYRI.

CCLXXXI.

LANA SVCCIDA.

CCLXXXII.

**L**anā Græci ἑρπον uocāt: Ad medicinā laudatissimā est Galatica, Tarentina, Attica, Milesia. Lanæ quibusdā locis non tondentur, sed euelluntur: ob id cum dempta est atque conglobata, quidam uellera, alij uelumia appellāt. Mix: quod tradunt, mēderi lanas pecori cibos fastidienti, si cauda quæ arctissima præligata in didē uellatur: statim enim uesci pecus incipere, & quod extra nodū sit, præmori. Lanā succidam

fuccidam Græci rhyparā, tonia finypen, alijs celypirā, hoc est sordidā, & cū celypo suo, de quo paulo post dicturi sumus, nomināt. Galenus autor. Succidā à sudore dicta Varro existimat: quia oues cum incoeperint sudare, condeatur: Nam succidia nō à sudore, sed à sue nominatur, cuius caro est. Lanarū sunt & à coloribus, quos bibunt, discrimina. Cymatiles à fluctu ferentate, à croco, à rosa, à myrto, à glandibus, ab amygdalis, à cera, à coruo coraxicæ, à purpura colofina. Et hæc partim ex Plauto, partim ex Ouidio in artibus, & Strabone. Adulteros, ut Helianus tradit, in Gortyna Crete deprehensos, lana coronabāt, mollitiæ probro, atq; ita per ciuitatem ad magistratus traducere moris erat.

LANA VSTA.

CCLXXXIII.

OESYPVM.

CCLXXXIII.

**O**esypum & celypus, utroq; modo effertur, ab eo quod in hoc est ouis. Græci masculino serentuntur, Latini frequentius neutro. Laudatissimum à sudore alarum & fœminum, sicut in Actis ouibus genitū, quod & notauerit Ouidius:

Oesypa quid redolent, quis mittantur Athenis.  
Hippocrates caprinā è clunibus forde uocauit cespē: ouillā, celypidem: quo quidē nomine lanā quoq; succidam significat quibusdā. Quidā hæc à Galeno hyfopū dici purant, errore uulgi: & quidē à Græcis orto quod non celypum quandoq; sed hyfopum scribāt: ut siue prudentes, siue imprudentes, non celypum simpliciter hyfopon hygron, & hyfopum pharvacum sapissime cognominent, quasi ab hyfopo herba distinguere uoluerint, ut Paulus in compositione quam à ruta *myrrorū* appellat, utilem pleuriticis.

COAGVLVM.

CCLXXXV.

**C**oagulum pyctia & pytia Græce dicitur, & tamisios poëcis. Plinius ex hædo laudat, Aristoteles ex inulo, præcipuum tamē dasypodis, quod profuit alui medeatur, unius utrinq; dentator. A pytia pytinam uulgo dici, cōcretum igni serui, & quod in caseum coire non potuit, existimo. Est & apud Græcos id quod appellat auctores noui melcen, imbuto uase aceto, atq; ita excalfacto, mox lacte infuso, ac nocte tota quiescere citra ignem permisso: quanquam & alijs pleriq; modi sunt, sed hic & compendarius & facilis. Sunt quibus melce uideatur esse quod oxygala uocauimus: tamen si butyrum quoq; rustici non aliter ferē appellant, q̄ melcen.

ADEPS.

CCLXXXVI.

**A**dipem atq; seuum, item pingue, medici ferē confundūt, cum ueteres tum noui: Sed differunt, q̄ ruminata seuum habent, adipem cædentata, & quorum in pedibus tali sunt. Pinguescunt seuo bisulca, scissisq; in digitos pedib; adipe. Adeps atq; seuum semper in sine carnis sunt: pingue uero inter carnem cutemq;, succo liquidū. Adeps atq; seuum concreta sunt ac gelascūt, fragilia q; si refrixerint, pingue non gelatur. atq; hoc Plinius intellexisse mihi uideatur cum dixit: adeps concretus est, & cum refrixit fragilis: appellatione adipis etiam seuum completus. Lupino adipi apud ueteres palma fuit, adeo ut nouæ nuptæ intrantes, solenne haberent postes eoinungere, ne quid mali medicamenti inferretur. Seuum Græci *σέπ* uocant. Nam *σάρξ* massa est farina, quam & consperionem & baltheum, atq; tractā di-

cinus: adipem uero & pingue, pimelen appellant. Item pion atq; lipos, à quo genus carnis alipaston uocatur, hoc est sine pingui, quam Strabo comicus seruitijs apponit. Dicitur & grassos adeps ipse à Græcis, & grasson: sed ouillis maxime cum fordibus & sudore illuues. Dicitur & demos à poëtis ipsum pingue, ut nihil præterisse uidear. Archigenes sudorem fordesq; corporis grassoniam uocauit. Pollux grasson & cinaurā. Quædā non pinguescunt ut lepus, atq; perdix. Steriliora pinguia in utroque sexu, celeriter senescunt. Omnibus animalibus est quoddam in oculis pingue. Adeps sine sensu est omnis, nec arterias habens nec uenas. Pingue animalium pleriq; sine sensu: quam ob causam ues spirantes, à muribus erosæ perhibentur. Adipes homini detrahuntur, & uiuit leuatus onere. Habent & arbores suos adipes, quos alburna Plinius appellat: quos amputare & adimere, exalburnare dicimus: à colore nomen sumptū, cum ligni pars est deterrima, & teredinē breuī sentiens: unde robur exalburnatū, quod à Theophrasto melandryon est dictum, quia sit ei color nigricans: à cuius similitudine salame, nigenus quoddā meladryon fortasse uidetur appellatum. Quid autem sit aruinā, Suetonius in eo libro qui de uitijs corporalibus inscribitur, explicuit: durū esse dicēs pingue, quod est inter cutem atq; uiscus. Non solum autem pinguitudo, sed etiā pinguedo Latine dicitur: quicquid Seruio grammatico uisum fuerit, qui alioqui mihi parū uidetur Plinium multis partibus legisse.

ADEPS suillus, &amp; anguinus. CCLXXXVII.

**A**deps suillus unguen, ut inquit Palladius, & axungia Latine dicitur: & Græci quoq; usurpant, sed oxyngon ferē appellat, tracta origine ab axibus curruū perungendis: quanq; est ubi Plinius acetifecem oxyngion interpretatus esse uideatur. Et nos fortasse quibusdā locis auctoritatem summi uiri nostro iudicio prætulimus: Alioqui Paulus Aegineta oxyngion pro axungia clarissime uidetur intellexisse, in emplastro cui phoenicite nomē est. Laudatissima ex apris: tāta porro uis, ut genibus etiā adalligata, redeat ad os sapor, eamq; expuere uideant: neq; occulta ratio, quoniā hoc animal radicibus herbarum uescatur, ideoq; innumeri è fimo quoq; usus. Axungia nomen ad alia quoq; pinguia trāsferri, sed raro, comperi. Laridum uero salita est animalis eius caro, quasi large aridum, ut Macrobio placet. Sunt q; suillum pingue laridum uocatum putent.

ADEPS ceruinus, ouillus, hircinus. CCLXXXVIII.

ADEPS BVBVLVS. CCLXXXIX.

**B**ouem Græci βόα, & βόυν uocant: itemq; ταύρον & quādoq; τάλον, unde dicta sit Italia: nam steriles uaccas nostri taurus uocabāt, sicut prægnantes hordas atq; fordas: unde hordicalia Romæ festa, quo die hordæ boues immolabantur. Ephesii pincernas ipsos appellare tauros solebant. Nam portis & portax pro iuuenta dicitur à Græcis. Item Damale siue damalis, ut Dores solent δαμάλιν, quam nos iunicem uocamus: damales uero ipsum iuencū significat: quē in Alexandri Cæsaris uita Lampridius damalionem uocauit. Vterq; sexus in moscho continetur. Photion damalin uocari omne animal existimat in iuuenta.

ADEPS taurinus, pantherinus, leoninus. CCXC.

ADI.



COROLLARI,

ADIPES Odorati è uitulo, tauro, ceruo:

Item medulla cerui. CCXCI.

**V**itulum greci *μόχον*, unde *μόχουμα* in agricultu-  
ræ usu dictum existimât, qui uitulamen in li-  
teris sacris inter preratis sunt, cum Latine dici  
posset uiuiradix. Moschos & pediculū significat, quo  
frondes & fructus ramis annexi pendent, qui & pe-  
tiolus & à Palladio tenax uocatur: Viuiradix & auul-  
sio parum distât, sicut moscheuma & paraspades apud  
græcos. Dicitur & moschos, siue quod idem est,  
ofchos, pāpinus, & capreolus, & clauicula, quæ Græci  
helicas, & ligna, & clemata, & amphidas quoq; ap-  
pellant, ut Galenus inquit.

ADIPES gallinaceorū & anserum. CCXCII.

**A**nseres & oca siue aucæ à Græcis *χηνός* appel-  
lantur, unde *χλω βοσκίων* locus ubi alūtur: nā  
*χλω* uerbum ad muscos pertinet, quasi ti-  
biarum sonum præsentās. Herbā in Varrone pabulo  
anserum seri solitā, non herin, ut habet exemplaria,  
sed ser in scribendū monemus, autore Columella. Fe-  
runt eā cum est aqua tacta, etiā cum est arida, quasi  
renouellari uiridēty fieri. Laudatur anseres *ορνέβι*,  
hoc est altrices ueteribus, & ex ijs iocinora.

ADIPES SAMPVCHINI. CCXCIII.

ADIPES anserini, gallinacei, uitulini. CCXCIII.

ADIPVM MEDICINAE. CCXCV.

**A**dipem caprinū astrictiorē esse q̄ suillū, Gale-  
nus falsō creditū à Dioscoride commonuit:  
nisi quis astrictiorē pro eo quod est aciorē  
accipiendū putet: quādoquidem homo inquit aliās  
peritus, sed barbarus, proprietatē Græcæ linguæ mi-  
nus tenuerit.

MEDVLLAE ANIMALIVM. CCXCVI.

**M**edullā, quā Græci *μέλλον* uocāt, uitulī Galenus  
post ceruinā præfert omnibus, eamq; priua-  
tim à medicis appellari moschion scripsit.  
Medulla proprie, inquit Galenus, est quæ ossibus in-  
cluditur: improprie uero etiā ē spina dorsi, *σπονδυλός*,  
hoc est dorsago, ut ita dicā, nominata, quæ sit reliqua  
medulla durior ac ficior: nā ea quæ spondylis hoc  
est articulis uertebrisq; continetur, spondylionis ha-  
bet nomen, ut inquit Pollux.

FEL ANIMALIVM. CCXCVII.

**F**el siue bilis *χολή* à Græcis dicitur: Minorū anima-  
lium subtilius. Equinū tantum damnatur inter  
uenena: ideo flammī sacrorū, equū tāgere non  
licebat Romæ, cum tamen publicis quoq; sacris im-  
molaretur equus. Taurino felle aureus color ducit,  
æramētis atq; pellibus, qualia Græci cholobaphina  
cognomināt. Bilis duplex, atra & flaua: sed cum sim-  
pliciter pronuntiat, flaua, inquit Galenus, intelligi-  
tur. Flauæ duo ferē genera: luteæ quā Græci ochran  
uocāt: & ruffæ siue fuluæ, quā xanthen dicunt, uehe-  
mentiorē & calidiorē priore. Sūt & alia colorū disci-  
mina: uirentis, quā *ιώδης*: cœruleæ, quā *υπόχρουν*, & sub-  
nigræ, quā *φαίον*, ifatidis modo fuscā. Callionymū pic-  
icem, cuius mentionē habet hoc loco Dioscorides,  
sunt qui callichthyn & anthiā quoq; appellant: item  
hellowa hoc est acipenserem, & castū sacrumq; piscē:  
Aliqui etiā lycōn: sed differre tamen eos inter se cum  
ex Aristotele, tum ex alijs autoribus aperte constat.  
Sacer certe piscis est proprie, quē pompilon uoca-  
mus. Dixi hellowa eundem qui acipenser dicatur: cæ-  
terum Archestratus eū, qui uocetur inquit à Roma-  
nis acipenser, galeon à Græcis appellari existimauit:

perspicuo errore, ut aliubi monstrabitur. Fit & de Per-  
dice sermo hac parte, in quo sciendū, perdices & ca-  
cabidas & cacabos etiā uocari, à sono quē edunt ca-  
nentes, Theophrastus autor est, non omnes eum so-  
num reddere, sed *Αίθυβι* aliquas. Perdicum porro  
multa genera, sed præstātissimū cui rostrū purpu-  
reum: nā Italicæ, inquit Aethenæus, præparuæ sunt,  
nec rostrū rubens habent. Idem autor phasianū siue  
phasianicū aliquādo tatyrim, aliquādo tetarton &  
tettaron uocatum scribit. His adiecit attagas, non at-  
tagenas dicendo, etiam si Varro, & Gellius ita nomi-  
nent. Atagenus certe piscis è numero est.

SANGVIS.

**S**anguis Græce uocatur *αἷμα*. Distat à sanguicu-  
lo: quod is proprie sanguis ædi est in cibum. Igni co-  
ctus, nigrū ius, ut Iulius Pollux arbitratur, uoca-  
tus: hoc à Græcis hypotrimma & hæmalea & hæma-  
tion, & specialius hypophagma dici putat: Sed ex  
omni tamen quadrupede, adiecto melle aut sapa, sa-  
le, aceto, lacte, caseo, cumino, laserpicio: inueniū La-  
cedæmōe putat: uulgo id nos ius dulce nominam?  
De alio sanguiculi significatu diximus in garo. Non  
dissimile uidetur quod Græci creocaccabō appellat,  
hoc est carnē minutatim cōcisam cum sanguine, &  
adipe, iussulentōq; ac dulciario liquore: nā quod my-  
na uocāt, mihi quædā uidetur miscella creocaccabi  
& hypophagmatis fuisse: nisi quod paulo plura sunt,  
quæ in myma requiruntur à quibusdā, autore Ache-  
næo. Iuris & illa sunt genera quorū in Pleudolo festi-  
uus poëta meminit: cicilendriū, hypolindriū, cicimā-  
drum, paropsis, captis, mæcis, siue magis ut cōficio.  
Eque uirginis sanguini uim inesse negat, quæ mari-  
bus fœminisq; nō uirginibus. Taurinum ubiq; inter  
uenena collocat, excepta egypta, ubi desecura in spe-  
cum sacerdos uaticinij causa, tauri sanguine prælu-  
mit. Caprinum bibentibus pallor accidit. Hircorum  
sanguine ferramenta acuntur, indurata subtilitate  
& scabritia expolita, uehementius etiam nūq; scobi-  
na fabri. Adamantis natura inuictissima & duarū res  
uiolentissimarū contemptrix, ignis & ferri, non alia  
rumpitur uis q̄ hircino sanguine macerata, recentiq;  
calido: etiā si hoc gemmarū nostri falsum & ridiculū  
existimât. Anate de qua mentio hic habetur, Græci  
neffas & necta uocant: quanq̄ necta magis est uese-  
pta anataria significet q̄ anates ipsas. Anate ueteres  
& anilem morbum uocabāt. Similes anatibus sunt  
sed maiores, quas glaucia Græci uocāt, ab oculorum  
colore. Sunt & boscades, & quas ab urinādi uolupta-  
te colymbos & colymbidas nominant. Inter omnes  
eas minimæ, atrī ac sordidi coloris, acuto rostro: soli  
earum spectatur oculi, cætero merguntur. Habentur  
& chenalopeces appellatæ, sed anteri contribuitur.  
Inuenitur & boscadis unū genus maius anate, sed mi-  
nus chenalopece: huc & phascades pertinent, paulo  
grādiore q̄ colymbi, cæterō similes anacibus. Est &  
ac tenui, colore sordido figlinæ. Angustū et Phalaris  
uocata rostrum obtinet, caput rotundius, uentrem  
subcineritio colore, tergus nigricatus. Nominant hic  
et columbe, Græci eas modo peristeras et masculino  
genere peristeros, ut Attici, et neutro peristeria: mo-  
do pelias et peliadas uocāt, ut Dorici, quanquā Ari-  
stoteles distinctum genus facit, quia et alia diuume-  
rat: quod sit ut in pocillo Nestoris pleriq; non colum-  
bas, sed pleiadas cœleste sidus intelligēdas arbitrentur  
in Ho-

in Homero. Colūbz porro Siculæ præferuntur omni-  
bus: laudatur & Cypriz luteo colore. In India colū-  
zimus esse Græci affirmāt. Cæterz columbaz quas di-  
ximus peristeras à Græcis esse dictas, duo genera cō-  
stituant, ut Galenus est autor: καλιδιον, hoc est, do-  
mesticum, & νομοδαϊον, hoc est, pascuū & syluestre.

F I M V M.

CCCXCIX.

**F**imum Græci multis nominibus, ἀρπαγίμια, &  
ἀρπαγίον, & βόλιον, & ἰππρωκίροβόλιον, & σιάτθ,  
& ἀρπυιῶν, & ἄφρολον, & ἰμμορῆλον Ionice appellāt  
& σιάθ: quanq̄ hominis hoc proprie, ut a fini, onida  
& oncho: equi, copron: pecudis, cæspoten uel oipō-  
ten Aristophani & sinypen: Iones suis, hypeleuton:  
murem, myocopron & miscelerdam: nos muscet-  
dam, ut suillum sucerdā. Liquidius quod est, nostri  
foria cognominant, unde forioli, quibus solutiuscula  
est alius, & cōforite uerbum, pro eo quod est in qui-  
nare fimo, quod Plautus concacare dixit: & forica lo-  
cus in publico, ut latrinæ in priuato. Fimos porro  
etiam lusorias tabellas, hoc est, alueolos dixit Hora-  
tius. Asini certi pulli fimum quod primum edidit,  
polion uocari tradit Aristoteles. Plinius polean pri-  
uati, & caprinum spyrathos, & spyradas, & spyr-  
dana, quas Palladius caprinas baccas uocauit.

C R O C O D I L E A.

CCC.

**C**rocodileam cerussę modo elui præcipiūt. Est  
& crocodilea, siue crocodilina & crocodilitis  
& uocata, questio sophistarum ludicra, ut prion  
& ceratina, sed alienæ omnes ab hoc opere. Croco-  
dilea Plinius etiā inrestina ipsa terrestris crocodili ap-  
pellat: ob id diligenter exquisita, quoniam iocundis-  
simo nidore fragrant: uiuit enim odoratissimis ani-  
malid floribus, simile crocodilo ei, cui uita in terra,  
aquarq̄ cōmunis, sed multum infra magnitudinem  
eius, & in terra tantum.

V R I N A.

CCCL.

**V**rina siue lotion, Græce οὐρον uocatur. Vrina  
strychionis aramenti lituras abluit. Fullones  
pedum uitijs carere affirmant urinæ benefi-  
cio. Magi præcipiunt ne quis contra solem lunam ue-  
nudeat, urinæ causa: ne ue umbram alicuius resper-  
gat. Hesiodus contra obstantia reddendam, ne deo-  
rum aliquem nudatio ea offendat. Non desunt qui  
amuletum esse dicant, suam cuique matutinis omni-  
bus instillatam in pedem.

L Y N C Y R I V M.

CCCLII.

**D**elyncurio non constat autoribus, an sit, aut  
unde sit. Qui electrum id esse negant, gem-  
mam tamen fatentur, ex urina lyncis omni-  
no, sed quam animal id statim redditam aggesta pe-  
dibus terra obruat inuidia, ceu gnarum peti eam ab  
homine, celerius ita concrefcere in gemmas similes  
& carbūculis, igneo colore fulgentes atq̄ frigiditas, quæ  
& scalpantur: quāquam distinguunt e maribus, præ-  
cipueq̄ feris & fuluis & igneas: e foeminis, præsertim  
cicurius, candidas atq̄ languidas existere: nec fron-  
des & acus modo rapere, sed æris quoq̄ ferricq̄ bra-  
cheolas, ut Diocles & Theophrastus referunt. Alij di-  
xere langurium, & esse in Italia circa Padum langu-  
rias, quæ ab aliquibus langæ nominentur. Falsa hæc  
omnia Plinius existimat, nec uisam æuo suo gemmā  
appellatione tali scribit. De lyncurio lapide non hoc,  
sed alio inter fungos, mirum quidē sed uerum dictu-  
ri sumus. Succinum Dioscorides hoc loco πρυγοφόρον  
cognominat, quod stramenta, floccos atq̄ fimbrias

in se trahat: aliubi chrysothoron, ut Plinius chrysele  
ctron. Lynces clarissime omnium quadrupedum  
cernunt.

M E L.

CCCIII.

**M**el à Græcis μέλι. Natū in Carina Cretæ mon-  
te mel, muscæ non attingūt, propterea me-  
dicamentis eligitur. Varro Siculum præfert  
omnibus, q̄ ibi thymum bonum frequensq̄ sit, quo  
ad mellificium nihil est præstantius. Strabo e Cyclā-  
dibus, & inter Cycladas Calyminū anteponit omni-  
bus. Natura mellis ea est, ut uitia coërceat, ne serpere  
ultra pariat: quam ob causam uel exanimum cor-  
pus hominis per annos plurimos innoxium confer-  
uat. Est & suus in melle ac mulso flosculus, si recta  
est apud Columellam in oliuæ conditura lectio: Sū  
enim qui uasculū mellis, non flosculū ibi legant. Sed  
certē in omni re purissima & tenuissima quæq̄ pars,  
floris appellatione demonstratur. Est & in pomo flo-  
sculus qui & umbilicus dicitur: nam & in fico pomo  
fundus Græce omphalos dicitur, hoc est, extremitas  
altera q̄ quæ petiolo annectitur. De cœlesti melle di-  
ctum est superius in elæomelite. Hircanum mel ex  
ipsis quoq̄ fuit arboribus, sine cura mortalium, exa-  
minibus inibi se cogentibus atq̄ mellificatibus, ut in-  
quit Strabo: e petris quoq̄ ut Diodorus: sed minores  
apibus sunt anthredones appellatæ. Meminit bestio-  
le huius & Aristoteles inter crabrones uiuentis, etiā si  
corrupte legitur in ipso tenthredon pro anthredon:  
nā crabrones anthrenæ à Græcis dicunt. Hoc ipsum  
ferē in Media & Armenia quibusdā locis uisitur. Dio-  
dorus & Quintus Curtius arbores in Hircania, quæ  
folia multo melle tingantur, faciem quercus habere  
tradunt: ac nisi solis ortū incolæ præuorterint, fore ut  
uel modico tempore is succus extinguat. Mellis in-  
uentionem Plinius & Diodorus Ariteo Atheniensi,  
uel Arcadiæ regi ut Trogus, sicut medicinā ex eo Gel-  
lius Oceani filio Soli assignat. Trogus colligendi mel-  
lis usum mōstrasse Gargorin scribit, uetustissimū re-  
gem in Hispania Curetū, qui saltus Thartestorū inco-  
luere, in qbus Titanes bellū cū dijs gessisse perhibet.

M E L S A R D O V M.

CCCIII.

**C**vm mel in Sardinia progenitū uirus habeat,  
mirum est cur nullum tamen animal homini  
pestiferū in insula ea nasci perhibeatur, extra q̄  
solpugam, ut Solinus meminit: de qua in castigatio-  
ne Plintana dictum est abunde. Non solum uero mel  
Sardoum, sed & Colchicum infame traditur amaritu-  
dine. Sunt & alia mellis fastigia, quæ mox subiun-  
get dissertatio.

M E L P O N T I C V M.

CCCV.

**M**el Heracleoticū siue Ponticū, ex herba fieri  
candida commemorant, quæ ægolethros  
uocetur: quia uexatio iumentorū sit, præci-  
pue capraz. Non sentitur autē omnibus annis hoc  
malum, nec nisi cum flos ille marcescit aquoso uere,  
Signa uenenati sunt, nunq̄ densari, color magis ruti-  
lus, & quod ponderosus est q̄ probū: qui gustauere,  
abijciunt se humi, refrigeratione querentes. Exitium  
hoc per excrementa ad canes quoq̄ peruenit, simili-  
terq̄ torquet eos. Mulsum tamen ex hoc melle inue-  
reratum desinit esse perniciosum. Aliud genus mellis  
in eodem Ponti situ manicon, siue μανιόκρον appel-  
lant ab infania quam facit, existimatum rhododen-  
dri flore contrahi, quo scarent syluz: optima tamen  
ex hoc uno cera fit: In Perside autē & in Mauritania

Caſa.



Theophrastus, maturaturq; intra quadragesimum diem, cum tardissime octauo à satù mense plurima parte mēitur. Aegyptus, ut scribunt septimo. Folium harundineum, angustius tamen tritico quàm hordeo, caulis quoque leuior, & lentior, nec perinde fragilis. Triticum multis integrit tunicis, hordeum nullis. Culmus tritico altior q̄ hordeo, spica quoque remotior à folio, palea suauior, mollior, succosior. Inconditæ tritico spicæ, explanatæq; hordeo dispositæ in uersus. Verique culmus spicam sustinet, quæ & spicæ & spicum à Cicerone dicitur in Arato. Spica granum & aristam, quæ uti acus eminet è folliculo siue gluma. Sunt autem aristæ partes in spica primæ, quæ à Græcis antherices dicuntur & atheres. Est autem & proprie in hordeo ut Galenus interpretatur, culpis ipsa spicæ: nam & menti pars extrema hoc nomen inquit habet, cum aristam non habet. Mutica spica dicitur quasi mutua. Vaginatam uocant sub quala ter herba. Stipulæ sunt folia culmum ambientia: est autem culmus, idem quod & calamus, cum spicæ penitus oriuntur in summo spicæ iam maturæ. Quod minus est, quàm granum, uocatur frit: quod uero ad culmi cacumina in firma spica geritur, minus item quàm granum, ut unicus appellatur. In tritico marcescente gurguliones, hoc est, bias (sed lego cias, ut in pumice notauit) à Græcis uocatos, innasci ferunt, ut in faba midæ. Gigni & cantharidem in tritico (scarabeus is paruus est) ut phalagion in eruo constat. Tritici multa discrimina: sitania uocatur: genus id siliginis trimestre, ut Columella uoluit, frumentago dicta Theodoro, differens crassitudine furculorum, quemadmodum inter hordea crithanias hordeago nominata. In nomine sunt Assyriū, Aegyptium, Ponticū, Thracium, Siculū, Africum, quod italicè absoluatur folliculo: nam Thraciū multas habet tunicas. Habetur & cachrydias siue canchrys, culmo crasso, quod etiam Africo tribuitur. Ponticum leuissimum, Siculū ponderosum, ponderosius Bœotium: deprehendunt hoc athlææ. Ponticum & Aegyptiū siue lolio nascuntur, item Siculū, præcipue Agrigentinum: q̄q; cū Siculo melampyron nasci perhibent, sed innocuū, neq; lolij modo graue, caput ue tentas. Nominatur & Alexandrinū, oblongo semine, quod fortasse idem sit cū Aegyptio, & Calymno, ex Calydnis insulis à Ptolomæo & Selenusiu & Stengias crasso conuecto. Dracontias & Selenusiu & Stengias crasso cuncta calamo. Iā aliud trimestre, aliud bimestre. Sitanii uideo idē esse cū trimestri, sarianū Dorice uocant, & Attice ritinū, quasi puræ, ut Phorion placet, de q̄ & paulo supra dixi. Galenus sitanii inquit est tritici instans anni, id quod uere feritur. In Truculentum Plauti etanio pro seranio legit mēdose: castigauimus: Non possunt, inquit, militares pueri seranio exduciet. Eboricū certè intra diē quadragesimū à satumetis, firmitate ac pōdere præcipuū, nō ut trimestri leuitas, ob id cibario pani utile: nam & furfuris paræ habet, inuentu raræ. Bimestria in Achaiā & Sicilia primū uenere, paræ fœcūda, sed cibo facillia & iucunda. Olynthi & in Eubœa apud Cerinthū genus effoditur terræ, quæ tritici oblinētes, diu id seruāt. Trimestria ubiq; sunt, uerū inutilia, & infirma singulari calamo. In Asia quodā loco trās Bactra frumentū nucleis olitæ par nasci referunt. In Pissotis tam firmū, ut multos Macedonum largiore usus eo saties premerit. Omni frumeto nocent imbres in flore. Item iam pla-

ne crassato, triticū plusq; hordeū uligine cōmeat in lolium. Camatias in Thessalia tritici genus est, quod admissio pecore degenerat Babylone: propterea nihil patitur, etiā bis derosum. Preter lupinū nihil æque in spica durat q̄ triticū. Durat bonitas cibo in Petra Cappadocæ in septuagesimū usq; annū, unde Cappadocio pani summa gratia, qui & ἀπαλός à teneritudine uocatur, & Syrorū lingua lagman. Addebatur in massam lac & oleum, & salis quantū satis esset. Laudabatur & Parthicus, quæ aliq; aquaticū uocabatur: quoniam aqua traheret à tenui & spongiosa inanitate. Triticū ex Asia troadis in panē sibi reges Persarū que rebant. Varro conditū diligenter triticum, quo uentus non perueniat, mansurum ad annos promittit: Vis tritico tanta, ut cados plenos siccet. Panificij multa & nomina & genera: Ex his nauticū intelligo qui uetus atq; siccus à Dioscoride in medicinis dicitur, fortasseq; biscotus: quem Græci Ἀνθρόν appellant: Syncomistos uero is est quem alio nomine autopyron uocari Galenus autor est: quoniā ex omnibus farinæ sue partibus detractio nulla cōstet, inter ptyriam, & semidalicin, hoc est, furfuracū similaginediq; medius: Etenim autopyros, siue qd idem est autopyrites, & xeropyrites, & pyrnos Athenæo, siue pyrnos Hippocrati, à tritico nō ab igne flectit: propterea q̄ nō ex tritici parte sit, sed ex ipso planē toto. Dicitur autem anectos ab Hippocrate: item syncomistos quasi confusaneus, quoniā castratus nō sit, sed omnia simul tulerit, furfures, utriculos, & similia: idem ferè qui sordidus, cuiusmodi Neronem usum legimus: quāquam Paulus sordidum à syncomisto separat. Utriculos in autoribus intelligo, id quod furfure melius est, & similia deterius, hodieq; Fertini suos farinæ uentres uocant. In Cisalpina Gallia redundago appellatur: medianum in Venetia prouincia. Autopyri panes dicuntur, qui furfure tantum leuiter succreto fiunt, qualis ferè cibarius & secundanus est, & qui rubidus fortasse à Plauto poëta dicit. Hoc aut fieri solet, ut Galenus ait, quoties triticum generosum non est: Generosum inquit uocatur, quod similaginis plus habet quàm furfuris: Nam similago & similia profusidem sunt, semidalis Græcè dicta. Nimis fortasse multa de hoc pane sed consulto, quia parum constabat inter eruditos qualis esset, præsertim cum in Plinio illa uerba legerentur: Ad omnia, inquit, hæc fermentatus qui uocatur autopyrus, utilior: Nullo non accipiente fermentatum panem eundem esse cum autopyro: Non hoc significari uoluit Plinius, nec tantum hallucinatus fuisset homo seculorum omnium post Varronē ferè doctissimus: sed quod fermentatus panis non quicunq; sed qui sit autopyrus, ad omnia ea quæ dixisset, utilior esse uideatur: quod & duobus locis seorsum Galenus præcipit: in altero panem autopyrum, ut secundo ad Glauconem uolumine: in altero fermentatum ad omnia illa præferens. De simplicibus facultatibus, libro nono. Sunt qui fermentatum panem apopyrian uocant, ut Cratinus: non à tritico, sed à pruna, quoniam torretur, ut ipsum nomen indicat. Farinā Græci aleuron & alphiton & halisparton & aliaton & aliton uocant: quanquam alphita polentam ferè significant, & aliata farinam coctam, & halisparton agrum cōstitum poëtis. Fermentum zymen. Cyribia, quæ nos excreta tritici, aut hordei, ut Columella, siue ut Paladius creturam uocamus, autore Iulio Polluce. Pho

## COROLLARI,

tion & Galenus etiā ipsos fursures quos Græci aphærema & pityra, nos etiā canicas & apludas uocamus: unde canicaceus panis, id est, fursureus Pacuio. At Ceribia in Cratino idem Photion pro fabalibus interpretatur: pepalem uero Pollux ipsum farinæ pollinē, Dioscorides & Plinius pepalē alphon pro polēta capiūt ferē. Triticū Syracusani spyron, nō ut ceteri Græci pyron uocabant: panē & quē Phryges beccū, ut testis est Herodotus, à pfectione, quæ rotūda eius forma sit, ut Athenæo placuit. Triticū summa tria genera obseruāt, qui minus operose persequitur ista: Primū robus pōdere & nitore præstat: alter siligo, cuius cādor & species in pane præcipua, sed pondere deficitur: Tertiū trimestre, de quo supra diximus sitanium uocari, cuius usus agricolis gratissimus inopiæ subfidio: hoc & candidū esse dicitur. Nunc locus est, ut panis genera dicātur quæ breuissimē. Zymites, hoc est, fermentatus, qui & nastos dicitur: quæ nastos quibusdā placentæ genus est. Contrarius huic azymos, qui & daratos: nam acidus & squarosus Græce oxylepes uocatur ab Aëtio, febrientibus eum dante, quibus uenter fluat. Hunc Aegyptij cyllastin dicunt. Alij ex hordeo confectū accipiunt qui cyllastis uocetur: Herodotus ex siligine: semidalites ē similia. Dictam uero similiam à Cerere putauerim, quā Syracusii Simalida nominant & Sitona. Aleurites à farina. Gyrites à polline, condrites ab alica, siue zea. De syncomisto, & autopyrite, & apopyria diximus. Item de Cappadocia, & hapalo, Parthico, & aquatico, & rubido. Ignites & caminites à coquendi ratione: Item æscharites à craticula sub sinē cœnæ cōiuiis apponi solitū, & intingi passo usque ad ebrietatē legitimā: Hic & inuoluebatur atque ita ut calebat intortus, Athenis maxime placebat. Coniectari liceat id genus panificij, quod à tenuitate, & candore nebulas ferē uocamus, æschariten ueteribus fuisse: nam & apud nos uulgari uoce ita dicit, una tantū detrita priore litera: hinc & æscharulas mulieres à panificio dictas crediderim, cuius uerbi mētione in Plauto ut ceteros taceā, inuenias, Tabyrites pusillus erat; Achænes prægrandis, quo in Themophorijs utebatur Atticæ mulieres. Qualis autē sit apurites, Polluci nō cōstat. Præfertur omnib⁹ sanitatis usu à Galeno cribanites, siue quod idē est clibanites, hoc est, ut Varro, textuaceus, à clibano quē Attici cribanon appellāt, nostri textū, quæ in textu calido coqueret: usas comitialib⁹ matronas scribūt. Cribana uero placētæ genus sunt, specie mammosa. Encryphas qui & agoræus, hoc est, forēsis, & uenalius, & Atticus uocari solet. Dipyros qui & pyrites Polluci delicatus fuisse dicit, siue idē qui dipyrites ab Hippocrate cognominat, siue alius: quia porro dipyrites ad aquā intercutē cibo utilis existimat, cōiectari liceat, pro bis cocto pane capiendū esse eum. Lagana siue lagana minimo pōdere: quæ leuior & tenerior etiā mū à carbone dictus epanthracis Saturna libus preberi solitus, nihil ut quidā putant, ab encryphia differēs: uterq; subcinericius est. Jam homoros, & staxites, & encris, & aliphaites, & hemiartion, & placites, & qui tyrontes à caseo nomen habent. Encridi similis est physicillus, quo Spartani utebant in sacris epulis rapi effigie. Magnos & sordidos panes Cilicios uocabāt: & à colore subnigro phæos, sicut agelæos, qui à nostris cibarij & gregarij dicunt. Orndes ab oryza siue ab semine quodā Aethiopico, tam simili sesamo, ut difficile possit internosci. De sicu

Aegyptia sycaminites sit. Collabus, siue quod idem est collix, & per diminutionē colliphid, ut xylyphion, è caseo recenti cōstat: de quæ Iuuenalis & in Persia Plautus. Hic & crimmatias & chondribos quoq; dicitur. Sunt & maconides uocati: sunt chrysocollæ, sed ex li no ac melle. Aegyptij sunt, & ad sistendā aluiū utiles, ut inquit Strabo, caces appellati. Sunt collaræ siue collyriæ: quos Plautus nō collaras modo, sed colluria uocauit, & collyria ut existimo in Persia: & collyriadas sacræ literæ: is olei mistione cōspersus intelligit à Hieronymo. Sūt obeliæ Baccho sacri, ita dicti, uel quæ obolo Alexandriæ uenirent, uel quæ in ueru toryeretur. Sunt eunitæ, aut etiam enitæ cognomēto lecythitæ. Sunt pani, unde apud nos uocabulū: etem Mellapio est redundantiā & saturitatē pania appellasse testis est Athenæus. Varro tamē panis uocabulū à pano duci putat, quæ figuræ in eo faciebant, ut in lana mulieres. Habetur & cneftos à nidore: Item banchylos, & thronos. Spodites idē uidet esse cū banchylo. Patrias nobilitauere Cypri & Cappadox, de quo supra dictū est. Artopitius uero panis à clibanite ac furnaco differre eo dicit, quæ hic è duriore fermento splēdidius conficitur: illi fermentū semper per quæ tenerrimū desiderant. A boletiforma boletinus, papauere accepto & fumosi casei colore. Streptitius, siue streptos, ex lacte, oleo, pipere conficitur: aut olei loco, adipe. Artolagana pusillū uini, lac, piper, oleum, siue adipē, olei uice cōtinent. Capyridia sunt quæ alio nomine tracta dicimus, ut Athenæo placet: cuius uocis & apud Catonem mētio est, ubi de placētæ, & spira, & scribita loquitur: quo uerbo ipse non panificiū, sed portiones tota materia detractas, & in solū, hoc est, stratū in tabella, siue alueolo diffusas cōgestas quæ significat. Proinde in hoc usu Græci sic loquunt: *καὶ ἄλλοι ἀφ' αὐτῆς*, pro eo quod est tracta facere: hinc & cera cādida tractū dicit à Græcis quæ, aut or est Photion, à quæ & uerbu *πρωτοῦ*, pro eo quod est perficere ac subigere, ut alba fiat cera. Paulus quoque cerā tractam ad psoras cōmendat. Sūt & cubi, hoc est, quadranguli aut etiā quadrati, ex oleo, anetho, caseo: quanquæ Athenæus eos qui Romæ quadrati uocarentur, incisuris præinctos, & homilios à Græcis appellari prodit. Thargelos qui & thacysius: ita dicit panem uolūt, qui primus è nouella messe fingitur. Est & samites & pyramus: quæ nonnulli eundem cum sesamite putauerūt. Thiagonos dicitur cognitur in Aetolia. Sūt & dramices & araxis: quæ dramatur in Macedonia uocari qui panis in Thessalia dicitur, nonnulli scribunt. Ericitem uocant, qui ex contrācto nec excreto sit tritico. Blem: a porro calidus & egregie subactus ac depressus panis est apud Seleucum: quem nostri forte despitiū uocent, ut est apud Catonem: quanquam in Catone sunt qui spectitiū à festinatione legendū putant: nec ut arbitror male. Brattimes & pityrites idē est qui fursuraceus, à quibusdam euconos & teuconos appellarij dicitur: quæ eum panē Græci uocāt, quo necessarij dicitur agnati: uescitur. Est & phacinos de lente, popularis Alexandria, ut scribit Athenæus. Operis pistorijs genus est & quod buccellatū ab Paulo, & Aëtio uocāt. Iustiniani codex & Marcellinus inter militares annona genera connumerāt, quæ bis coquatur, à buccellatū dicitur: est autē buccella, ut ex Suetonio colligit, idē ferē quod bolus. Sūt qui buccellatū fermento puter carere. Plautus rubidum panem cum nominat, uidetur nauitiū accipere, quæ sit bis coctus. De placētis alijs mihi locus est.

est, & sane proluxa metio ea foret. In amylo dicetur, ubi & panis quædã genera, sed admodũ pauca, necessario libabimus: alioqui & placenta panis est, ut Athenæus inquit. Illud obiter annotasse non fuerit inutile, genus id quod tricon & itrion Græci appellat, à nostris libũ uocari, & neutro & masculino genere, ut Athenæus testatũ reliquit. Ego nõ libũ simpliciter sed libũ suminale interpretor, ut in amylo docebitur. Caro libũ ex caseo & ouo cõdidit: ut autẽ legumina, ita & triticũ si coquat, appellationẽ habet nolum: ex pisco & faba etnos: ex lente & aphaca, leticu pyron uocamus. Aliqui fruges omniũ generũ in pasto coctas pyanon appellat, ut mirer Iulium Pollucẽ, qui pyanon quasi cyamon pro faba ceperit. Chidron uero coctũ triticũ, ut Athenæus inquit, seu frictum far: ut Hieronymus, quasi molã salsam. Est autẽ mola salsa tostum far, sale conspersum, quo uictimarum chidron sorbitionem ex tritico uirẽti factam intelligit: quia uirens triticum chicia ab Aristophane dicitur. Nam pelanos apud Aristophanem, à quibusdam accipitur pro specie leguminis. Pausanias pelante genus accipit in pelano. Euripides pro quacunque re concreta gelatã uel.

## HORDEVM.

CCCX.

Hordeum chymistã lutum Vulcani appellat in Græcis codicibus. De hordei radice, ortu, herba, flore, spica, in tritici mentione diximus. In Aegypto metit sexto mense, aliubi multo tardius. In Chalcia Rhodiorum insula celerrimẽ quodã loco. Item Messanẽ in Sicilia, ubi melas uocãt. In India syluestre nascitur, iocundũ in panis usu. Hoc equis apud Alexandri, necabat eos primo, deinde in palea exhibitũ, paulatim desit esse noxiũ. Fundit hoc in brachia, quẽ admodũ & crithanias, hoc est, ut superius dixi, hordeago. Ad Cedropolin in Thracia quod nascitur, iumenta non attingunt: cuius rei causa, ut Theophrasto placet, malus odor, etiã si nõ sentit, homini. Genera hordei complura: alijs granum rotundius & breuius, alijs maius, oblongius, & rarius. Aliud candidat, aliud uergit in purpurã: copiosius farina ualidiusq; candidum, tam aliud binos spicã: uersus, aliud ternos quaternosq; habet, item quinos: nullum tamen plures, cui spica folio perq; proxima est, amplitudinis & crassitudinis maioris: hoc Achilleis & Achilleas ab Hippocrate cognominat: ob id prope pensus obnoxium erugini. Eryfiben Græci uitium hoc appellat, plenilunij ferẽ accides, quod & rubigo frequẽtus dicit, hordeo q; tritico infestior. Eteocrithon genus hordei est tutũ à rubigine, quoniã incuruũ nascatur. Sunt & leptides, à tenuitate dicta recetiorib; Græcor; nam amphicaustis in tragœdia hordeũ motantum significat, quod eustron uocãt. Differt polenta à farina hordeacea: q; torret polenta, non farina. Polenta Græci alphia, non ut in Palladio corrupte legas, alphica. Item gerania instrumenti nomine q; percutiuntur ligneo, & enaulemata, præsertim cum uino & oleo. Hordeũ crithen & cri, & proconion poetar; q; & triticũ tostũ proconion q; dicit, & genus item suffitus Photioni. Galenus in Hippocrate proconium polentã ex hordeo recenti aut etiã ex hordeo nondum tosto significari tradit. Hordeacei uero panis genus unum mazam nominant, inter hordeaceos panes deterrimum. Aëtius polentã hordea-

ceam, quã sit humido cõsperfa, mazam appellari testis est: quã uidelicet mandatur cruda cũ defruto uel melle, uel alio quo huiusmodi. Mazarum uero plura genera siue nomina: Physten Attici uocant, quã nõ multum subacta sit: est & anthema, & ephicois, & concon, & tripte, & cardamale dicta, & herex siue barax: alijs caryx etiã carycce, à nigritia nomen habens, nõ à nucibus. Distinguitur berex à caryca Iulio Polluci, & tolypa, & thridacina siue thridacica, & anemolos. Item à uino cœnutra, sicut à melle melituta. Nam Achilles uocata ex hordeo cui Achilleis nomen est, constare creditur. In nomine sunt & Cypria & magidis. Hesiodus amolgeã dictã meminit, quã nihil aliud sit, quã recens. Iis uero quã in sacrificijs Trophonij degustandã præbebantur, meltutte, arestã, & hygieã nomen erat. In summa laudatur Lydia, carycce Eretria: præfertur omnibus conchos. Mazã in Latino non habet nomen, nisi quis interpretetur panis offam, ut ipsi quandoq; fecimus, & ante nos Theodorus Gaza. Offam, inquit Festus abscisum globi forma nominabãt, ut manu glomeratam pulterem. Frumenti genus est quod ueteres ador & edor, & semen adorem, & far uernaculum, aut etiã uermiculum uideo appellasse, ab edendo, uel quoniã adurebatur ut tostum fieret: ex quo mola salsa in sacrificijs & adorea pro laude: nam hordeum etiã si far quandoq; dici solet, leguminibus ferẽ ascribitur, quia ex eo prisana fiat ut Columella inquit. Inuenio tamen & sacrum hordeum à Græcis uocari dendalida: quasi eo pro farre ac mola salsa usus existimare liceat, si Photioni credamus, qui & canchryn dici frictum hordeum notauit. Galenus plurali tantum numero canchryas pronuntiat: singulari uero, nõ hordeum frictum, sed radice m libanotidos, hoc est, roris marini ab Hippocrate significari commonet. Contrafractum porrò indiligenter hordeum, ericidas idem Hippocrates appellat. Seminis porrò adorei quatuor sunt publica discrimina. Far Clusinum candidius ac nitidum: Far quod uocant uermiculum, rutilo colore: Far candidum maioris utrunq; ponderis q; Clusinum: quarto genere semen trimestre halicastrũ uocatum, pondere bonitateq; precipuũ. Hordei uero illar; differentiar;. Cantherinum quidã & exhastichum appellant, animalibus quã ruri sunt præcedis utilius, & homini quoq; melius q; malum triticum, fragili culmo, & nulla uestitum palea, celeriterq; decidens, ac tritu facile. Aliud genus est quod distichon siue galaticum uocamus, ponderis & cãdoris eximij: quod oryzam esse quidam interpretantur ætate nostra, Græci quemadmodum far ipsum uocent, nisi hordei appellatione contineri dicant, haud scio reddere.

## ZYTHOS ET CURMI.

CCCXI.

Zythus & Zythum dicit, & Græce uulgo phocadion. In Aegypto fit, ideoq; à poetis quandoq; Peleusiacus potus uocatur. Madescunt aqua fruges, donec resoluantur in liquorem uino similem. Inebriat hoc & acre gustu est: quoniam ex putrilagine acescente constat. In Mediã montanis septentrionali situ, gentes uniloco succum è radicibus quibusdam ebibunt. Curmi porrò fortasse hoc fit, quod ceruisiam in Gallia uocant, & curmi curmitos inflectitur. Possidonius homo Stoicus non curmi sed corma appellat. Inuenio & celiam & ceriam, unde sicera & ficerites uinũ forte nominetur: quam Hieronymus in ea uoce quã uult Hebraicã inflecti.



## BROMOS.

CCCXVII.

**B**romos correpta prima, semen est spicam ferentis herbæ, de qua & libro quarto seposita mētio est. hic enim de grano ipso potius, quia sic inter fruges, differitur. Semē hoc natura maxime operuit, ut Theophrastus inquit. Radice copiosa innititur, multiplici culmo sparsa, syluestri ferē habitu quasi ægilops: inter uicia segetis hauenæ modo nascitur, dependentibus ut Dioscorides inquit locustis, ut Plinius, lolis. Poëtæ bormon & bormacem quoq; dicunt interim.

## ORYZA.

CCCXVIII.

**O**ryzā Theophrastus oryzaon uocauit: quidā hordeū Galaticū quia graue sit atq; cādidum, appellat. Peregrinū initio semen, ex Indiaq; illatū, simile zeæ, aspectu lolij magna parte, in aquis cubitoꝝ quaternū altitudine, cæterę effundit non spicā, sed milij modo ac panaci iubam. In Bactrianis quoq; ac Babylonia & Suside atq; Syria inferiore gignitur: in Italia uero multis locis. Indi hāc farris seu zeæ modo pitam, reddunt concoctu facilem. In eadem gente bosmorus frumētī religiosi genus traditur, tritico minus: inter amnes prouenit, excussum aris torretur protinus: iuramētoq; adiguntur messoris, non absportatos id se prius inde q̄ coxerint, ne semen in alias terras communicari possit. Strabo autor. In Diodoro bosphoron non bosmoron, corru pis exemplaribus inuenias.

## ALICA SIVE CHONDROS CCCXIX.

**A**licā Theodorus hāc interpretatur, quā Gregici *αλιαν* uocāt, quod & Plinius quandoq; facit. Paulus alicā differre à chōdro putat: Alix inquit similis chondro est natura, nisi q̄ uentrē magis supprimit. Plinius: alica, inquit, res Romana est, neq; Pompeij magni ætate in usu fuisse traditur, pitifanaq; antefertur sine dubio. Pitifana Græcū uerbū est, & pitana quoq; dicitur, & olim Græce dæšana. Chōdros porro, ut Paulus ait, similis est tritico: plus tamen lēoris habet si commāduerit. Hippocrates chōdron dicit esse utilissimū cibi sorbitionem. Aëtius chondrū alicā cum dicit, pitifanā ex alica significat, hoc est, alicā farris modo fresam in sorbitionis usum, ut pitifana. E zeæ pitā quemadmodū chondros fiat, ut ex olyra quoq; generosa tragos, rei rustice scriptores Græci, produūt. Inuenio & hadron dici quæ sit chōdros. Alix & alicō uocatur, q̄q; alix Callimacho pro chlamyde accipitur. Thessalico uocabulo chondros & cartilaginē significat, & nucleū in thure, præsertim ceu quendā callū, quē & pyrena Hippocrates appellat. Omnino chondros ea frumenti species à Græcis intelligitur, quæ à nostris far siue farrum uulgo nuncupatur. Archigenes far chondro potius simile q̄ idē uidetur existimasse: Far inquit Romæ, ut chondros Græcis, conficitur sanitatis usu. Frumētum aqua maceratum nudatur cortice, mox siccatum in sole tūditur, sed leuiter, ita ut singula grana in partes quaternas quinas ue dissiliant. Idem Archigenes (ut meminit Aëtius) pulte ad dysentericos ex farrē quē admodum cōficiatur docet: Ad eumq; usum far inquit Clusinum desidero: ita enim legendum credo, non iliusti num, ut omnes Græci habēt codices. De Clusino farrē dictum est supra ex Columellæ sententia.

## MILIVM.

CCCXX.

**M**ilium intra quadragesimū diem metitur. Caulis ei harundineus: Flos lanugineus ut

frumento: largior aquatio, detrahit folia. Plus centum manet annos, si condatur quo uenti non perueniāt. Nihil leuius, mollius, aut coloris capacius milio est. Farinā milicēā seu fractū miliū, sunt qui scrutum uocari putēt in Horatio: Sunt quibus uasis potius appellatio ea uideatur, ex seroto id est corio confuti, quod genus Græci thylacos, id est folles & quasi pascēolos dicunt, in quibus tamen, ut est apud Aristophanem, panis quoq; seruabatur, cuiusmodi & panarium & panariolū à nobis commodē uocari potest, quacunq; constet materia: quæ uox in Varrone & Papinio poëta & Martiali, Suetonio Tranquillo legitur. Nos de seruto quid sentiamus, in cicere dicemus: nā miliariū uas à pondere, non à milio nomē habet. Est autē in quo exalsiunt aquæ, ut Athenæo placet, qd ē Græcis aliqui appellāt, ignolebera id est caldarium. Porro milium à miliaria summa deriuatū, non à Græco, Festus existimat: apud quos cenchros & Straboni cenchrys dicitur. Hippocrates paspalem uocauit. Varro milium à Græco deducit: nam id melinē inquit uocant. Dioscorides & Theophrastus melinem pro panico intelligunt. A milio aues quæ dā miliaria dicitur, ut eidem Varroni placet, quas ego non a uim eas credere, quas à milio Græci cenchridas appellāt, q̄ illæ uideātur in Latino tinnunculi uocata.

## PANICVM.

CCCXXI.

**P**anicumhelymos, etiam melinos à Theophrasto dicitur. Nelinos porro cantionis Græce nomen est. Item elynos siue linos lugubris euilatus, quem nos lessum dicimus. Tibiæ genus quoddā apud Sophoclem uocatur helymos, ut in harundine docuimus. Quadragesimo die absolui cōstat, ut est tua omnia. Calamus harundinis ut milio. Flos lanuginis. Durantissimum inter fruges panicū: ideoq; Dioscles medicus mel frugum merito appellauerit. Seras uermiculos, ē quibus sericū uellus metitur, panico aliquadrennio apud Seras populos tradit Pausanias: quinto anno harundine recenti, quam prædulci pastu auidius carpentes, dissiliant: alioqui non ultra eum finem uicturi. Ex utero bombycem eam pecti, multo fertiliorem q̄ uluentium detractant pedibus, quos araneorum modo sub arbore teuentium octonos habeant: esse autem corpus ijs amplitudine scarabei maximi. Seras ipsos in Aethiopia finum rubri maris intimum colere, uel ut alijs inquit placuit, in Scythia Indis contermina, qua insule iacent Seria & Abasa & Sacca, nihil contendo, uerum falsum ue dicat, Scio & ab alijs de hoc iactata. Illud testari bene est, seras uermiculos iam pridē in Italia tam multos ali Vincentino maxime agro, ut non alia re prouentus quibusdam maiores cōstent. Sed hos non panico, non harundine, sed mori folio uesci: ob id, multis locis plātaria sunt eius arboris frequentia. Circa Mediolanum quoq; Abiterno agro feritur, aliās non magno opere in illis uisa regionibus, nunc crebra in latifundijs Ludouici Sfortiæ, clari ætate nostra principis prædijs eius ad Ticinum amnem uilla magnificentissime substructa.

## SESAMVM.

CCCXXII.

**S**esamum & sesama uocatur, & Plauto poëtę sesuma, caule ferulaceo, flore foliaceo, ut irion. Quadragesimo perficitur die. Genus ex eo candidum præfertur dulcedine, quod & in cæteris legumini-



guminibus cōtingit. Grana eius in siliquis distincta, ut lupini, sed peculiari quodammodo septa. Viride nullum attingit animal. Nihil ita emacrat solum, ut pote cui crassior & multiplicior harundo sit q̄ milio, & radix quoq; numerosior. Sefaria & sesania quadoq; legas corrupte in Columella pro eo qd̄ est sesama,

L O L I V M.

CCCXXIII.

**L**olium ē tritico & hordeo corruptis uligine seminibus, ē lino quoq; nasci nō defunt qui affirment. Negāt uernā esse frugem, sed hyeme statim ineūte proflire terra, folio angusto, hirsuto, pingui, non tunicis ut auena multis, sed nudum: nec pertūdatur. Quidā non ex tritico aut hordeo, sed inter ea ut in Sicilia melampyron provenire putāt. Inter lolia flosculi uisuntur, ē carne tantū non ē cortice atq; uena, ut cæteri. Lolium græci ἀπῶν uocāt, etiāsi Calimachus pro pila quoq; & globo ærā accipit. Plinius certē aliud uidetur genus existimare lolium, aliud æram, unde farina ærina dicitur: Aeræ, inquit, granū minimum est in cortice aculeato. Cum est in pane tā ærā q̄ lolium inebriat, celerrimeq; uertigines facit. Aiunt in Asia & græcia balneatores ad pellendā turbam, solitos ærā iniicere carbonibus. Triticum hæc circumligando se strāgulat. Plautus quoq; lolium oculis officere testatur in Milite: quanq̄ nō lolio, sed oleo corrupte legebatur hoc modo: Mirus oleo uicētare & tā uili tritico. Quid iam? quia lusciosus es. Sed scribendum ita fuit:

Mirus? lolio uicētare te, tam uili tritico.

Et reliqua, Onidius:

Et careant lolis oculos uitiantibus agri.

A M Y L V M.

CCCXXIII.

879

**A**mylum ex omni tritico, ac siligine, ut Cato uoluit, sed ē sitanio, id est trimēstri, quod itē siliginis genus est laudatissimū. Inuētio eius Chio insulæ debetur: unde commendatissimū Plinij temporibus. Probatur leuitate ac leuore: utiq; recens sit. Quia uero etiā placentē genus est amydon, de placētis agere tempus est, quod & in tritico pollicitus sum. Ergo patriæ nomen habent Paria, & Samis, & Rhodia, quā & coptā & coptoplacenta nomināt, insignem duritia, ut Martiali placet. Accipiebat hæc & papauer, & mel, cui simile uidetur. In Festo coctum dici legimus & aliubi coccentum, Alexandrinis pācra celebrabat, in modū rotæ papyro inuoluta, diuertitatis gratia. Similis hæc n̄s erat, quæ itria dicitur & a Festo fumenalia, ut conijctio: q̄ fumen n̄s dicitur. Constat autē itrium sesamo ac melle: quanq̄ a sesamo & sesamuntis & sesamides pilari specie appellatur. In nomine sunt & amæ tonū, quas alij ametas & ametiscos uocant. Sunt & splenia, colore cādda. Habentur & amphiphontes, sacrū Dianæ sertum, faculis urentibus circumdatis, ut basynix, tridi: ex tritice farina cum melle. Celebratur & thymātides, & Samix, & philoxenix. Sunt & coccora, quorū meminit Demosthenes in oratiōe pro Ctesiphonte. Sūt & tagenix, quas & enchridas uocat Pollux. Apud Catonē est quod uocatur enchyton, cuius & Menander meminit. Aliud hoc an idē sit genus cū eo quod epichytes dicitur, æstimandum relinquo. Photiō nihil distinguit: Pollux uidetur seūgere. Epichytes certe atq; anites quoq; nominatur, ut Pamphilus existimat. Catonianæ sunt, & spira funi nautico in orbem conuoluto similis. Et globi siue globuli, fortasse n̄ q̄s Syracusani epicyclios uocabāt: nam pastillum in sa-

cris libi genus rotundū erat. Item erneum, & sphærite, & scriblitæ. Item fauillum, quē Athenæus subiryllum nominat, & ex alica quoq; fieri monstrauit. Aelius Stilo subuculum uocari scribit libi genus ex alica, oleo atq; melle, ut Festus inquit. Chrysippus multa n̄s genera adiūgit, Tarentinū, Crassianū, Siculum, Crustulum, Iulianū, Apicianū, Canopicū perucidū, Cappadociū, hedybion, Martyptum, plicū: gurtatū, Montianū, Coerianum, Tutratū, Tabonianum. Triahæc postrema crustulacei sunt generis: n̄s adiicit mustacea a mulso, quorū hodieq; in Lunensi agro usus. Stacea a mulso, quorū hodieq; in Lunensi agro usus. Mustacea sesamata: Puritū, Gogloanium, Paulianū, & hæc quoq; crustula. Iam lucentulæ, argyrorryphe mata, libi circi siue circuli, adempta farina & aqua & caseo: quia circuitū æquabiliter fundebāt, hos qd̄ magis incēdere faciebāt, & lixulas & semilixulas uocant, ut Varro inquit, Sabino uocabulo. Exaphæ crustoplacentes, oryzitæ, phthoēs, ostracites, & quæ catillus ornatus a Romanis dicit, lactucas, & piper, & axungia accipiens, sit ex siligine. Post has sunt creion, quam apud Argiuos sponsæ ad sponsum ferunt. In carbone coquitur: glycinas ex passo & melle, Cretensis familiaris, eademq; ferē cum mustaceo, qd̄ ex mulso fieri docuimus. Empemptas uero triticus panis est cauus, ut in quē placētæ casearig, ut in the cam recondi soleāt. Encriis in oleo primum coquitur, mox accipit mel. Habet & panis hoc nomine, ut diximus in tritico. Cyribanæ Lacedæmōis sunt proprie, in conuiu n̄s feminarij: circūferri solitæ, cū uirgō laudāda esset a choro muliebri. Crimnites a crimno sit, de quo supra diximus. Statites ex pingui, melle, caseo ac sesamo conficitur. Erat & panis nomen statites. Charisios Aristophani placētæ est, panis subulo: præmium hoc in peruigilijs dabatur: apud nos hinc fortasse chalisiones quasi charisiones appellati ex amygdalis & saccharo, nec alia ferē materia q̄ maza panes sed oblongi, fastigiatū in medio, quasi dehiscentes crusta tument: Ex eadem miscella sunt & fungi solitudine matronali cum feriātur, prælati sub quos sanctimoniales ipsæ sinxerint. Epidætron sub finem coenæ mensis apponebatur, unde nomen. Nam nos panis uidetur placētæcus magis q̄ placētæ: cōstat caseo & oleo. Psothia, siue ut alij plathyria, sunt qui micæ panis, quas & attaragos uocāt, ita nominatas putent. Attaragus porrō & pro rimula in pane ignis ui facta capitur, et omnino pro uilissima & minima quaq; ut eētā apud nos, unde uerbum ecfacio de quo Festus. Polluci attaragos est superior in pane crusta, sicut in ima epsethia: sunt qui genus placētæ fecerint. Taganix a patellis ac sartagine dicitur. Elaphos a mensis nomine quo fingebatur. Sicula est amorbitis: aliud ab hac genus est amoras appellata. Oedepefa Coi celebrant, Syracusani myllos ex sesama & melle, muliebris pubis specie, quas foeminæ dearum focis & altaribus circūferāt. Nastos ē nucibus & intestinis & fartilibus, adiecto melle sit atq; lacte: unde dicitur nastos, quasi fartū. Ab erina: ceo nomen echinus habet: ab hemina, cotyliscus: a tritico, pyramuntis, & ab n̄s diuersæ pyramides, fortasse haud n̄s dissimiles, quas Cato graneas triticeas appellat. Pyramides porrō in peruigilijs dabantur, quasi præmia n̄s quo nocte rota infomes excubant. Quidā tamen & pyramuntas hoc genus uocabant: a caseo & usu eribri tyrocoscina dicitur. Ab n̄s distulerunt hypotyrides appellatæ, quas ē caseo, lacte ac melle

melle condunt: nam pityrides, siue ut alij quidā legunt epityrides & epityra, oliuæ genus est, ut aliubi docuimus. In Creta fit à uentre, gastris uocata, è nupomice & auellana, & amygdala, & papauere: itē pomis & sesamo, & pipere, quadrangula figura: ab his est poltos dicta, quā nos pulstem uocamus. In Carone quidem Punicæ fit pulvis mentio inter placetas: forte non dissimilis à libo eo, quod Punicum uocabatur. A melle melicerides: à suisbus choerina. Latina sunt & sacris dicata lbi genera, quæ fertum, & frues appellatur: unde strueterani, qui ea ferre consueuerunt. Strues uero dicebatur, quæ erat digitorum conuictorum similitudine, qui superiecta panicula in trāuersum continebantur. Item libum farreum à farre: libū uero, quæ prius libaretur quæ esset coctū, ut Varroni placet, dictum est.

## FOENVM GRAECVM CCCXXV.

**F**oenum Græcum à Theophrasto βούβρις uocatur, ab aliquibus ceraitis, epiceras Hippocrati, quoniam semen habeat simile corniculis, unde siliquam nonnulli appellant. Plinius siliciā, Varro siliculam. Inuenio & carpum in nostris, & Græcis auribus uocatum: quāquā & pro balsami semine carpum ferè accipiunt. Item carphos pro foeno Græco, quasi flocculum, siue arētem surculum. Dioscorides boron quoque dicit uocatum: quidam lobon, hoc est siliquam legendum, non boron credunt. Ego & lotū dici posse uideo, ut in anoni diximus.

## LINVM.

CCCXXVI.

**L**inum à Græco sumitur. Semen eius λινοσπέρμιον appellatur. Oleo seminibus expresso fraces & retrementa quoque ipsa reponuntur, saginando iumentorum generi, præcipue bubus, obefitate sola insignibus futuris, quales ad nos Mediolano corona ueniunt, principibus quotannis officij gratia donantibus: uisceratione hinc solenni orta, magis trati- bus diuisa carne globulis: quos quia ferè pares sunt, sed sociolos confuetudo appellat: quidam non sociolos, sed succidulos à suilla uisceratiōe uocari malunt, quæ singulis annis ante curiam uenationis die agitur. Inter lini genera est Colchicum, quod tamen Sardonicum uocant Græci. Est & Aegyptiū, à quo xylinæ uel stes, quas & gossampinas dixerunt: hoc iuris periti lanā ligneam appellāt. Est autem gossampinus, siue gossipion, siue xylon, fruticulus è superiore parte Aegypti etiam in Italiam delatus, fructum ferens barbata nuci similem, plenum lanugine: nec alterum lini genus est, quod huic candore aut mollitia præfertur: tantè esse firmitatis in eo parum. Huius putentur esse generis quod uulgo à pocilli credo forma cothone uocamus, siue à mali similitudine cotonei, quod in eo gignitur: id maturitate hiascēs, lanuginis pilas ostendit. Folia huic uitium minora. Aliqui gitonem à git, cui similem ferè gerit in capite folliculū, appellant. Draconis acetarij è lini semine, ut post dicemus, nascentis, folia ipsa testantur originem.

## CICER.

CCCXXVII.

**C**icer ipse à Græcis uocatur. Legumina gallicani ut Varro ait, nominant legaria. Dicuntur ita, quoniam uellantur è terra, non subferuntur. Inter hæc cicer altissima radice adhæret. Floret diutissime ut eruum: quadragesimo die uellitur: caulis admodū lignosus. Ciceris aliud arietinū,

ut id à Græcis uocatur, aliud columbinum idemque Venerium, erui similitudine, orobiazos ob id dictum, à Columella Punicum. Siliquæ ciceri rotundæ. Vni leguminum florenti pluuiæ officiant. Erucis nascentibus eluta falsilagine nigrum & ruffum candido ualidius: herbas omnes enescās, sed tribulum celerrime. Sideratio radices & erucæ, quas aliqui uricas & Græce campas uocant, ciceri proprie dicuntur. È ciceri corrupto nullum fit animal, contra quā in cætero frugum genere: quāquā hoc & seminibus olerum, & quibusdam alijs commune. Nigrescit hoc cum corrūpitur: durat erui modo annos. Ciceris generibus syluestre adiicitur, à Dioscoride, Galeno atque Paulo: cuius uis alia duo excedat. Orobiazos, siue orobias, calidior est arietino, subamarusque ut erui unde nomē. In columbino & orobiazon & syluestre contineri puto. Nasci & in India suum cicer aiunt, diuersum omnino genere, ceterum tam simile, ut mensis appositum, dignosciferè non possit. Cicercalum uero Theodorus putat esse quā lathyron Græci uocant, folio non rotundo, ut plurima leguminum, sed oblongo: caulis humi serpens, ut pifio: quaterni & inæquales grano sunt angulij, ut Plinius inquit. Idē Theodorus ochro uocati, interpretatus est modo eruiū, modo eruiuale, modo cicerum. Folio ut cicercula oblongo, uermiculus ut item cicerculæ obnoxio, secutis post imbres caloribus. Columella quidem cicerculā similem pifio tradidit: cicercam uero non tam leguminibus quæ pabuli generibus annuerat: nec cicerum, sed ut dixi cicercam uocando, quæ bubus erui loco detur fresa in Betica, nec hominibus inutilis, sapore nihil differens à cicercula: colore tantum discernitur, quo sordet, obsoletior uidelicet & nigro propior. Sunt qui ochros etiam phasiolos appellari scribant. Habentur & dolichi uocati, quos Theodorus à Plinio sumptū interpretatur siliquas, qui & lobi siue lobia nominantur, quod soli ferè leguminum, ut inquit Aëtius, cum thecis suis mandantur in patinis. Scandunt hi pedamento cui accubant, prælongo affixo: ita enim reddi putant frugi: contrahens eruginem, ni fiat ita. Semen eius æuum non patitur, breuique marcescit, ut aphaca. Nec desunt qui lobos siue dolichos à ueteribus pro phasiolis dictos existiment, & à recentioribus pifos: cæterum Theophrastus & ante Theophrastum Hippocrates pifum à dolicho manifeste separauerunt. De phasiolis nusquam meminit, nisi quis phasiolos ab eo significatos dolichorum appellatione censeat, ut Aëtio placere uideo: sed non semper Paulus pifos, & ochros, & phasiolos à lobis, siue quod idem est, dolichis manifeste se iunxit: illud quidam putant lobos esse, non candidos istos & triuiales phasiolos, sed rubentes ex milace herba: alioqui idem Paulus in quadam compositione phasiolos requirit albos, quasi sint etiam non albi, utique ad renes. Pifus, pifum, & pifa, uni tantum Palladio genere fœminino dicitur, cuius Africanum genus unum haberi meminit. Idem ualuulas thecasque ciceris cotulas appellat: quod admonitionis gratia non imitationis retulimus. Inter legumina & acaniferuntur, à duritie uocati, quod eos καλίστη id est frangere non fit: lenti similes, ut grammatici quidam interpretantur: ego haud scio idem an diuersum id gen⁹ sit ab aracis, quos Aëtius cathyrus hoc est cicerculæ, ut Theodorus uult, similes esse dixit, & usu & uiribus duriores tantum & perfici difficiliores. Aracos inquit Theophrastus, inter aphaca

cas siue lente nascitur, res dura & scabra & proinde uillis. Hippocrates aracidā nominat: ab aliquibus dicta lecithos. Est & aracidna, & alia quoque aracos, in tubere dicenda. Quidā lecithō pro genere accipiunt ad pisum & araciū: nec scio an ijs assentiā qui lecithō ab oue luteo, cui similis colore sit aracus, deductum putēt: cum scriptura fortasse diuersa sit. Galenus certe lecithon pro lente, cui detracta sint putamina, uidetur interpretari apud Hippocratē, quasi *λευκός*, hoc est id quod intra corium est. Proinde contrariū ei genus esculenti fortasse fuerit quod Horatius illo uersu insinuat:

Vilia uendentem tunicato scruta popello.

Vt Plautus quoque scrutea & collubia in hūc forte sensum appellauerit in Persa. Ceterū Horatianū forte nō scruta sed scuta legas, pro uasculo rustico, unde scutiscū Catoni sēp numero matellū, trullū, scutiscū unum: matellā, trullā, nāsternā unā: quanq̄ pro uase sunt qui ceperint scruta in Horatio. Ceterū collubia & collubiā sunt quæ tragemata etiā & bellaria dicuntur, ciceris fixi uuarumq̄ passāz uilia munuscula, ut Hieronymus interpretatur: unde colybitas pro numularijs mutatitium foenus exercentibus, uocari ceptos asserit: quod genus à Polluce nominatur colybos. De colybo & ante diximus: propterea locū in Plauti Persa eum, non strutea & collutea ut omnes habent codices, sed scrutea & collubia legendū putamus. Fortasse scrutea sunt quæ Græci carachysmata hoc est misilia uocabāt, spargi solita: siue à uilitate, ut diximus, siue quoniā ē pellicijs folliculis quos & pasceolos uocamus, effundi consueuissent. Quid si coluthra legamus? cum maturas ficus ita Græci uocent, ut inquit Philemon: nā strutea pro cidonijs q̄q̄ sumi possunt. Apud Aristophanē & comicos lecithopolæ mulieres dicuntur, quæ uilia quædā uenditāt, quasi nugiuēdulæ. Sidonius Apollinaris in epistolis: Nunc, inquit, quædā friuola, nūc ludo apra uirgineo scruta donitabat, hoc est scutilia quædā & quisquillas & nihili munuscula. Meleager græcus autor uolumen singulare scripsit lecithi & phaces cōparationē continens. Porro legumen omne, ut inquit Athenæus, tribus modis manditur: aut enim ex eo fit quod etnos dicitur, ut ex faba & pisco, quā nōs conchin uocemus si placet: quanq̄ quid sit conchis proprie, dictum est aliubi: aut lecithos, ut ex araco aut phace: aut ex aphaca & lente, quod nos lenticulā. Theophrastus loti Aegyptiæ radicē decoctā, lecithodem fieri cibo gratā scribit, hoc est araci leguminis alterius in modum: quanq̄ Theodorus albumen oui, quemadmodum in ea uoce luteum intellexerit, uehementer miror: cum lecithos uicellū oui potius q̄ candidū significare uideatur. Hoc primi uidimus, seu recte seu perperā: certe si errauimus, utilis & eruditus error futurus est. Nec illud tacuerim lecithō pro gutto oleario & ampulla falsō à quibusdā ceptisse lenticulā uocari. Nescio q̄ perite: cum lenticula uasculū non sit magis, q̄ id quod Græci discum uocāt. Defendit eos fortasse Apuleij de strigilecula, quę lenticulari forma uidebatur, autoritas: satis est locū notasse. In summa lecithos pro legumine, aliquādo pro putamine per iota scribitur: pro uicello per y: pro ampulla per u potius q̄ per y. Hęc fortasse curiosius q̄ debui profectus sum: sed immorandum fuit, quia & Græcis & Latinis multa hinc caligo per diu fuit.

F A B A.

CCCXXVIII.

Faba Græce *κίβη* & *κίβη* uocatur ad differentiam Aegyptiæ. A. Gellius & Festus fabā etiam fabulū appellāt. Plautus in Stichō: Cōtutum, inquit, hoc satis est pro opibus nostris, satis cōmodule nucibus, fabulis, ficulis: de quo & in zea diximus. Græci cyamon uocāt & primā in māma concretio nem lactis. Eadē parte scapus & radix funditur, idē in omni leguminum genere. Non diuersa ut in frumento singularis eira dix, sed capillata fibris, nō ro legumini. Folijs exit multis ut pisum atq̄ cicer, nō singulis, ut triticum: diebus quadraginta floret, non uniuersim ut frumentū, sed particularim ut reliqua legumina: post florē totidē diebus perficitur, quantū legumina nulla. Differunt folio rotūdo, ut maxima pars leguminū geniculato & inani caule, lignosissimōq̄ post cicer. Sola ferē leguminū scapo recto affurgit. Circa Philippos ateramon uocāt in pingui solo herbā, qua necatur fabæ. Teramon de qua in Malo crobio, nonnunq̄ porro fieri, ut teramos in ateramō trāteat, cum uapore atq̄ hālicu terre madidā, indigena quidā uentus afflauerit, ut Theophrastū Plinius intelligit. Aliter Theodorus, qui duo illa teramon & ateramon, siue ateramon pro coctibili & incoctibili, non pro herbis ita nuncupatis accipit. Theophrastus certē alio loco facile significat ueriores Theodorij q̄ Plinij sensum fuisse. Ateramna uulgo legumina Græci uocāt, inobsequiosa & contumacia, q̄d genus seminis etiā cerasbolon uocatur à Platōe, superflitio sa origine, quasi sterilia & irrita proueniat, quæ per boum cornua ferēdo cecidissent in terrā. In Macedonia & Thessalia moris est arua fabis florētibz inuere: quia legumē id solo proficit, quasi pro stercore. Nascitur in marcescente faba uermis quem dixi midas. Siliquæ fabarū folliculi sunt: fabalia uero purgamenta earū dicunt, autore Plinio: At nigrū id quod in summa ea uisitur, hilū uocatur, cui respondet in pro uerbio apud Græcos gry: etiam si aliud significat, hoc est unguium sordecular. Legumina Græci *κίβη*, & Theophrastus chedropa nomināt. Fabe genus quod Marleccos, ut quidā interpretātur. Fabe genus quod Marleccos, ut quidā interpretātur. Faba cū suis corticibus essicum uocāt, uere feritur. Faba cū suis corticibus essica conchis appellabatur, ad discrimen monimus. chos aliud est ijs genus est, ut in hordeo monimus. A' fabis fabaginem Cato dixit, & Plinius fabalia. Inter dictum esse Pythagoricū cibo fabā, inuāuit opinio contra uerum: sicubi porro restatos usum eius ueteres inuenias, nō cyamō, id est fabā in eo uerbo, sed Venerē intelligi demonstrat oportere Gellius. Tota Insubria & Liguria recentes fabæ uendentū uocantur baianæ. In Etruria & Latio scaphi: utriusq̄ originē habet eruditā: Nam & baianas Apitius ipse appellat, & scapos fabarū Plinius xviii. libro: Inuentus est inquit scapus centū fabis onustus, ut inde uulgo scaphi pro scapis, tenuis in flatulē diuerticulo, uocentur.

FABA AEGYPTIA.

CCCXXIX.

Faba Aegyptia et Colocasia idē sunt, ut fructus 245  
Faba Aegyptia et Colocasia idē sunt, ut fructus  
tamen ipse ciborium dicatur, radix uero Colocasia et mazizanion ab Aërio. Pocillij genus ab hac similitudine ciborium uocari scribit Athenæus. Paludibus stagnisq̄ nasci: caulis ei longissimus redditur, decē pedū à Strabone, uel ut Theophrastus & Plinius, cubitoz quaternūm, digitali crassitudine, mollis & sine geniculis, rimæ intus per totū ut lilio, propter quod & liliū Aegyptiū ab Herodoto uocatur.

catur, quemadmodū & lotus ipsa. Calyx in cacumine rotundus, uesparum fauo similis: triginta plurimū loculis, qui singulas singuli contineant: non quidem omnino rectas, sed paulo extātes. Ipsi quoque calyces aquis exant, latissimis circa folijs, quæ singulas fabas obire uideatur. Magnitudo ijs ad similitudinem eorū, quæ ut Plinius inquit, perforata in nostris fluminibus uocant. Atterenti fabas, amaritudo uel odore proditur. Radice crassissima, pleniorē q̄ harundinis, rimosa ut scapus, qui & araneosus sentiri dicitur, ubi coctus est in mandent, ait Plinius hoc filis ad mortum, ut in lana sequacibus, autore poeta Martiali. Thyrsus uero inter folia emicat spectabilis, à Theophrasto pilos, ut arbitrat, uocatus: q̄q̄ Theodorus pilulas interpretatus id uidetur: alij calycem rotundū in eo uocabulo significari uoluerunt. Indigenæ implex Colocasiae folijs in uariam speciem uasorum potitare gratissimum habet. Nascitur sponte ac saturo modo & in Italia quoque. Non excoquitur Syriae, quomodo & in Torone Chalcididis lacu, ad maturitatem omnino peruenit, sed magnitudine deficitur. In India quoque fluuio Hydaspes cernitur, Alexandro id falsū in coniecturam trahente, nauigari posse in Aegyptum inde. Fructus quidem, ut dictum est, amarus, sed ipsa radix perq̄ lauta cibus. Serit in limo paleato, ut descendat comprehendatq̄, ob id spirobolos quoque dicitur: ubi semel coaluit, durat ad infinitum. Refugium eam crocodilli spinis horrentem, caule ac radice: oculis rimentes, quos hebetiores habet. Nominatur & faba quaedam Indica, ex arboribus in siliquis digitorum decem longitudine dependens, melle plenis, sed quo gustato difficile sit euadere, ut inquit Aristobulus.

## LENS.

CCCXXX.

**L**ens feracissima leguminum, siliquis in latitudinem molliter fufis. Melior quæ coctibilior, & quæ maxime aquam absorbet. Enecat lentem herba securidaca, ut Plinius a parina, siue lappa ut Theophrastus. Nascitur & sua Indiae lens, scenotunt. Differt hæc à nostrate omnino: sed illatā cibo dicenti posse negat ab ignaris. Aegyptia lens à Marone Quidio q̄ laudatur, Pelusiaca ob id uocata. Græcilentem phacon, lenticulā phacen uocant: quo nomine & Vlyxis soror fuisse traditur: ab alijs Calisto appellata. A quibusdam non phace, sed phaceus ut Orpheus & Peleus uocata est lenticula: sed ij peregrinitatis in comedia coarguuntur. Laudes lenticulæ apud autores Græcos legas, præsertimq̄ Pythagoristas: utiq̄ si rationem Zenonis sequare præcipientis utin eam coriandrum duodecima parte indatur.

*ἐστὶ τῆς φακῆς ἡ βέλαννη ἀνωτὸν ἡ γρηγορῶν.*  
Congruunt & cum ea bulbi, ob id & bolbophace dicta est à poeta quodam: unde scitum illud ortū uideatur, contra perditos gulones: lentem laudat: ut apud Phalaræum Demetrium est. Notū & prouerbij apud Varonem in satyra Menippæa ἢ ἐν τῇ φακῆ μύθῳ, hoc est, unguentum in lenticula, ut obiter emaculis innotum atq̄ adeo receptum in A. Cellio multis seculis errorem, ubi ἐν φακῆ μύθῳ, pro eo quod est, ἐν φακῆ μύθῳ legitur. Et ne librarij mendum fuisse uideretur, Theodorus Gaza locum interpretatus est, fabulam in lenticula: hoc nos Athenæi uiri doctissimi testimonio corrigendum monemus. Hoc adagium contra cacozelos & apirocalos inuentum est: quos, ut est

apud Senecam & eundem Cellium infrunitos appellamus, qui nullo discrimine rerum quas agunt aut dicunt, habito, pari nixu cuncta molliuntur: & eadem ornamenta, figuras, emblemata, conuenire omnibus locis & temporibus existimant: cuiusmodi & illud est: ἢ ἐν λαχρῶνι πείπῃ, hoc est, pipet in oleribus.

## PHASIO LV S.

CCCXXXI.

**D**E phasiolo in cicere differui. Habetur & gen<sup>o</sup> herbæ phasiolus, ut post cōstabit. Græci pro legumine phasiulon, & phasiolon, & phasiolon quandoque appellant. Nostri phascolum & phascolum, Columella.

## ERVVM.

CCCXXXII.

**E**rvum herbam uel aliud candidum aliud rufum. In siliquis grana sine sepro habet, quæ se inuicē quasi tangāt, ut in pifo. Siliquæ formateres, & ad rationem grani cylindracea, ut itē pifo. Patientissimum uetustatis est atq̄ cicere. Genus est & eruilia leguminis, quā nōnulli falso durellam uulgo dictā interpretatur, propterea q̄ hodie quoque in Umbria uocant eruiliam agricolæ, quod in Gallia & Venetia prouincia doram, durellamq̄, folio crasso & oblongo leōtopodij, sed maiore, capitulis semen includentibus minutum, simile nasturrio, tantum exilius: flore candido. Scopas ex ea ruri faciunt. At eruilia syluestris herba est, amaritudinis eximie, colore & folio cicerculæ, q̄q̄ minore.

## LVPINVM.

CCCXXXIII.

**L**Vpino cura officit, quāuis alte conditū in terra, diducit eam radice, & in summa nititur: atq̄ ita germinat ceu per uim. Grana eius in siliqs discreta septis. Viride nullum mādēt animal. Diuturnius id tradunt eruo ac cicere. Sabulum & arenas & omnino uitia terræ sequitur, horretq̄ culta ex omnibus quæ eduntur. Sicco nulli minus ponderis, plus utilitatis. Mitescunt cinere aut aqua calida. Circumagi lupinum cum sole tradunt pleriq̄.

## LVPINVM SYLVESTRE.

CCCXXXIII.

**L**Vpini syluestres per omnia minores inueniuntur satius, præterq̄ amaritudine.

## RAPVM.

CCCXXXV.

**R**apa quasi ruapa, ut inquit Varro, tellure accumulata conditur ab olitoribus, ut in sequentem annum regerminet. Semen includitur siliqua. Vtrunq̄ sexum in hoc quoque genere intelligūt, ex eodem semine proueniētē, ut scribit Theophrastus: quanq̄ uidetur Athenæo marē à Theophrasto nihil aliud intelligi, q̄ napum buniada. Effeminari collocatæ rarius dicuntur, masculoscere densius cōpositæ. Laudatur semen eius tenue. Seritur semine, post transfertur. Dulcescit algoribus, per quos & in radicem non in folia incrementum capescit. In Italia Nursing præferuntur à Columella. Pollux & Athenæus è Mantinea maxime commendant. Gongylen & gongylida græci uocant, quemadmodum & nostri rapum atq̄ rapam: nam rapina ut napina & cepina, dicitur, & rapitium ut autium, piscitium. Cato coles rapitios uocauit alio loco: Rapa biēnio sata conuertuntur in napos: alio, naps raporum naturam accipit. Gongyliorum uocabulo Hippocrates globos pusillos quasi pilulas, & carapotia significat Galeno: ipsos autem pastillos siue orbiculos, quibus in medicina utimur, dactyljos appellat: quod & efficaciam modo seruant. Rapas Lacedæmonios gasteras uocant

uocare Apollas tradidit: sed Nicander Colophonius gasteras à Bœotis brassicas intelligi: rapas uero zacclidas appellari uoluit. Amerias & Timachides nō rapas, sed cucurbitas ita dici arbitrātur. Sunt ē græcis q̄ raphyn esse dicant napum buniada: licet glaucus non raphyn sed raphyn uocet: unde apud nos rapo nomen uideri potest manasse.

## RAPVM SYLVESTRE. CCCXXXVI.

**S**yluestris rapa lōgior, in speciemq̄ raphani, caule breui, semine intus candido, duplo maiore q̄ papaueris. Has in Dalmatia frequentes sponte nasci Possidonius est autor.

## NAPVM BUNIAS. CCCXXXVII.

**N**aporum in medicina quoq̄ græci fastigia seruant: angulosis foliorum caulibus florentis, quod bunion uocant, dicendum inferius: Alterum genus buniada appellant, de qua hic agitur. Amiterinā buniada maxime sunt qui probēt, Græci Thebaicā. Officinæ modo ignorāt buniada, & syluestris rapisemine buniadis uice utuntur: q̄q̄ facile cognosci poterat: est enim syluestri rapo semen & nigrius & maius, q̄ buniadis.

## RAPHANVS. CCCXXXVIII.

**R**adix, quā ut Varro inquit raphanon, & raphanida, & crambidion græci nomināt, caudice uno assurgit ferē arboreo, ut in ruta quoque cernitur: proinde hoc genus olerum dendrolachana cognomināt, hoc est ut Theodoro placet oleriarboris. Die tertio à fatu profilit, radice terra adoperta, rapimodo: sequēti anno germinat, tellure abiecta. Semen in siliquis. Genera Bœotium, rotundū & dulce liothasiō, quod aliq̄ Thracium uocant, patientissimū hyemis: Cleonæon in longitudinem porrigitur: Corinthium amplissimū detecta stirpe nascitur. Quod foliū leuius, eo suauior atq̄ mitior est raphanus. Dulcescit ut rapum frigoribus. Traditur genus unū erucae folio. Pulices appellātur bestiolarū raphanis innascētes. Raphanoḡ radices lignescere Theophrastus est autor. Hæc, ut inquit Palladius, fœminini generis existimātur, quæ minus acres sunt, & habent folia latiora, leuiora, & iocunde uirētia. Raphanum ut brassicam utibus inimicum esse constat, ut si circum feratur, diffugiāt. Genus ei unum est, quod ab Herodoto uocatur syrmea, in Aegypto cū cepis & allio pyramidibus condendis præberi solitum: Iulius Pol lux autor. Confirmant id & Diodorus & Plinius, qui scribunt ad id opus in raphanum cepas & allium talenta mille octingenta erogata, ut mirer Laurentiū Vallam apii ueritū pro raphano. Sunt ē græcis qui syrneam apud Iones genus oleris apio similis accipiunt: itemq̄ pro edulio ex adipe, atq̄ melle: sed syrmeā legi malo q̄ syrneā. Utq̄ hinc fortasse ferculum nuptiale uulguisyrmiā corrupte pro syrmea dixerit, ex amygdalis & pulpa gallinacea & saccharo: nam Hippocrates syrmeā siue syrmeā pro succi quodam genere, seu passum, seu defrutum id sit, intelligi uolebat, cū præciperet: quid in uino odorato syrmea ue sumendum esset. In compositionibus quibusdā Pauli & Aētij bacanum inuenio cōmemorari: nec quid ea res sit cōperio, præterq̄ in quodā glossamate, ubi semen, siue nucleum, siue mucronem raphani bacanum esse legebat. Bacanum Aētius iocinori prodesse in cibo, utiq̄ parti eius uisceris incuruæ, prædicat.

## AGRIORAPHANOS. CCCXXXIX.

**A**grioraphanus ab ἀγριος ἀρπις differt autoribus: ut aliud sit syluestris raphanus, aliud raphanus syluestris: quemadmodum leucacanthē ab acātha leuce distat, id est alba spina à spina alba: in quo tamen honestius puto nominibus græcis uel q̄ Latinis. De agrioraphano & hic & lib. quarto patet: immutatis agitur, apion & ischada nominando: nec Theodorum probō, caricā atq̄ pirum interpretantē. Falsum est & quod scribit inter spinas esse, quā pirum uocāt: non enim hoc in Theophrasto, quem uertit, legitur. Fefellit hominē, q̄ autor ille de orchī herba scribit, simile ei caulē esse apio, sed spinosum: proinde Plinius, caule inquit spinoso est orchis, quæ lus chamæraphanon quoq̄ dici hanc existimat, quæ apios siue agrioraphanos uocetur. Radicem habet cepæ, sed ampliorem, uel, ut Theophrastus inquit, asphodeli, uerum squamosam. Nascitur in montosis & asperis, aliquādo & herbosis. Effoditur uere.

## RAPHANOS AGRIA. CCCXL.

**P**aphanos ἀρπις id est radícula syluestris, & quæ cheria, & in Ponto arinon, & ab aliquibus leuce: à nostris armoracia uulgo dicitur. Arcadiæ piofiore q̄ corpore. Laudatissima nascitur Arcadiæ: Seritur in Italia & armoraciam uocant satiuam, ut inquit Plinius.

## SISER.

**S**isser Græci sisaron appellant. Duorū generū est, satiuū & erraticū. Inest lōgitudine siseri neruus, ut pastinacæ: qui decoctis extrahitur, magna tamē parte amaritudinis relicta: quæ nullō in cibis temperata, etiam uertitur in gratiā. Nobilitauit hoc princeps Tiberius, flagitando à Germania omnibus annis ex gelduba castello, quod impositum Rheno est, ubi generositas præcipua: ex quo apparet frigidis locis conuenire. Non prætereundū quod tradit, ideo utilem stomacho uideri cibum, quoniam nemo tres siseres edendo continuaret. Sisaram Varro, Plinius sisarum appellat herbam, cuius flore uescantur apes, ut in eryce disputatum est.

## LAPATHVM.

**L**apathum nostri rumicem ferē appellāt. Radice altissima & inter olera maxime singulari: nec enim lateribus crassiores alias emitit, sed prætenues. Multicaule hoc olus ac ramosum, & cum perfecte adoleuit, figura betæ proximū: corpus carnosum & madidum: eoq̄ uel exemptum terræ diu recens. Viua cissimum præ cæteris oleribus est lapathum, præsertim satiuum. Differt hoc à syluestri, q̄ sesquipedalis satiuo radix, breuior syluestri, gustus tamen gratior syluestri, sed acrior, ut omnia syluestria satiuis collata. Syluestre lapathum Aētius ad tra-pungendo cognominauit, radicem ei sublongā tradens, raphano parua similem. Quāq̄ poro lapathum à nostris rumex dicitur, proprie tamē rumex est quem oxalida & oxylapathum Græci nomināt, est quem oxalida & oxylapathum, colore betæ cādido, radice satiuo similem, folijs aquosis, colore betæ cādido, radice dice minima, cantherinum lapathum ab aliquibus uocatum. Quidam oxylapathon satiuo similis esse q̄ oxalida siue rumicem existimāt. Lapathos Democritus pro uenaticis scrobibus accepisse dicitur. Theoctitus alapathon uocauit ab effectu, quoniam ex dicimus, appellant.

## HIPPOLAPATHVM.

CCCXLIII.  
HIP.

**H**ippolapathum maius satiuo, candidiusq; ac spissius. Adiecere nonnulli bulapathon, radicis tantum altitudine differens. Sunt qui & hydrolapathum tradunt in aqua natum.

## LAPSA NA.

CCCXLIII

**L**apsanam Græci uocant λαψανα. Cyma est siue brassica syluestris, pedali altitudine foliorum trium, que hirsuta ei sunt, napo simillima, nisi candidior esset flore: hinc à Latinis uocari napiū existimo, in quo tamen Dioscoridem autorem solū habeo. Lapsanam diui Iulij carminibus præcipue iocis militariibus celebratam ait Plinius: alternis quippe uersibus exprobrauere, Lapsana se uixisse apud Dyrrhachium, præmiorū parsimoniam cauillates. Aliam puto herbā fuisse, qua cū lacte uicitauit exercitus, cara nomine, ut alibi notabimus: nam radice utebantur eius, non folio, ut ait Hirtius.

## BUNION SIVE NAPVM.

CCCXLV

**B**union hoc est quod nostri napum uocant, ut in bunia de meminimus: quæ Dioscorides scopam regiam uocari Romæ scribat. Cæterū alia quæ scopam regia est, ut in siderite constat. De qua porro non leuior, inquit, odor ei quam scopam regiam uocant, quæ folia eius oleant non flores, existimandū re linquo. Paulus Aegineta bunion, à nonnullis arction appellari scribit. Galenus arctionē. De bunio eadem à Dioscoride libro quarto, quæ hic legebantur, detra ximus: quia inutiliter repetita esse uidebantur.

## BLITVM.

CCCXLVI.

**B**litum siue blitus (Græci etiā βλίτων) erumpit cocysime, semē ut betæ cortice nō, copiosum racemosumque ut atriplicis radice nō una, crassa, in rectum tendente, ut beta & lapathon & maxima pars oleæ, sed continuo, multiplici ac proluxa. Inspidum et sine acrimonia: unde conuiciū fœminis apud Menandrum faciunt mariti. Blitū duplex ostenditur, rubens & candidū. Apud Aristophanē quoque blitoma ma pro stolidis accipiuntur: quos Plautus noster bliteos appellat in Truculento:

Blitea, inquit, & Iurea est meretrix.

Etiamsi corrupte legitur blittera. Hippocrates bubletō quoque nominat herbæ genus, modo mendū in uerbo nō sit: scio enim & bolbiton pro simo bubulo, & bolbiton pro quodā polyporæ genere minuto capiat Hippocrate, ut Galenus testatū reliquit: Sed & onobleton herba linguæ similis Hippocrati contra fœminarum profluuia in uellere apponitur.

## MALVA.

CCCXLVII.

**M**alua culture opera intra sextum septimūque mensem grandescit in arborem, haltarum baculorūque usu in Arabia, Mauritania quoque delubrum Herculis. Duo genera earum summa, quæ amplitudine folij discernantur. Maiorem Græci μαλακὰ uocant in satiuis: alteram ab emolliendo uentre dictam putant malachen esse syluestribus, cui grande folium & radices candidæ althæa nominatur. Est & que uniuersalis nascitur, monocaulos ex facto cognominata. Omne folium in quo feruntur maluæ, pinguius faciunt. De althæa quæ item dendromalache, siue anadendromalache dicitur & hibiscus, uoluminose tertio differitur. Est & alcea huius ferè generis seorsum indicanda.

## ATRAPHAXIS SIVE ATRIPLEX, CCCXLVIII.

**A**triplex octauo die à fatu Octobri mense prouenit. Radix ei una descendit in altitudinem, unde fibræ aliæ promantur ut in beta. Foliatum habet semen & obductum cortice, numerosum racematimque singulis ramis insidens. Atriplex & syluestre est & satiuum, accusatum à Pythagora, tanquam faceret hydropicos, morbosque regios & pallorem. Coquitur difficillime, ac ne in hortis quidem iuxta eum nasci quicquam, nisi languidum culpauit. Addidere alij plurimas ægritudines ex eo gigni: nec nisi aqua sæpius mutata coquendum. In Italia difficulter id nascatur. Syluestri capillos tingebant. Atriplex ueteres, non atriplicem uocasse perhibent, ab Græco nomine potius quam ab atrore, ut arbitror. Hippocrates etiam adraphaxin appellat: post atraphaxin dixere, Atticis, d, literam in, t, mutare amantibus, ut facit Aristoteles, qui entelechiam pro endelechia usurpauit, ut Lucianus autor est. Quibus porro atriplex idem uidetur esse cum eo genere quod spinacia uulgo dicimus, & Græci recentiores spanachia, falluntur apertissime. Si quem porro uocabulum id parum delectat, atriplex Hispaniensis nominetur. Et Hercule fieri potest ut inde profectum sit ad nos olus ieiunij aptissimum, nec ueteribus (ut conijcio ac demiror) compertum.

## BRASSICA.

CCCXLIX.

**B**rassicam antiqua Græcia non cramben sed raphanon appellabat, quod & Aristoteles, ut Iulius Pollux inquit, & Theophrastus ferè sequitur. Crambe quasi corambla dicta existimatur: quod pupulas oculorum quas Græci coras uocant, hebetet, autore Columella: sed & ipsi quoque Attici corambem dicunt eam. Dederit hoc locum prouerbio fortasse, repetitam brassicam, nedum nocere, etiam occidere. Græci tostam carnem crambaleam uocant, Athenæus autor. Brassica, ut Varro inquit, dicta quasi passica, quæ ex scapo minutatim præfecetur, & passica fiat. Die à fatu decimo se ostendit brassica. Digeritur à Theophrasto in genera maxime tria, Syluestris cui folium æquabile, paruum, rotundum, multiplex, Ramosæ, succo aspero, medicato, ad detractiones per aluum præcipuo. Secundum crispæ, quæ & amplitudine folij & bonitate succi præfertur omnibus. Tertium leuis appellata. Nonnulli addidere quartum, cui semē deterrimum, aut omnino nullum. Cato quoque tria facit discrimina: unam extensis & gradibus folijs, caule magno, propterea cauloden uocatam, aliquando Septembrinam, ab alijs eleada: Alteram crispo folio felinada nominatam, à similitudine foliorum apij, quæ & apiam cognominant, alij cliuaculam: Tertiã proprie appellatam crambem, minutis caulibus, folijs tenuioribus, & simplicibus densissimisque, sed amariorem, leuiorem, teneram, quæ ob id & lenis dicatur. Sed de syluestri brassica suo loco agemus. Athenæus tria, inquit, brassicæ sunt fastigia: primum halmyris, quam & præfert omnibus, præsertim in Eretria, & Cumis, & Ephesi, & Rhodo: Cnido genitam: secundum ἀρόραλλος à foliorum leuore dictū, ubique nascens: Tertium Selenusia, folio crispo, & apij similitudine à qua & nomen habet. Hæc naturæ, illa generis distinctio. Tritiana magnitudine ac sapore præcipua, cui pedale aliquando caput. Dein Cumana sessilis folio, capite patula: mox Aricina altitudine non excelsior, folio numerosior quam tenuior: cuius sub omnibus penè folijs fruticat cauliculus peculiaris: Ideoque utilissimum genus

genus existimatur. Pompeianæ in oppido Campanie. Pompeijs procerus caulis, ab radice gracili, intra folia crassefcēs. Rariora hæc angustioraq; sed teneritas in dote frigora nō tolerat. Sabellicæ usq; in admirationē crispa sunt folia, quorū crassitudo ipsum caulem extenuat: sed dulcissima perhibetur ex omnibus. Non pridē ante Columellā subiere Lacutures à loco dicti, quo lacus Turni, siue ut Plinius scribit lacus Turonis fuerit, conualle Aricina, capite prægrādes, folio innumero: Alij in orbem porrecti, ali j in latitudinem torosi. Nec plus ullis capitis post Tritianos, & cyma nullis serior. Hoc genus quidā interpretantur quod modo capitios coles, & in Hispania Murtianos uocant. Brutiani frigoribus aluntur, grādes folijs, caule tenues, sapore acuti. Adduntur ijs Silirenses, Tiburtini, Stabiani, Parthenopæi, qui sunt hirsuti. Vesuuii qui sunt amari, nō sine suauitate. Marrucini rubent paucis folijs. Signini breuiiores, crassiores, sapidiores Cappadocæ folijs, caule pene nullo, frequētibus tunicis & cōtra frigus muniti, priusq; in florē exeāt, ut uix prima discernatur hyeme. Cuicumq; generi pruinæ plurimū suauitatis conferūt. Suauissima ex omnibus est cyma: est autē cyma quidā ipsorū caulium delictior teneriorq; cauliculus, quē à prima sectione proximo uere præstant. Græci *κύννα* quasi partem eius uocant: nos et cymas et cymata uocamus: nec in brassica modo, sed in raphano & alijs compluribus, q̄q; absolute cyma non nisi de brassicæ fructu capitur. Palladius quymam uocat, & semel opere in toto Plinius. Post cymam æstiuū autumnalesq; cauliculi, mox hyberni, tum deinde iterū cymæ. Nullo æque genere multiferō, donec sua fertilitate cōsumatur. Omnibus oleribus anteponit Cato brassicam: propterea ut inquit Varro, nomine oleris brassica intelligitur. Vites ad brassicā assitæ diffugiūt, introrsumq; in fundū se declinant: quo argumento usus Androcydes, contra ebrietatē ualere brassicam dixit. Tāta est inter plantas quoq; discordia. Hinc Nestor in eo libro qui *ἀλεξίπυρρος* inscribitur, olus hoc ex lactymis Lycurgi à Libero patre uiribus adalligari, natum prodidit. Brassicæ decoctæ aqua nihil æque feret humi effusa. Crustæ si occupent intus uasa calidaria, intantum ut non sit eas auellere, si brassica in ijs decocta fuerit, abscedunt: coles capitatos uulgaris sermo scapitos appellat: antiqui lacuturres & Tritianos ut consilio. Ex semine uetusto brassicæ nasci aiunt rapam, & cōtra ex raporū brassicam. Nobilitauit brassicam Ionia, per eam iurando quasi per aliquē deorū, ut Zeno Citicus Stoicę familię caput, per capparin, Socratis credo æmulatione deierātis per canem, ob id & mātineu uatem quandā ab Hipponacte brassicam uocari testis est Athenęus, qui & puerperis in Attica regione amuleti cuiusdā loco brassicā apponi solitam commemorat. Nomē oleris commune quidē est quibuscunq; lachanum apud Græcos, priuatim tamē brassicæ tribuitur. Ab olla dictū olus, testis est Varro; ut eō uideatur poëta Veronensis alludere cum cecinit: Nō olera Olla capit: In quo sciamus obiter: non pro uale in eo uersu capi ollam, sed nomē esse uiri proprium: quod ignorātes ferē grāmatici delirant: quemadmodū & in eiusdē poëtæ uerbo Mentula.

## BRASSICA SYLVESTRIS. CCCL.

256 **B**rassicam syluestre Græci medicantes ceram quoq; nomināt, nos erraticam: q̄q; sciendum beram genus raphani à Plinio acceptum nō

brassicæ. Hanc ali j petræam uocant, inimicissimā uirtibus. Sunt qui colem syluaticū appellent. Syluestris laudes immenso plus prædicat Cato q̄ satiuæ. Folia syluestri leuia, rotunda, parua, & ut Plinius inquit, bita: sed densissima & plurima, plantis oleris similior: Inter syluestres brassicas & lapsana est ut diximus: item sandix, & iasione, & enthusicon, siue ut ali j codices, anthriscon. De petræa Theophrastus, si modo hæc est quā supradiximus, circa Psophidē nasci scribit optimā numerosamq;. Aliubi nō petræam, sed petrum uocauit: alioquin & capparitis petræa quæ doque dicitur: nam petrophyes *ἀέλιγον* est, ut *κύννα* saxifraga.

## BRASSICA MARINA. CCCLII.

**B**rassicæ marinæ cauliculos quidā halmyrida uocari putant, quoniā nisi in maritimis non proueniat. Navigatione quoq; longinquā uiribus asseruatis ad transferendū. Plinius hanc marinum olus est ubi appellari: recentiores Græci thalassocramben.

## BETA.

257 **B**eta cultura quadam ratione incrementum capescit arboris. Seritur circa mensem Masi: sicut omnia quæ Græci uocāt epispora: quod genus etiam sementis primæ nomen habet: etiam si alio quoque sata mense proueniant: Ideoq; beta æstate sexto die nascitur, hyeme decimo. Peculiare in beta est, ut non continuo singula semina producat, sed anno interim sequenti, sæpe tertio. Radix beta unica, longa, recta, carnosā, gustu iucunda, & nō nullis grata cibo uel cruda. E lateribus alię item crassæ, modo singulæ, modo binæ, ternæq; funduntur: quibus fibræ coherentes alligant. Cortex neque crassus, neq; raphani modo extricabilis, sed olusatro ad quendam modum similis. Semen integritur cortice. Folio beta uiret, pede candicat, figuram b literæ cum deprimatur, ab olitoribus refert, unde nomen. Beta hortensium leuissima est. Græci præferunt ex Ascra ubiq; candidam, parcellissimi seminis, appellantes Siculam. Nostri beta genera faciunt uernum & autumnale: q̄q; & Iunio & Ianuario seratur. Medici betam innocentiorem quam olus esse indicauere, ut inquit Diphilus: quam obrem appositas non nemini degustare etiam religio erat, ut quæ ualidis potius in cibo essent. Gemina huic natura, & oleris, & capite ipso exilientis bulbi: neque ali j hortensium latitudo tanta, ut in lactucis, cum coeperit colorem trahere, imposito leui pondere, in binos pedes aliquando se pandendo. In Circeiensi agro amplissima proueniunt. Vini sapor in dolio corrumpitur brassica, sed odore beta folijs demetris, restituitur. De alia porro beta proprie syluestri, dicemus in limonio. Græci betam modo *βύρα* & modo *βύρα* & uocant. Hippocrates tetydon (ut arbitror) nisi corruptus locus est in eo libro, qui de mulierum natura inscribitur. Aliud uidetur genus esse teutlis, ut Athenæus inquit ex Diphili comici sententia: nam duo fuerunt Diphili, medicus qui & Siphnius cognominatur, & comicus: hic imperitum quendam in comœdia describit, taxansq; teutlon teutlida nominaret. Eudæmus quatuor beta facit genera, uulsi, surculosum, populare, candidum. Betam Græci ouillum corium uocant: unde betylus is lapis appellatus est, quem

quem pro Ioue Saturnus uorasse fingitur. Monstratur & saxum hoc nomine ad Iulio-polin in Syria, proxime Libanum montem. Est & auicula quæ uocatur betylus olim dicta detylus.

ANDRACHNESYL  
VESTRIS. CCCLIII.

**A**ndrachne syluestris, de qua hic agit, genus est aizoi, ut quarto uolumine constabit, ubi Dioscorides hanc herbam ferè ipsidem uerbis demonstrat. Nascitur breuiore cacumine quam minus aizoum, quod in muris parietinisque provenit, cui & similibus osteditur. Colligit hanc & cibi causa constat. Habentur & alia duo genera syluestris andrachnes, hoc est, portulacæ nomine, ut in Telephio & pepli dixeris accipiant, ad explorandum amorem crepitu adhiberi solitum: qui Iustus ferè puellaris erat, ut inquit Pollux, etiamnum ex lilio. Non desunt qui sui generis herbam intelligant, succo seminis sanguineo, folijs loquandam esse putant Telephion, quæ corporis partibus imposita, si cutis rubescat, indicium amoris esse, ob id phyltron quoque dici: si accendatur & exulceretur, odij. Ego Telephion Theocriti eandem esse cum ea, de qua hic agit, existimo: quippe cui exalcalctoria & ulceratoria uis inest.

PORTULACA. CCCLIII.

**P**ortulaca exit post cucurbitam. Ianuario mense ut Theophrastus inquit feritur. Hippocrates portulacam fluuiatilem dicendo, uidetur recentem, & non inueteratam intelligere. Fluuiatilis inquit portulaca refrigerat: inueterata exalcalctatque purgat.

ASPARAGUS. CCCLV.

**A**sparagus uel ab asperitate, ut inquit Varro, uel quonia ita Græci nomen, aspharagos à Theophrasto dicitur. Ipsum quoque guttur à quibusdam aspharagus uocatur: ab Appione tamen grammatico non aspharagus sed spharagus. Corrudam nostri appellant hanc herbam. Spinosi sunt asparagi ex toto ferè ut scorpius, unde scorpiones quoque à Columella fortasse nominantur: quantum asparagus cognomento scorpius, siue scorpio, aliud genus est, ut in scorpio de herba disputabitur. Post æquinoctium Autumni flos exit è quodam folliculo secundum aculeos. Asparagam uero Theophrastus pro plâta ipsa uidetur accepisse, aut etiã pro loco ubi satus est asparagus, eodem etymo ferè quo apud nos cepina, rapinaque. Theodorus corrudagine quasi aliud quodammodo interpretat. Cato certè ad eundem modum corrudam, quo cepinam & rapinam accipit: In harudineto inquit, corrudam serito, unde fiant asparagi. Exit uere caulibus idoneus, tum scabrescit, & processu in florem abit: qui non ex ipso tantum, sed ex prioribus erumpit: non enim caulem habet annuum. Hæc ueteres, qui altiles asparagos non uidentur nouisse. Corrudam Attici non horminion (aliud enim est) sed orminion & ormenon potius: aliqui Libycum asparagum dixere, utique syluestrem qui post inuentos altiles proprie corrudam est. Corrudam iterum species duobus tantum solo discrimine. Cãdidiore efficacior uis tribuitur. Iulius Pollux syluestre asparagida scribit uocari asparagi: ita enim radiculam altiliu uocantur. Veluntur præterquam primo anno radicitus, alioqui deceptis stirpes prætractæ angunt, & quasi excæcant

oculos spongiarum, nec patiuntur asparagum mitti. Spongiæ post quadragessimam diem inter se implicantur, & quasi unitatem faciunt: post annos aliquot transferuntur fertilitate in decennium durante. Seruntur & seminibus paxillo dimissis. Viret thyrsosive stilo primum emicante, qui caulem educens, tempore ipso non fastigiatus est, in thoros struitur. Nul-lum ipsi gratius solum quam Rauennæ fuit, quæ gloria in hodiernum quoque mansit ei terræ. Nomen porro asparagi generale est, ut betæ, bliti, lactucæ, arriplaci, malucæ, rapo, sinapi, radiculæ, pyrethro, brassicæ, nasturcio, bryoniæ, lauragini: ut in omnibus ipsi alia res asparagus, alia frutex sit. Errant qui corrudam pro eo capiunt, quem medicorum officinæ lupulum cognominant: folijs apertissime reclamantibus, quæ in cor-ruda capillamenti modo tenuata, in lupulo bryoniæ similia, paulo asperiuscula. Caulis ei spinis horret, cum inibus tani & corrudam modo in torulos turbina-tis. Flores habet foliaceos & candidos, qui ferè al-lium uinumque subolent: hanc Græci uulgo bryon uo-cant à bryoniæ ut puto similitudine. Brusculam quasi bryon scansile rura dicunt. Aut hæc omnino, aut non absimilis huic herba est qua occiditæ populi cer-uissiam suam maceratis humore floribus commenda-nt, sapore quodam uini, habiolam siue habillam cal-licæ uocantes, humulum & tolophin Germani. Ego lupum salictarium à Plinio dictam censeo: subit enim scanditque salices & arbuta omnia, circumuoluendo se cõplectitur. In Flaminia quoque lupus reptitius uul-gari nomine uocatur hodie. Herbarum inquit sponte nascentium quibus utimur in cibis, in Italia paucissi-mas nouimus, fraga, tanum, ruscium, batin marinam, batin hortensianam, quæ aliqui asparagum uocant Gal-licum: præter has pastinacam pratensem, lupum sa-lictarium, eaque uerius oblectameta quam cibos. Ha-betur & aliud quoddam genus, ut idem Plinius testa-tur, incultius asparago, mitius corrudam, passim etiam in montibus nascens refertis superioris Germaniæ câ-pis: nam quod in Nefide Campaniæ insula sponte in-quit oritur, optimum existimatur.

PLANTAGO. CCCLVI.

**P**lantago herba stelephuros & ortyx à Theo-phrasto dicitur: à Plinio selapyros & ortygia. Co-turnix à Theodoro uertitur, à Dacis simpeax. Alij thyeticem, alij theucaricon appellat, à nostris quandoque septineruia: quantum heptaneuron alia uide-tur herba quæ plântago, id quod ex emplastro quodam aduersus collectiones, cui nomen est botanicon, aper-te liquet: quippe in quod tres quarantur herbæ, plan-tago ternis uncijs, heptaneuron senis, leoneuron quo-que ternis: Nec quæ sit leoneuron intelligo. Flosculus ei lanugineus ut frumento, particulatim crispens ut aphaca & intubum. Inter spicatas est plantago, sed mi-nor nigrioribus folijs, & lingue pecorum simillimis, unde nomen apud Græcos arnoglossa: maior folijs laterum modo includitur: quæ quia septem sunt, he-ptapleuron nonnulli uocauerunt. Caulis angulatus & similis napi. Arnoglosson & arnoglossa dicitur à Græcis plantago.

SIVM. CCCLVII.

**S**ium latius apio est, nigrius, pinguius, copiosum semine. *σίου* & *βύλας* à Græcis uocatur, hoc est, sium in aquis, siue aquaticum: hoc multi uulgo cresionem dici rentur falso, promiscuum & acetari-um olus, & refrigerantis naturæ. At sium callaci-



COROLLARI,

eis est & odoratum. Sunt qui lauer Plinio uocatum in riuis proueniens, utile torminibus coctum & conditum, & ad calculos uessicę crudum pro sio capiatur: nam & Dioscorides hoc loco sium ait à Romanis lauer dici: etiamsi lauer de scriptum est. Sunt qui herbã quæ ab eodem Plinio silaus dicatur, in glareosis & riuis nascentē, a pīj similitudine, uessicis perinde laudatam pro sio & cressionibus intelligant. Ego in castigatione Pliniana uerbum illud silaus ad alterum arbitratu sum: nec silaus, sed lauer scribendum. Hoc autem lauer ipse pro cressionibus accipio, nō pro sio: quod odoratum est, ut commoni.

SISYMBRIVM.

CCCLVIII.

263 **S**isymbrium, siue ut recentiores Gręci cimbiū, degenerat in neperā aspectu, sed odore in mentam, ut Theophrastus existimat: letissimum nascitur circa piscinas & stagna & in puteorum parietibus. Folium in sicco nascenti angustius, q̄ quod in riguis prouenit, de quo mox agetur. Sisymbrio montes pleriq̄ scātēt, sicut Thracia ubi & serpyllum: aut aquæ deferunt ex rīs auulsos ramos ferunt: que: Item Syicione ex suis mōtibus, & Athenis Hymetto, sisymbrium folio tantum coronat.

SISYMBRIVM AQTATICVM AVT

SYLVESTRE.

CCCLIX.

**S**isymbrium syluestre à quibusdam thymbregum appellatum, pedali non amplius altitudine conspicitur: huic cognomentum est cardamine, ut Galeno placet atque Dioscoridi.

CRETHMON.

CCCLX.

264 **C**rethmon batis Latine dicitur: quanq̄ batis duplex, marina & hortēsiāna, quam aliqui asparagum uocant Gallicum: Liguria baticulā hodie quoq̄ appellat. Caulis ei palmum altus Plinio, cubitalis Dioscoridi. Semen feruens, nucleo interiore, qui ut in rosmarino cachtrys uocetur. De marina potius q̄ de hortēsiāna, siue quod idem est satia, loquitur Plinius quoties crethmon nominat. Proinde alio loco de bati medicinis, alio de crethmo differit. Satiam batin & olus chordum à Columella dictam inuenio. Hanc quia ferotinū sit olus, quo modo & fœnum chordum pro eo quod secundarium est, & Augusto mense uellitur, Autumnaleq̄ uocatur. Sed & pecus chordum, & chordum suem dicimus, ut Gręci ἰσχυρὸν nam *ισχυρὸν* uitiatus in utero partus uillus uocatur Aristoteli. Hanc rustica Hecale apud Callimachum notatur appouisse. Hippocrates Aerhiopiam hātin cōmendat. Est & batis siue batos inter pisces, quemadmodum & botis: quanq̄ sunt qui botiū pro herba potius q̄ pro pisce capiant, ut Athenæus inquit: batin atq̄ baton nostrā raiam appellant. Nam quod Gręci rhinam, ipsi squatinam uocamus, cuius aridam cutem Hippocrates ichthyen nominat: q̄q̄ & instrumentū medicinale, quo partus ex utero præcidi, ichthya dici solet. Raiam certē Theodorus probatracho siue rana quandoq̄ uertit, nisi alterutra lingua librarius errauerit. Batis porrō piscis in tria genera dirimitur, baton, liobaton, & asterianbatin, & ex squatina & raiā natus rhinobatos.

CORONOPVS.

CCCLXI.

265 **C**oronopus, hoc est, pes cornicis, inter aculeatas à Theophrasto ponitur, sponteq̄ nascētes. Interim & seritur medicinae ad usum: silago aut silago dicitur à nostris, à Gręcis etiam coronopodion, ut Galeno, Sunt Arabes qui hanc coruinum

uocent: nec prohibeo, dum res constet, quibus cuiq̄ libet uocibus utatur. Illud monendi sunt, herbã quæ modo pes coruinus ab officinis & herbicidis appellatur, non tam coronopoda uideri, quam ranunculi genus, quod polyanthemom cognominat: quandoquidē aculeata & oblonga esse coronopus herba traditur, & aluinis prodesse: coruinus autem pes, a uis eius & ranunculi similitudine conspicitur, plurimis foliorum diuisuris, cuius uel tactu solo pustulæ ambugi modo corporibus atolluntur, flore aureo, copioso: que: quibus notis ranunculum polyanthemom uocatum conijciunt.

SONCHOS.

CCCLXII.

266 **S**onchos in candidum nigrumq̄ diuiditur. Lactucę similes ambo, nisi spinosi essent, caule cubitali, intus cauo, sed qui fractus copioso lacte manet. Sunt qui nigro uesci prohibeant, quasi faciente morbos. Sonchū Hecale cum bati supra dicta Theophrasto apud eundem poetam intulit, non tã cædo Euclydis parafiti dicto non insulto, qui sonchum in cona copiosam apponenti, senariū ex Euripide poetã protulit, ubi Capaneus inquit:

*Μισὴν ἰσχυρὸν ὅς τις ἰσχυρὸν ἄγει.*

Aculeatur postquam tenera esse desit, & adulta facta sonchos, ut Galenus inquit. Aëtius hanc quãdoq̄ dipfacon uocauit. Dioscorides cicerbitam à Romanis dici prodidit: quod quidem uocabulum in Etruria hodie que durat: Nunc Romanum uulgus crispinos, Venetia lactucinos. Folia ex aceto saleq̄ manduntur: esculenta est & radix.

SERIS.

CCCLXIII.

267 **S**eris satiuam Dioscorides non describit, sed syluestrem duntaxat. Summa ergo intubos: genera seris, & cichorium: Seris lactucę simillima, troximom à recentioribus Gręcis uocatur. Iterum dicitur hæc, satia quæ proprie dicitur seris, minor cichorio & ueniosior: syluestris, melior prior: nigra hæc & æstiuā: deterior hyberna & candidior. Cichorium, siue ut Theophrastus inquit cichore, nūquam est satiuum. A Latinis ambugia & intubus erraticus in Aegypto cichorium nomē habet. Duplex & hoc naturæ: folio angusto chreston & pancration propter salubritatem uocatum: folio latiore, quod edypnoidea cognominant, & leonis dens uulgari uoce dicta creditur. Similitudo intubis tanta cum lactucis, ut neq̄ ex eodē genere dici possint, neq̄ item ex alio. Hyemis quidem imparientiores sunt quam lactucę, uirusq̄ præferentes: sed caule non minus graui. De cichorio Theophrasti uerba subiiciemus in condrilla: quando & illa species existimatur intubi à nō nullis.

CONDRIILA.

CCCLXIII.

268 **C**ondrilla siue condrilla, olus est folio intubi, & propter amaritudinem ingustabili. Succus radici lacteus, copiosus, acer. Caulis ferē pedalis, succo manans amaro. Radix fabæ similis, aliando numerosa. Gummi eius proximibus læssunditur. Herbam mures agrestes à serpentibus læssmandunt. In Theophrasto andryala, in Plinio condryala pro condrilla deprauatē legitur: hanc Galenus speciē seridis unam esse meminit, germinat post Vergilias. Omnia intubacea ut Theophrastus inquit, ineunte uere caulem floremq̄ simul edunt. Cichorium foliatu & caulibus & ab radice, unatq̄ cum emersu, ramulculorum flosculus emicat in caule per partem

partem ut heliotropiū usq; in autumnum. Caule magno surculisq; brachiato pluribus: itemq; ad uinctū quo plentis ut radices: quarū prolixitate cōtumaciter emoritur. Fert & siliquam siue folliculum, & in ea semen per extrema caulium. Intubam auem pleriq; falsō intelligunt amari iccoris non herbam in Vergiliū uersu, primo Georgicorum:

Et amaris intuba fibris:  
Quo doctissimus poeta ad genus illud intubi uideatur alludere, quod picris appellatur. Aëtius picrida pro cichorio syluestri, quod & ferin dici uult, accepit. Iulius Pollux autor est, appellatione cichorii ueteribus syluestria olera uenisse duntaxat, quæ & gracilia & tenuia cognominabantur. In Ouidio ad cutē probari seram legimus illo uersu:

Et simul instantis corpora finge seræ.  
Quod autem id genus sit fruticis, non ausim decernere: nisi quis ab eo serā pro seride uocatā credat: nam & condrilla quæ item seris est, ad illum usum, ut Dioscorides hac parte docet, adhibebatur.

## CUCURBITA.

CCCLXV.

Cucurbitam satiuam colocynthen Græci uocant: syluestrem, colocynthida. Erumpit satiuā post quintum, sextū, septimū uē diem. Cucurbitæ multa genera, satiuam & colocynthis ut prædiximus: tertium somphos cognominata, quia sit inanis, digitali crassitudine, non nisi in saxosis nascens. Cucurbitam marinā nonnulli putant. Satiuæ fastigia duo, prima eamerariū in tecta scandens, leni umbra testudines & pergulas operiens: plebeiū humi reptat flagellis. In priore mire tenui pediculo libratur pondus immobile: auræ. Crescit qua cogitur forma in uaginas uiciles cōiecta, postq; desloruit: plerūq; & draconis intorti figura: libertate uero pensili concessa. Iam uisa est nouem pedum lōgitudinis. Cortex uiridi tener deraditur cibus, quemadmodum & primus quoq; caulis. Ipsæ quo longiores tenuioresq; sunt, eō gratiores, & ob id salubriores, quæ pendendo creuere, minimum que seminis tales habent. Chrysippus unus omnium damnabat eas in cibis, cum tamen adagium illud celebre iam esset: *καλοκινυρα* & *υγρην*, hoc est, saniorē esse quam cucurbita. Siccantur fumo cucurbitæ hortenfiū seminibus condendis: rusticæ supellectili, Alexandrinæ maxime: iam in balnearum usum uenēre urceorum uice, multo etiam prius cadorum ad uina condenda.

## CUCUMIS.

CCCLXVI.

Cucumis à curuitate, ut placet Varroni, Græce *κινυρα*, & Attico more sicyos uocat, & sicydion à Phrynicho poeta, & cucumeraria sycelata. Cucumerem Heraclides Tarentinus hedygæon uocauit. Quinto, sexto, septimo uē die emicat, sed omnino celerius quàm cucurbita, radice breui ut peponibus. Dulciores fiunt maceratis aqua lacte uē seminibus. Tres satiuū differentia: Theophrasto sunt, Laconici, scythali, Bœotij. Laconici rigantur, non gaudent aqua reliqui. Adiecit ijs Euthydemus quos draconias uocauit. Tanta porrò naturæ cognatio est inter cucumeres, pepones, melopepones, cucurbitas: ut sæpè numero & proprietates & nomina Latini Græciq; confundant. Ipsum quoq; instrumentum cucurbitulam Græci à cucumere cognominant, si ciam uocando: q̄q; non desunt qui sicyam hoc intelligent quod uulgo angurium & Palestinus melo dicitur. Athenæus certe sicyam ueteres pro cucurbita

uocare solitos affirmat: atq; ita & Nicandri poetam uti Georgicorum uolumine secundo. Apud Græcos certē cucumeris appellatione pepones quoque ueniunt. Demetrius ixion sicyos dici uoluit, *απο σικυρα* *απο σικυρα*, quia Venerem cieant: quod tamen cōtrā multi sentiunt. De cucumere prouerbiū Græci celebrant illo uersu:

*σικυρον τρωγουσα γυνη τλω χλαϊρον υφαινε:*

ut mulier uidelicet texendo cucumerem manducet: Fortasse quoniam textrices, ut Aristoteli placet, impudicæ sunt magna ex parte. Cæterum cartilaginei omnia ea generis sunt: crescūt quacuq; libeat effigie. Virides Italiæ cucumeres & q̄ minimi sunt, inquit Plinius, prouincijs q̄ maximi. Citrinos nigrosq; probat. Copiosissimi Aphricæ, ac grandissimi Mœsiæ. Aquas ita diligunt, ut eas modice distantes etiā dissecti arrepanant. Oleum odere mire, ita ut in hamos curuentur, ne attingant. Inuenti & sine seminibus sunt, macerata uidelicet semine farina cuiusdam herbe, quam culicem appellant. Citrinos cucumeres intelligunt qui uulgo citreoli à colore citri nominant, maiores multo uulgaribus, nec striati, qui iam & in Italia passim nascūtur. Particulatim floret cucumis sibi ipse superflorescens, & sicciore locos patitur. Candida lanugine obductus, magisq; dum crescit. Seruat in maria usq; ad alios fere prouentus, & uiridis quoq; in sabulo locis opacis, fœno secco operiente. Cucumeres in fistula, ut est apud Hippocratem, dimisso flore, mira longitudine quasi anguina specie proueniunt: q̄q; anguinus cucumis, idē uidet esse qui syluestris, multo infra magnitudinē satiuū, erraticus & angueus Coluella appellatus, à satiuo penitus differēs, uix ut solo aspectu gētilis ei appareat. Serotinū æstate germen & flos, gaudetq; frigidis. Cucumim nasci præcipuum in Arabia, mox Cyrenis tradit. Alij in Arcadia, similē heliotropio, cuius inter folia & ramos proueniret semen magnitudine nucis iuglādis. Esse autē ad speciem scorpionis, cauda reflexa, candida, propter quod aliqui cucumim scorpionū uocant. Decoctio nem syluestris spar sam mures non attingit, cimices necantur. Cucumis syluestris elateriū quoq; dicitur, quemadmodū ex ipso succus. Vinū & inde fit phthorium uocatū, ut post liquebit. Herbā culicem, cuius hoc capite meminimus à Theophrasto conopa uocari censē nec ne, quoniā & cynopa scriptū est maiori parte, nō dixerim. Theodorus canis oculū & canuram cōuertit, quasi cynopa non canopa probauerit. Oulus est hoc, Theophrastus inq; primisq; post equi noctiū imbribus germinat, & inter spicatas herbas ponitur: à Plinio quoq; duobus locis dictum, ut in castigatione Pliniana demonstrauimus.

## PEPO.

CCCLXVII.

Pepo à Græcis pepon, à Theophrasto sicyos & per sicyos quandoq; dictus, à Polluce spermaticas, cucumerum generi contribuitur: siquidem cum magnitudine excessere, uocantur pepones. Particulatim floret ut faba. Sunt qui & melopepones dicitur, in Campania primum reperti, effigie mali cōtonei, à quo & nomen fortuito natum ibi, mox semine ex illo genus factum. Non pēdent hi, sed rotūdantur humi, figura & odore præstantissimi ubi maturere: quanquam non pendentes statim à pediculo recedunt. Lusitani regis liburnicæ inter alia meridianæ illius nauigationis miracula, melones in Aethiopia nobilissimos haberi prædicant, quorū odorē

elephantes sagacissimi olfactus animal, de longinquo sentiant: aduolantesque cucumeraria tota depopulentur ac proterant. Illud propter iactatam a medicis controuersiam præterire nolo, autores esse grecos aliquos, qui præcipiant, post pepones melopeponesque unum bibedum esse, qui pituitosi fuerint: biliosis uero acida edenda.

## LACTUCA. CCCLXVIII.

171 **L**actuca, lactucula, & lactecula, sicut apud grecos thridax, & thridacina dicitur & uulgo myilon, caulem primo blandum, processu spinulis inhorrentem habet: die quarto aut quinto emergit. Suauior reciso caule regerminat. Semine lanugine oculis. Ex his candida tenerior & dulcior. Lactucæ greci tria monstrauere genera, unum lati caulis, a deo ut olitoria ex his ostiola factitari prodiderint Theophrastus & Plinius, foliumque his paulo maius herba ceo & angustissimum ut alibi, consumpto incremento: alterum rotundi caulis: tertium a gente cognomento Laconicum, sessile, folio scolymi, rectum amplumque, nec brachiatum a caulibus. Alij distinguunt in nigras, rubentes, candidas, ratione satus colores uariante. Primas Ianuario, secundas Aprili, tertias Martio serentes. Quidam fastigia quinq; faciunt, purpureas & crispas, utrang; Cæcilianam uocantes: tertiam Cappadoces, quartam Græcas: longiora his folia, caulesque lati, præterea longi & angusti intubis similes: quintum genus picris, amaritudine insignis, unde nomen: alij crispam, fuscam, Cappadocem, Tarsefiacam, & Cypriam ut Columella. Cappadoci pexum, densum, pallidumque folium. Tarsefiacæ siue Beticæ, candidum, crispissimum. Cypriæ siue Paphiæ rubicundum ex candido, tenerrimum ac leue. Alij distinguunt atram, quæ meconis & meconitis dicatur, a lacte papaueris simili maxime foporifero, quod apud antiquos Italiæ solium genus earum fuit, & ob id lactucis nomen inditum. Purpuream siue fuscam maximæ radice quam uocant Cæcilianam a Cæcilio Metello dictam. Rotundam minimam, sed latis folijs, arylida nominatam, siue ut Græca fides habet, quæ & a mulieribus, ita uocari scribit, astylida. Et eunuchion a Pythagora, hoc est, spadoniâ, quia hæc maxime refragetur Venere. Candorem lacteum contingere putant arte atque cura: sed his duntaxat quibus semen album est. Candida lactuca maxime hyemem tolerat. Irrepsit & fatiuis alia, ut Plinius inquit, admodum probata, quæ Cæcilia uocatur a suprascripta Cæciltana, quæ purpurea est, differens: folio Cappadociæ, nisi crispum latiusque esset. De caprina & alijs agrestibus in lactuca dicemus syluestri: & uno eodemque pede quemadmodum lactuca, ocimum, apium, eruca, & omnino genera olerum diuersa proueniant, Græcus autor Didymus memoriam scriptum reliquit. Cyprii lactucam brentifitin uocabant. Sunt & brentiæ quædam radiculae, quibus mulieres genas rubificant, quas nonnulli fucum aut anchusam interpretantur.

## LACTUCA SYLVESTRIS. CCCLXIX.

**L**actuca syluestris radice breuior & multicaulior quam fatiua est, sponte nascens in aruis, folio puillo, & ubi consummatum est, aculeato: caule candidiore, a lacte copiosissimo acri medicamentoque, quod carpitur per messes scapo inciso, præclarum ad multa. Syluestris lactucæ plura genera: Esopon de qua hic agitur: secundum caprine, qua picces necantur: marinam Cornelius appellat, de qua

inter tithymalos sermo est: Tertium in syluis proueniens, isatis uocatur: quod & duplex est, satium & syluaticum, ut suo constabit loco: quartum Hieracium, rotundo folio, quemadmodum post liquebit. Communes notæ syluestrium candor caulis, interdum cubitali longitudine, Thyrsis & folijs scabricia, succus omnibus candidus.

## GINGIDIVM.

**G**ingidium Syria in hortis operosissima, unde natum sit adagium: multa Syrorum olera. Simillimam stapylino & scandici herbam ferunt, non differenda recentium medicorum imperitia, gingidium pro fumaris siue capno accipientium.

## SCANDIX.

**S**candix olus est syluestre, ut in brassica notauimus, Plauto quoque dictum. Hæc Aristophanes Euripidi poetæ obiicit ioculariter: matrem eius ne olus quidem legitimum uenditasse, sed scandicem. Unde uerbum *scandix* pro eo quod est *scandix* dicitur confictum, hoc est, ad imitationem Euripidis aliquid aut dicere aut facere. Eademque erat, ut Theophrastus ait, enthufricon, siue ut Athenæus & Plinius anthricon, si tenuiora folia odoratoraque haberet. Et iasione olus est syluestre, repens in terra, cum lacte multo, florem fert candidum. Concilium uocatur singulari folio: sed ut descriptio tamen, & quasi rudimentum multorum in ipso appareat. Theophrastus autor. Plinius, folium inquit unum habet iasione, sed ita implicat, ut plura uideantur. Huius flos ut Theophrasti uerbis utar, conceptaculo auersa parte non indiget, sed postrema eius exeunt in angulos, qualis ferè oleagineus aspicit. Stimulat hæc herba coitum, lactis ubertatem præstat, phthificis prodest, infantium illita capiti nutrit capillum. In Plinio tamē iasione lassina deprauatum erat duobus locis. differt scandix a sandice: quod scandix herba est, sandix matallica. Scandix aliter non describitur, quam quod olus est syluestre, gustu acri subamaro que, folijs anthrisci, sed maioribus & minus odoratis. In exemplari Græco Dioscoridis appictam uidi scandicem, foliis niculi folio ferè cum corniculis, in summo floribus luteis siue albis. Hac ipsa specie in syluis quoque uisitur, frutice odorato, flore candido. Paulus, Aëcius, & si recte memini Galenus, similem gingidio fecere scandicem.

## CAUCALIS.

**C**aucalis olus est flore candido, syluestris datus ut Galenus inquit, a pluribus uocata, propter similitudinem & gustus & uirum.

## ERUCA.

**E**ruca euzomos Græce dicta, quoniam commendet iura. Concitat hæc morantem, ut poetæ inquit, Venerem, frigorum contemptrix: circo inungitur lactucæ in cibis, ut contrariæ daturum naturæ temperamentum afferant. Nemo ignorat florē erucae candidum, multas in folio diuisuras esse.

## OCIMUM.

**O**cimum prorūpit e terra celerrime, flores particulatim, contra quam olus cæterum. Primo parte inferiore, demum superiore: quod fit ut diutius quoque floreat, quemadmodum faba & heliotropium. Radix una descendit in altitudinem crassa, & admodum lignosa. Cæteræ a lateribus exiles ac proluxæ. Semini cortex obducitur. Vni ocimo aqua datur meridie: cum cætera matutinis rigent.

Feruca

CCCLXX.

CCCLXXI.

CCCLXXII.

CCCLXXIII.

CCCLXXIV.

CCCLXXV.

CCCLXXVI.

CCCLXXVII.

CCCLXXVIII.

CCCLXXIX.

CCCLXXX.

CCCLXXXI.

CCCLXXXII.

CCCLXXXIII.

CCCLXXXIV.

CCCLXXXV.

CCCLXXXVI.

CCCLXXXVII.

CCCLXXXVIII.

CCCLXXXIX.

CCCLXXX.

CCCLXXXI.

CCCLXXXII.

CCCLXXXIII.

CCCLXXXIV.

CCCLXXXV.

CCCLXXXVI.

CCCLXXXVII.

CCCLXXXVIII.

CCCLXXXIX.

CCCLXXX.

CCCLXXXI.

CCCLXXXII.

CCCLXXXIII.

CCCLXXXIV.

CCCLXXXV.

CCCLXXXVI.

CCCLXXXVII.

CCCLXXXVIII.

CCCLXXXIX.

CCCLXXX.

CCCLXXXI.

CCCLXXXII.

CCCLXXXIII.

CCCLXXXIV.

CCCLXXXV.

CCCLXXXVI.

CCCLXXXVII.

CCCLXXXVIII.

CCCLXXXIX.

CCCLXXX.

CCCLXXXI.

CCCLXXXII.

CCCLXXXIII.

CCCLXXXIV.

CCCLXXXV.

CCCLXXXVI.

CCCLXXXVII.

ferenti quoque aqua sparsum, maturius prouenire dicitur. Sub canem exalbescit. Differre uidetur ocymū ab ocimo: quod ocymum pabuli & farraginis quoddam genus est, uocatum ab ocys uerbo quod ualet cito, ut Varro placet: siue ab eo quod citat aluum bubus, & ideo ipsi datur ut purgentur. Pabularium & Catoni erat ocymum, sed fistebat eo bubus aluum: id erat e segete uiridi defecta antequam gelaret: quam manibus carpendum, non falcula secundum, ut renascatur ocymum Cato precipit. Sura Manilius aliter interpretatur, & tradit fabae modios decem, uitae duos, tantumdem & eruliae in iugerum: melius & hauena Graeca, cui non cadit semen, addita misceri & autumno boui causa seri solitos: hoc apud antiquos ocymum uocatum. De ocimo sunt qui scribant capras id aspernari, & insaniam facere. Tritum si operiatur lapide scorpinis uel fluuiatilibus trito, conuenire ad eum scorpionis & proximo omnes. In cibo pediculos facere. Capras id escitare alij uolunt. Habetur & syluestre ocimū, quod aliud est quacinos: quam acinos quemadmodum & ocimoides, a Romanis ocimastrum uocari ueltri ocimo existimat. Illud monendi sumus, de syluestre nihil Plinius. Martialis de ocimo scripsisse rem mirram dicitur: quod modo purpureos, modo albos, modo roseos flores pariat: & si ex eo semen frequenter satum sit, nunc in serpyllum, nunc in sisybrium abire solitum. Recentiores Graeci: qui de rustica re scripserunt, basilicon & misodulon appellat ocimum: tantamque cum eo foemina discordiam inesse praedicat, ut si pultrario subiectum sit, nec mulier id sciat, futurum ut nunquam cibo manus admoliat, priusquam subductum fuerit: ut fortasse huc alluserit Persius poeta illo uersu:

Dum ne deterius sapiat panutia baucis.

Cum bene discernito carauerit ocima uernae.

Pro excantauerit, hoc est cantando exclusit. Nam & Varro Plautusque, ut ait Nonius, excantare usurpat pro excludere. Meretriculam quandam Corinthi Ocimū uocatam legimus in comedijs: sicut aliam Abrotonū, quo & Themistoclis mater fuit nomine, quamquam sunt qui Euterpem uocatam scribant, & aliam Thryalidem, & aliam Sisybrium, & aliam Meconidem, & aliam Herpyllidem, & aliam Myrrinen.

## OROBANCHE.

CCCLXXV.

Orobanche cynomorion quoque appellatur a similitudine canini genitalis. Enecat & cicer, circumuoluendo se ut eruo, unde nomen orobanche. Dicitur a recenti Graecia & οροβάνη & λιουτή ή ή βορνή, hoc est herba leonina.

## TRAGOPOGON.

CCCLXXVI.

Tragopogon hoc est hirci barba, quae & scandix a Plinio uocatur, nisi quod suspicor, deprauata lectio est, describitur a Theophrasto in hunc modum: Radix longa, dulcis, folium croci longius, caule paruo, super quem calyx latus & barbatus: quae summo uertice incana & proluxa funditur. Nascitur in asperis sine usu. Acetarium quidam olus hanc esse falso uolunt, quam uulgo barbam petrae, & in galia cispadana barbula hircinam uocent. Habetur & quae gerontopogon, id est senis siue presbyteri barba dicitur, tragopogoni fere tota similis, nisi quod lactemanat, & radice amara est, non dulci, a Nicandro gerontopogon fortasse nuncupata: sed & radice dulci

carpitur Romae. Tragopogona uocari & in trago pisce, inuenio partem sub gula eius nigraem, ut Athenaeus autor est. Tragos porro piscis ex occeto, qui & Adonis uocatur, similis describitur, praeter nigrum id quod sub gula eum habere diximus.

## ORNITHOGALE.

CCCLXXVII.

Ornithogale siue ornithogalon caulem habet semipedalem Plinio, Dioscoridi duum palmorum. Coquitur in pulre.

## TYBERA TERRAE.

CCCLXXVIII.

Tybera Graece τιβρα a Galeno dicitur, quidam a timore legunt οτι τιβρα. A Theophrasto describitur, carens medulla, neruis, uena, cortice: hoc & aschion ab eodem autore nominatur. Sunt & alia sine folio, aut herba, aut caule supra terram pluscula, cibo idonea in Aegypto maxime, ut aracidna & quod araco simile uocatur a Theophrasto. Plinius aracos appellat fructum. Duo haec paruius sub terra non minorem superno: cuius pars carnosa radicem mittit altam atque crassam, simplicem: caeteras uero quibus infidet fructus, graciles atque multas, & summo cespitate cohaerentes agit: nec folium, nec herba ulla, aut quicquam aliud supra terram cernitur. Loca modice arenosa diligunt. Quia porro geminum & utraque parte fructum ferunt, αμφιγερεια cognominantur.

## SMILAX HORTENSIS.

CCCLXXIX.

Smilax κινπαια id est hortensiana, non eadem uideatur esse cum ea quae leuis a Dioscoride quarto libro cognominata est. Recentiores cum Aetio phaeoli a Dioscoride hoc loco intelligi scripserunt, utique non candidum, sed rubentem, qui & lobos & dolichos dicitur, & Latine siliqua: etenim duo esse phaeolorum genera Paulus Aegineta in compositione quadam ad renum uitia quae δινκτισηων uocatur indicat, phaeolos in eam quaerendo candidos, quasi sint etiam non candidi: quamquam est ubi Plinius siliquam syluestrem dicendo, satiuam quoque fieri posse a aliqua intelligat: de quo in smilace tractet latius. Porro Theodorus cognomento Priscianus, quam recentiusculus: phaeolo inquit uirtutem eam tribuit, ut & uentrem soluat, & urinam moueat. Dioscorides phaeolos aluum: lobia siue smilacem urinas cire uoluit.

## MEDICA.

CCCLXXX.

Medica nominationem unde inuenit, testatur ipso nomine: quamquam imperitia uulgi melica uocari coeperit. Theophrastus perire stercorata putauit, aut minctu pecoris incumbentis respersam. Per bella Persarum, quae Darius intulit Graeciae, aduecta scribitur. Differt ab ea quae Medion uocatur, ut suo loco indicabimus. Medica feritur aetate semine, ita ut pabulum & frumentum, tanta dote, ut uno satum plus tricenis annis durare credatur. Similis est trifolio, caule folijsque semper uirens, ut Dionysius est autor. Item geniculata. Quicquid in caule assurgit, in folia contrahitur. Sexies reflorescit: cum minimum, quater, modo non secetur. Arescit scurculosa: postremo in puluerem inutilem extenuatur. Pabularium omnium comeditissima. Hac quondam plena erat Venetia, sed pridem perijt: nunc in eandem provinciam reuerti eam quasi postliminio curauimus, ab annis multis fere non uisam in Italia, sed ne intellecta quidem magnopere qualis esset, allatam ex Africa

in Campaniam. Semen eius sub dente phaseoli recetis saporem præsentat. Propter altitudinem radicū eius reliquæ herbæ intereunt, sine ipsius damno.

APHACE.

CCCLXXXI.

**A**phaca differt ab aphā, quæ olus item est ut aphaca, florem edens cum germine. Differt & ab apharca, quæ arbor est unedōi similis, ut diximus. Aphacā Theophrastus modo leguminū generi, modo inter olera connumerat: & ut uerum fatear, idē an diuersum genus sit, ferē ambigo: Olus inquit est aphaca, imbribus ab æquinoctio primis germinās, per partes florendo, amaritudine ingustabili, aculeata herba: uerum ex mitioribus properat flos eius, sed breui marcescit, & in lanuginē pappum uocatā soluitur: deinde alius subnascitur, atq; iterum alius, hyeme tota, & uere usq; in æstatē, qui & luteus sit. Forma filiquis aphace latiuscula ut lenti: celeriter perit ut dolichos: necatur à securidaca. Semen præter alias differentias madidius est q̄ lentis. Inuenio ē recentioribus, qui uitā esse aphacē existiment.

PORRVM.

CCCLXXXII.

**P**orum siue porrus, die à satū decimonono, interim uigesimo prorumpit. Bienniū perfert: ab eo tempore sementescit emoriturq;. Vermiculi porros, brassicā, lactucasq; infestantes, & alia quædā olerum, prassocurides uocātur, quasi porricidæ, aut etiā ut Palladio uidet herbicidæ: non ut Theodorus, blatæ alueariorū apud Aristotelem, q̄ *κρυπύλλων* pro *κρυπύλλων* legerat: etiam si tineas alioq; in Columella dici legimus ex stercore papilionū nascentes, & lucifugas blattas in Marone. Nascitur & in mari porrum extra Herculis columnas, ut Theophrast<sup>9</sup> inquit, sed inter algarum genera. Capitātū porrū Græci cephaloton appellāt, & gethyllida. Sūt qui gethyllida, pro gethyo acceperint, quod & epithyllida uocauerunt. Didymus uir doctissimus, is qui tria milia & quingēta scripsit uolumina, gethyum simile facit ampelopraso, mox dicendo. Gethyllides, ut Athenæus ingt, Latonæ sacras esse Græci uolunt, quoniā olus id in Malacia prægnans Latona cōcupisset. Delphis legē esse, ut qui maximā attulisset gethyllida, sportulam ē sacerdotis mēsa caperet. Has magnitudine rapi cre scere nonnunq; tradunt. Gethyon inuenio & getion sine y & aspiratione scribi.

AMPELOPRASON.

CCCLXXXIII.

**A**mpeloprason dictum est, quoniā in uinetis folio porri nascitur, ructu graue.

CEPA.

CCCLXXXIII.

**C**epæ, aut etiā cepulæ, caua sunt folia, quod peculiare cū gethyo habet, nec nisi oleribus hæc proprietas. Plura eaq; genera: Sardiæ, gnidig, Samothraciæ: Setaniæ omniū minimæ, sed prædulces: præterea fissiles & Ascaloniæ. Fissiles appellant quia hyeme cum sua coma inertes relinquunt, & folia uere detrahunt: ijs deniq; diuisuris alia parte inferiore subnascuntur. Hoc exemplo reliquis etiā generibus uelluntur, ut in caput crescāt potius q̄ in semen. Ascaloniarum propria natura: etenim uelut steriles sunt ab radice, nec parte illa crassescunt. Maturæ celeriter putrescunt. Seri semine præcipiunt: quia depositæ, caulem semenq; tantū reddāt, deinde inaniantur & euanescent. Samo & Sardiibus cādidissimæ proueniunt. Iulius Pollux ē Samothracia commendat. De Creticis dubitatur an eadē sint quæ Ascaloniæ: quia satis capitari soleant: sed distāt sapore tantum dulci,

Reliqua ceparum genera depositu proficiunt. Ascalonium genus optimū Columella prædicat. In nomi ne est & Pompeia cepa, & Marsica simplex, quā uocant unionē rustici: ea est aut quæ non fructificauit, nec habuit soboles adhærentes. Cepa in rectitudine dissecta non germinat. Radix nō ut allio nucleis includitur, sed tunicis ut bulbus & scilla. Cepæ syluestres non sunt ullæ, ut qui apud Aristophanē poetā thymum pro cepa syluestri capiūt, errasse coarguimus obiter. Mentem lædi cepa quidam scribere. Hipocrates conspectu potius q̄ esu cōmendasse dicit.

ALLIUM.

CCCLXXXV.

**A**llium siue caput allij, habet plures uelut coagulantes nucleos siue spicas, quas Græci gelges & aglithas, Dorice ipsum quoq; allū aglithon appellāt quādoq;. Discrimen, q̄ aliud præquod est, sexagesimo die maiorefcens, aliud serotinum. Est & in magnitudine diuersitas. Vlpicū nominat prægrāde. Græci Cyprum & antiscorodon siue à spuma lebratū Africæ, ob id & Aphroscorodon siue à spuma dicitur, à nostris allium Punicū uocari consuevit, sed crudum inter pulmentaria ruris, quæ myrtotos appellāt, allio trito in oleo & aceto: ut mirari sit, quantum ita increfcet spuma. Myrtotos ab odoris fastidio est dictus. In hunc & casum quoq; addebāt. Alij genus placentæ faciunt ex oleribus, ut Phorion: nos in Dioscoride q̄ hac parte myrton legitur, myrton legedum monemus. Est & in nucleis diuersitū: quod enim plures fuere hoc asperius sentitur, genus esse Theophrastus ait sine nucleis. Radix primo extumescit in nucleos, deinde curuatur: ubi accreuit, ducitur iterum in nucleos, & ex uno plura fiunt, præsertim ullum in nucleos, & ex uno plura fiunt, uellātur. Scopipicum, ut cepæ: nisi matura protinus uellātur. Scorodion à scorodo id est allio, itē ophioscorodo id est allio syluestri differt: q̄q; imperitia medicorū sit, ut allium syluestre pro scorodion in pastillos theriacos addi solet: cum tamen scorodion folio trixaginis non alijs descriptum legāt, si modo autores bonos audire sustinent. Sunt in allio quidē capita sed nō solo: nam & in cepa & in porro capitis & capituli nomē legas apud Columellā. Allioz manipulū Græci *ποσταν* appellāt, adhiberi solitum quibusdā sacris, ut Phorion redo in quibus mos erat allij māsitare, ne unguentam Hipocrates appellat. Caput ipsum etiā dætis uocat: q̄q; dætis lāpadē quoq; pusillā significat. Galenus auctor.

SCORODOPRASON.

CCCLXXXVI.

SINAPI.

CCCLXXXVII.

**S**inapis & sinapi & sinape media producta legitur. Græcia & napy uocat, quasi naphy, ut Ache neus interpretatur: quoniā acri & proinde incōmoda natura esse uideatur: addit & pusillo corpore. Sinapi uero dici putat, quia olfactum luminibus of ficiat, ut allium. Athenienses etiā thapsi & sauriō appellāt. Quinto die post satum cōparet: eoq; semel satum, uix est liberare locum, quia semen candens protinus uiret. Tria eius genera: gracile: secundum, rapifolij: tertium, eruca. Optimū Aegyptiū, præsertim ad sinapismū, in quo usu & Syriaticū probatur. Succus tribus modis exprimit in fictili, calescitq; in eo mot dice ad solem. Exit & cauliculo inciso lacteus, ad dentium dolores cum induruit. Fit & oleum ex semine, ut docuimus: pro pulmētario quoq; in patellis decoquitur, citra intellectum acrimoniæ. Coquuntur & folia

folia sicut & reliquorum olerum. Pythagoras principatum ei dedit inter ea, quorum uis in sublime fertur: quia non aliud magis in nares & cerebrum penetret. Sinapismus à dropace distinguitur: quod dropax cum pice fit, eoque pittotois & pittolis quoque dicitur, hoc est oppicatio: Sinapismus est sinapi conficitur, multoque uehementior est dropace: propterea sinapismus dropax uel precedit, ut præparet: uel consequitur, ut reliquias absoluat. Maxime laudatur dropax galus cognomine.

## NASTURTIVM.

CCCLXXXVIII.

**N**asturtium die quinto enascitur: duorum generum, nite ac syluestre. Prioris quoque ratio duplex, albi & nigri. Nomen ei à narium tormēto, nigoremque uel pro uerbo significat, iubente naster, animusque obacuat: contra, uenerem in hibeat: quāque Dioscorides accendi eam putat. Miræ amplitudinis in Arabia dicitur gigni. Nasturtium herbis reliquis succū adimit iuxta satis, quod ut apud Aristodamum potēram legitur: Hanc Græci non modo carphānem, sed etiam cardamida uocant, ut Galenus inquit, & Hippocrates sauridion, à sinapis, quod & saurion dicitur, similitudine. Miletium nasturtium ueteribus laudatissimum fuisse Iulius Pollux autor est. Perlas id cum sale mensis apponere solitos celebre est, cum principio frugilitatem amplecteretur, mox autē imperio, in omne genus luxus prolapsi.

## THLASPE SIVE THLASPI.

CCCLXXXIX.

**T**hlaspe loculos fert petarum similitudine, in quibus sit semen: folia latitudine digitali & longitudine. Galenus thlaspen, Dioscorides thlaspi neutro genere pronūciat. thlaspiōn & thlasposin Hippocrates, petā Amazonicā Iulius Pollux hedera frōdibus assimilat.

## ARABA.

CCCXC.

**L**egebatur Draba non Araba. Sed huius secundū calce, ubi caput hoc repetitur, arabis siue arabā, non draba scriptū est. Galenus Paulusque nullam mentionem huius herbe faciunt.

## ERYSIMON.

CCCXCI.

**E**rysimon Galli uel arum, irionem Romani appellant. Inter fruges annumeratur, caule ferulaceo ut sesama, flore item ut sesama foliaceo, amarum, fruticosum, folijs eruce angustioribus paulo & sanguineis, omninoque, ut Theophrastus inquit, sesamæ proximum, nisi esset pinguiusculū. Erysimon nostri herbarij significant, quæ uulgo nobilis eruca dicitur, quam & eruce ueræ præferunt, ut mirum sit, quam obrem inter fruges à Plinio constituta uideat.

## PIPER.

CCCXCII.

**P**iperis genera duo Theophrastus constituit: rotundi ut eruum, putamine carneque subrutila ceu lauri bacca, oblongi, nigri, semina continentis papaueracea, quod multo ualidius priore iudicatur. Passim in India sunt, ut Plinius existimat. Que pingunt arborea, iuniperis nostris similes: quam in fronte Caucaasi folibus oppositę, nasci tantum eas aliqui putauerunt. Semina à iunipero distant parulis folliculis, quales in phaseolis uidemus. Piper quod intemperie cœli carbuncularum, lingua Indorum bregma dicitur, significans abortum: hoc & pallidum est & asperitum. Tria cæteri fecere genera: nigrum, quod & commune dicitur à medicis, Dioscoride, Paulo, Aëtio: lenius longo & nigro est candidum. Piper longum facillime adulteratur Alexandri

no sinapi. Emitur hoc in libras xxv. album xvii. nigrum xiiii. utique Plinij temporibus. Nicander Colophonius uetustatis studiosus, non peperis sed peperion appellat. Hippocrates uero medicum pharmacum. Aliud genus est apud eundem Hippocratem Indicum pharmacum, quo fœminæ, quibus anima fœret, ora sibi colluunt. Medicamentum id est, cuius compositionem reddit ipse: ceterum est ubi piper semen Indicum dicitur ab Hippocrate, in quo rotundum, quod inest, myrtidanum uocari prodit. Est etiam ubi rotundum piper strongylen myrtidani scriptum reperias in eodē autore. Syluestre porro tantibus suis est piper. Piperis arborem iam etiam habuit Italia, maiorem myrto, nec absimilem. Amaritudo eadem recentis, & cum laetescit, quæ piperi. Desideratur tota illa maturitas: ideoque & rugarum deest & coloris similitudo. Huiusmodi est & quod Lusitanij regis diligentissimi liburnicæ magna parte meridiani situs ambitu Mauritanicæ circūuectę, retulere hoc anno: sed abest illa, ut dixi retorruda rugosaque maturitas: nā solibus tostum piper, è candido & leui mutatur in nigrum rugosumque. Adulteratur iuniperi bacis mire uim trahentibus: in pondere uero multis modis. In Aegypto granum piperi simile paulo tantum maius nascitur, corsion uocatum, ut Straboni placet. Est etiam in India piperis granis simile, quod uocatur garyophillon grandius fragiliusque. Tradunt in loco Indico id gigni. Aduehebatur odoris gratia, nunc & cibi ut piper, Septentrionis maxime populis. Paulus Aegineta caryophyllon non garyophillon uocandū existimauit quasi nucifolium: etiam si hęc inquit nō habet naturam, quæ nomine præ tenditur, sed flores arboris cuiusdam Indicæ festucacei sunt & nigri, longitudine pollicari, acres, odorati, subamari. Lignum eius xylocaryophyllon appellant. Ab huius odore uiolarum genus altilium caryophyllon, uulgo dicitur ubique modo nascens.

## ZINZIBER AVT ZINZIBERI.

CCCXCIII.

**Z**inziber in Arabia & troglodytica in uillis nasci dicitur. Parua herba, Pretiū radicis in libras vi. Quidā hęc & siniberim & gingiberim appellant. Facile pertundit zinziberi ob incoctā quandā & excrementitiā corporis uliginē, ut Gale. inquit.

## HYDROPIPER.

CCCXCIII.

**H**ydropiper quale sit in Plinio, nondū cōperit nā piperitis, quæ & siliquastrū dicitur, nō nihil ab hydropipere uidetur differre, non solū medicinæ usu, uerū etiā descriptione: monstrat enim caule rubro & longo, densis geniculis, folijs lauri, semine albo, tenui, gustu piperis, uulgo dicta costū. Distat porro siliquastrū à salicastro, ut in mentione sua docebitur: sicut & à siliquaastro: Etenim siliquastrū herba nō est, sed antiqui generis sedile, ut Pompeius inquit. Georgius Tiphernās siliquā cerauniā in Strabone siliquastrū interpretatus est pessimē. Nō desunt que Persicariā modo nominatā hydropiper esse suspicentur: quāque folium Persici huic reddatur, unde nomen: hydropiperi uero mentæ atque lauri. Est & in folio Persicariæ liturā, maculæ modo inscripta: quæ si fuisset in hydropeperi, fortasse non omisissent autores. Est ergo Persicaria folio Persici, flore candido, spicaceo, gustu acri, semine minuto, caule nodoso, rubenti, longo: quæ sunt omnia & hydropeperi tributa. Liberum sit æstimantibus iudicium.

## PTARMICE.

CCCXCV.

Ptarmitice

894 **P**armice subfalso herba gustu, diptarmice à quibusdam uocari solita, quoniam sternutamentum iterari faciat.

STRUTHION. CCCXCVI.

**S**truthio à nostris radícula uocatur: spinosa herba, non tamen acanacea. Flos sine odore, spectabilis æstatibus, caule lanuginoso: semen nullum: radix magna, quæ conciditur purgandis lanis: mirum quantum conferens cædore mollitiæ. Nascitur fatiua ubiq; sed sponte in Asia Syriaq;, saxosis & asperis locis præcipua. Trans Euphratem tamen laudatissima, caule ferulaceo, tenui, & cibus indigenarum expetita, & tingenti quicquid sit, cum quo decoquatur. Folium oleæ à medicis aureum poculum uocatur. Hippocrates commendat nascetem in Andro insula litoribus. Ab hac similitudine potiorum quoddam uasculum fortasse struthion appellatum sit. Smyrnæa mulier Galena, florem hunc non struthion, sed strythion uocauit. Porro struthion Latine, ut est apud Festum, à salacitate passeris, membrum uirile significat, præcipue in mimis: ut qui passerem in Martialis & Catulli uersibus aliter accipiunt, nihil mihi dixisse uideantur: ne quis in eare Politianum, quia sine autore loquitur, somniasse cauilletur.

CYCLAMINOS. CCCXCVII.

895 **C**yclaminos à nostris rapum, & tuber terræ dicitur, ut inquit Plinius, non malum terræ, ut Theodorus putauit: nam malum terræ, ut Dioscoridi uidetur, aristolochia est: erraticum uero malum à Plinio uocatum, & ad calculos radice commendatum, quale genus sit, nondum comperi: præterquam si quis pro anthemide accipiat, quando utilem uescere uisus eam nouimus, & χαμαιμύλον hoc est malum terrestre dicitur à Græcis. Cyclaminos folia habet minora quam hedera, nigriora & tenuiora sine angulis. Flos ei, ut Plinius scribit, Colossinus, & in coronas admitti solitus: Est autem genus in eo nomine coloris, ut Straboni placet, à Colossis urbe Troadis, ubi præcipua lanitij commendatio fuisse, quemadmodum Laodiceæ coracium pecus, à colore item uelleris appellatum. Sed cum duo florum genera cyclamino reddatur, purpureum & candidum, uter eorum Colossinus dici possit, extimandum relinquimus. De coracino Leodicæsum uellere etiam Virruuius. Pernicialia cyclamino cum odore sunt odia: siquidem aduersam ei brassicam inarescere affirmant. Sphæritis herba quæ sit Aëtio, non constat: quid si cyclaminon interpretare: cum quod alopecias emendat, tum quod cyclaminos orbicularia Latine dicitur, hoc est sphæritis.

ALTERA CYCLAMINOS CCCXCVIII.

897 **C**yclaminos altera est cui nomen ab hederae floribus impositum *μαράνθη*, de qua hic agitur. Plinius & tertia cyclaminon demonstratam sibi prodidit, cognomine chamæciffon, uno omnino folio, radice ramosa, qua pisces necantur: ideoque hæc proprie ichthyoteram uocari autumo: quæ nomen hoc à Dioscoride cyclamino primæ datur.

DRACUNCVLVS maior. CCCXCIX.

**D**racunculus à caule uario draconis more dicitur: siue à cauda, quæ illi subrutilla est, & draconis intorti modo conuoluta. Dissonat aliquantum in hoc genere scriptores: alij dracunculum ab aro separantibus, alij idem existimantibus. Glaucias dracunculum syluestre arum uocabat. Phæniarum aroniam: aliqui radicem aroniam appellauere, caule dra-

cuntion. Theophrastus aron putauit genus esse, sub quo species quasi multæ continerentur. Dioscorides quoque quatuor uidetur fecisse genera: dracunculi maiore, dracunculum minore, aron & arisarum: quæ in describendo aro discrepat à Plinio. De dracunculo quoque parum conuenit inter eos, ut sequenti capite liquebit. Dracunculus hordeo maturescere fodiit luna crescere, serpentiaria sunt qui uocent. Inuenio apud Hippocratem & ophirin herbam, semine muliebribus medicinis uirili probaris nec an eadem sit cum dracuntio satis constat, etiam si à serpente nomen habeat. Idem Hippocrates candidam radicem cum nominat, dracuntij radicem, ut Galenus uult, intelligit.

DRACUNCVLVS minor. CCC.

**D**racunculi duo sunt Dioscoridi, maior & minor, ut prædiximus: Plinio tres: Vnus folijs betæ, non sine thyrsio, flore purpureo, similis aro: Alter radice longa ueluti signata articulo sita, tribus omnino cauliculis: Tertius folio maiore quam cornus, radice harundinea, totidem (ut aiunt) geniculata nodis quot habet annos, totidem etiam folijs. Aëtius dracunculum semen occultari terra, & piperi simile describit. Osi- tores & draconem uocatam serunt, huic toto genere dissimile, quæ mirabili quodam modo nasci prædicant ex lini semine incluso raphanis, aut scillæ bulbis, atque in terra obruto: pusilla herba, nigro ac minuto semine, folio tenui & oblongo, acri & utranque originem prodente, lingua & folio & radice amburens, & aceti & salis gustu. Pyrethrum sunt quæ à ueteribus appellata falsolis uocantur institui quicquid crudum mādatur ex aceto, sale, oleo: quauquam ortos suos præfici acetaria uocabant: non ab aceto, ut quidam rati sunt, sed ab accipi- piendo, quasi acceptaria: quippe quos ut inquit Cicero, quasi altera succidia ueteres habuerint. Ab eodem uerbo & acetabulum deducitur, etiam si Græci oxybaphon ab intinctu aceti nominant: ita enim aceto uas dicatum uocabatur, ut Athenæus testatur: quæ & mensuræ genus significat, quod & cochleare dicimus.

AROS. CCCCI.

**A**rorum Theophrastus inquit radices inhibita germinatione sunt altiles, folijs uidelicet terra obrutis. Prægrandia hæc sunt, ite caua, cucumeracea. Radix nuda cortice, quæ madi possit: nam & folia in aceto inquit decocta eduntur, nec in sua uisibus est, caule ei nullum reddendo. Differt à dracunculo, si Plinium sequamur, qui radicem habet nigram in latitudine rotundam multo maiorem, & qua maius impleatur dracunculus subrutilla & intorta. Semen feruens ac mordax, aro lenius, quod & Galenus confirmat. In cibus aros foemina præfertur, quoniam mas sit dulcior, & in coquendo lentior. Folijs ari caseum ne computrescat, seruari affirmat: quod quidam à Dioscoride maiori aut minori dracunculo tribuitur.

ARISARON. CCCCII.

**A**risaros, siue arifarum in Aegypto nascitur, similis aro herbæ, minor tamen multo, minoribusque folijs, & utiq; radice, quæ tamen olivæ magnitudinem prægradis impleat: alba geminum, altera unicum emittente caulem. Corrupte nomen huius herbæ medici, ut ab ipsis iam non arisaros, sed detritis duabus literis, aarus dicitur: quod quidem in asari mentione testati sumus. Est & aris herba Hippocrati, nec qualis sit, & an pro arifaro capienda sit, non constat. Aris & instrumenti quoddam genus est.

ASPHO.

**A**sphodelus de clarissimis herbarum hastula regia uocatur: radice cibus apta, folio porri syluestris angusto, praelongo, subleno, cau- le precellenti qui cubitalis est, & sæpe duum cubito- rum: antheriscos siue anthericos à Græcis, albus à nostris proprie uocatus. Differt antheriscus ab an- thrisco, ut ex mentione scandicis facile colligitur. Asphodelus & aqua & sicco uiuit: lignosum ei se- men, copiosum, triquetrum, colore atro. Nascitur in orbiculo subiecto flori, decidens cstate, folliculo de- hiscente. Particulatim floret asphodelos, incipiēs ab imo. Vermes in eo uolucres, specie floscolorum ero- so floris incipientis operimento euolant. Proprium huic cauli, q̄ tametsi leuis & angustus, in ramulos tamen funditur superne. Torretur hic in cinere ad elum: Item bulbus cum semine, oleo & sale addito, cum ficis quoq; tunditur, præcipua uoluptate ut ui- detur Hefiodo, in syluis eum nasci prædicant. Men- tionem asphodeli & Homerus fecit. Heroion siue ut alij codices erineon appellatum ab aliquibus uideo. Cochleæ terrestres mire in Campania cuulem eius persequuntur, & sugendo arefaciunt. Bulbos eius naps modicis similes octoginta sæpe simul acrua- ros autumno colligunt, cum plurimum ualent. His mures necantur, & cauerna præclusa immoriuntur. Amuletum esse putant in domibus ante portas satū. Hellenicus prodit quosdam esse Nomadas in Libya, qui nihil aliud possideant q̄ situlam, gladium, & cali- cem, & ex asphodelo calulam, umbre tantum gratia, quam & circumferant. Eius tamen genera duo faci- unt, albuscum intelligentes candidum, cui scapus cu- bito amplior, purus, leuisq;: asphodelum uero, siue hastulam regiam, cui acinosus sit caulis. Dionysius discruit sexu, marem & foeminam pronuntiando in ea.

Græci appellant: hand scio an hic sit, qui per initia mensis Aprilis Narcisso similis erumpit, maioribus diuisuris, ceu stella quaternis folijs candidus, cum ca- ocis interioribus & odoratus, fronde porracea, radi- ce bulbosa ceu allium, sine odore, glutinosa. Bulbū ruffum Græci βολβόν & Hippocrates βόλβιον πύρρον uocant, inuenio apud Hippocratem genus syluestris oleris omoconitidem siue oloconitidem nocari, dul- cem, bulbo simili radice, uerum parua, & oliuæ magnitudine, ad secundas trahendas utili.

## SCILLA.

CCCCVI.

**S**quilla, siue ut Varro appellat, Squilla, Hippocra- tes uero etiā scella & terra & mari aliè. Radix sit bulbus an cyma, siue fructus, à Theophrasto du- bitatur: qm̄ sunt q̄ radicem in ea geminā demōstrēt. Vt cūq; tenera esu est, nō om̄is, sed ei<sup>9</sup> que ab usu epi- menidia scilla dicit, angustiore folio ac leuiore q̄ reli- qua eius genera, quibus omnino lata ea sunt. Germi- nant celerius quædam intra scillam confita: nam & fructus condendos præsertim granata seruat, exem- pto pediculo prius. Folio caulis, ut in croco & Nar- cisso profilit. Florere ter dicitur, singulis floribus sin- gulas sementes quæ ternæ, denuntiat. Cum senuerit, folia demum emicant. Scillarum in medicina spe- cies duæ: alba, quæ masculus: nigra, quæ foemina. Genus unum scillæ aut bulbum eius omnem Hippo- crates schoenon uocat, ut Galenus inquit; quanquā sunt qui schinon scribant, non schoenon in Aristo- phane poëta.

## PANCRATION.

CCCCVII.

**P**ancration quam & scillam pusillam uocamus, folijs lilij albi crassioribus aspicitur.

## CAPPARIS.

CCCCVIII.

**C**apparin siue ut Palladius cappar, alij diligen- tia marcescere affirmant, alij negant. Frutex est firmioris ligni, seminisq; & cibi uulgati: caule quoq; una plerunq; decerpto, aculeatos rosæ modo ramos habet: folio quoque horridulo ac spino- so, radice una, caule humili. Germen & flos æstate ro- seus odoratusq; folium ad uergilias usq; uiget, fabu- losis macrisq; gaudet. Quatuor ei genera, Arabicum quod & pestilens est, ut Plinius & Galenus ait: Afri- cum, Marmaricum, Apulum, omnia quondam infe- sta, nunc mitia unde cunq; illata. Quidam cum phyl- lostaphylon ophostaphylen uocant. Innocentius Italicum cibo. Capparis nisi area desossa, hoc est cir- culari scrobe coërceatur, & ripis undique circumstru- ctis lapide, late serpit, euagaturq; per agros, & cogit solum sterilefcere.

## LEPIDIVM.

CCCCIX.

**L**epidiū Aegineta Paulus Hiberida siue Hiberia- da iam uocari coeptū scribit, à Galeni (ut arbi- tror) tēporibus. Lepidiū ab eo q̄ lepidas & ma- culas in facie deiiciat ac repurget, quas Columella fu- cas uocauit, appellatum Græci putant. Idem autor Columella duo genera lepidij esse intelligit, syluestris & satiuū: ut syluestre quidam accipiant pro Hiberi- de, satiuū pro lepidio. Peregrinum, inquit Plini- us, fuit & lepidium: seritur à fauonio. Dein cum frutificauerit, iuxta terram præciditur, tunc run- catur stercoreaturq;. Per biennium hæc, postea is- dem fruticibus utuntur, si non sæuitia hyemis im- pediat: quando impatientissimum est algoris. Exit & in cu-

**B**VLEVS VOMITORIVS. CCCCIII.  
Bulbus uomitorius, à Græcis *εμετικόν* uocatur, folijs nigris.

## BVLVS ESCULENTVS.

CCCCV.

**B**ulbi folium angustum, ut omnibus fere bul- bosis. Radice seritur hortensis: nam semine partim primo, partim sequenti anno proue- nit: quod & in hauena, loto, betaq; conspicitur. In Taurica Chersoneso tam dulces sunt, ut crudi man- dantur. Laudatur ex Alcathe Pelasga, ut Ouidius ait, urbe, candidus, hoc est, ut puto Megaricus, auto- re Pausania, sed ad Venerem. Idem autor: Daunis an Libycis, bulbus tibi missus ab oris, An ueniat Megaris, noxius omnis erit.

Est & bulbi genus circa ripas amnium, cuius inter- esculentam partem, & summum corticem lanæa cō- tineatur natura, ob id eriophoros appellatū, ex qua- uestes quoq; fiunt. In Indis bulbi non lanigeri, sed cri- niti nascuntur. Bulbis amaritudo in uertice. Habetur & bulbina rubicundo radice bulbo: Item candido & squamis carente, folijs paracæ, ut inquit Plinius. Codices antiqui non paracæ sed paruis habent: Ego porracis legendum existimo: quando quidem ita modo cernit bulbina, quam Maurice huberigi co- gnominat herbarij, folijs croci, flore uiolæ purpu- reo, siue ferrugineo in spicis, nigro semine. Sylue- strum bulborum florem coronis inferuere ueteres, anemonem uocantes post Narcissum, ut Theophra- stus inquit, exeuntem uere. Codion bulbi eum flore Græci



in cubitalem altitudinem folijs, nō ut Hiberis nasturtij, sed laurinis utiq; per initia, uerum mollibus. Post gladioli retulsi ferē speciem accipiunt, ususq; eius propter acrimoniam non sine lacte. Herbarij modo hęc non lepidium, sed raphanum appellāt, in Pannonia frequentem, ubi ferunt eam non aliter q̄ radicis scobe. Paulus lepidium, inquit, quod apud nos habetur, folio lauri, sed matore multo nascitur, quod ei tamen ætate nullum est.

## B A T R A C H I O N. CCCCX.

**B**atrachion siue ranunculus, siue strumea, quoniam medetur strumis: nam strumus solani genus est. Dicitur & apiastrum ranunculus, hoc est apium syluestre, uenenatum in Sardinia, manifeste Nigidij doctissimi uiri errato, qui apiastrum pro melisophyllo appellat: q̄ hunc & Varro sequitur & Dioscorides. Opacis gaudet. Primū genus cui & color liuidus ad latitudinem maluæ accedentibus folijs. Secundo generi, caules ut Plinius inquit alti, ut Dioscorides minores q̄ priori, nisi librariorum culpa fuerit *μικροκαυλίτρον* pro *μακροκαυλίτρον* scribentium. Genus ab his diuersum in totum uidetur, batrachio, cognomine polyanthemus, caustica uel exulcerans cicatrices, & ad colorem eas reducens, & uicilignes concorporans: neq; aliter indicatur à Plinio quale sit: nisi quis & hoc in unam quatuor specierum contribuat ac reponat, illam uidelicet, quam plurimis foliorum diuisuris & Plinius & Dioscorides deliniāt, uulgo dictam pes coruinus, alteram omnino q̄ coronopus, de qua superius habita mētio est. De uenenato Sallustius: In Sardinia, inquit, quædam herba nascitur, que Sardoia dicitur, apiastrum similis. Hęc ora hominū & rictus dolore cōtrahit, & quasi ridentes interimit. In ea insula, ut Pausaniæ ac Solino placet, locis riguis prouenit iusto largior: nec tamē aquas inficit. Strabo ex hac ipsa herba Hispanos toxicum genus conficere, quod urgente uel maiore haustum, citra dolorem humanis rebus exigat, à qua *σαρδάνιον* uulgo *ελάων*, quod & Dioscorides in uenentis meminit. Homerus Sardanion Risum uocauit illo uersu.

*μείλιον δὲ θυμὸς Σαρδάνιον μάλα ζῆον.*

Meminit & Plato in Repub. Timæus aliam originē proverbio huic reddidit, aliam Clitarthus, aliam Sophocles & Simonides poetæ: nos id in annotatiōes Plinianas distulimus.

## A N E M O N E. CCCCXI.

**A**nemonen quidam fremium uocari putant, sed scribendum est phenion, autore Plinio. Edit florem suum haud multo post germen. Erumpit autumno post aphacem à primis imbris. Inter aculeatas, sed mitioris generis anemonem collocant. Quatuor sunt nominis huius fastigia: duo coronis dicata, hoc est syluestris bulbi florem uocatū anemonen, & aliam anemonen, quæ Timonia siue Limonia potius cognominatur, post heliocyson florentem, & cum uiola nigra uere. Duo medicinis, syluestrem & satiuam, de quibus præsens mētio copiosissima omnium est, phœniceum florem habens inter satiuas. Satiuas omnibus folia apio similia, nec ferē semipedalem excedunt altitudinē, cacumine asparagi. Flos nunq̄ se aperit, nisi uetō spirante, ob id anemonem existimauere, dicemus in loco. Nicæder anemonem, anemonida solet appellare, eamq; ex Adonidis cruore natam prodit, Sosibius anemonas à

Spartanis phenidas uocari tradidit. Horus anemone flores inquit, in Aegypto pingi, quoties morbos hominum intelligi uolunt.

## A R G E M O N E. CCCCXII.

**A**rgemonen & argemida uocant dictam à Dioscoride, ubi de anemone loquitur. Folia habet anemones æqualia, & apij modo secta: nascitur in aruis apud nos, ut Plinio placet, generatius tria faciens, ut id demum probetur, quod radice eius tria faciens, ut id demum probetur, quod radice thus redoleat. Diuersum uidetur gen<sup>o</sup> esse quod apud Plinium argemon uocatur. Argemones radicem Eupatorium à recentioribus appellari quādoq; uideo, auctoritate (ut arbitror) Dioscoridis in anemone hoc inuenta, ut aliud tamen intelligatur genus esse, quod Eupatorium proprie uocari solet.

## A R G E M O N E A L T E R A. CCCCXIII.

**A**rgemonen serpentibus & uenenis aduersari nouimus, & ob id fortasse nomen habet, cum sit arges Hippocrati nomen anguis, ut Galeno placet.

## A N A G A L L I S. CCCCXIII.

**A**nagallides frutice tenero, nō altiores palmo nascuntur in hortis & aquosis. Prior floret cœrulea. Mirum q̄ foeminam pecora uitā: aut si decepta similitudine (flore enim tantum distant) degustauere, statim eam quoq; (asyla, siue ut alij cōdices scripsere, casyla uocatur, à nostris ferus ocul<sup>o</sup>) in remedio quærunt. Præcipitur effossuris ante solis ortum, ptiusq̄ quicq; aliud loquātur, ter salutare eā, tum sublatam exprimere, ita præcipuas esse uires. Anagallin Dioscorides *σαυρίτιν* quoq; dici perhibet. sicut exemplaria in quibus gauritis non sauitis legatur. Hippocrates anagalgalin dicendo uilem mordēdis & afflicandis ulceribus, anagallidem uidetur intellexisse. Aëtius nycterida herbam ad oculorum albugines cum probat, pro anagallide, ut puto accipiendā reliquit, quādoquidem & nycteritis à Dioscoride uocatur. Errant qui passerinam uulgo dictam florem candidum ferentem, anagallida existimant: quem admodum & qui myosotin, id est, muris auriculam pro anagallide compictam præferunt. Anagallidem phœniceam à colore Paulus Aegineta coralliu quoq; dici meminit: de quo & compositioni datum nomen, quod *λιανθράλλιν* q̄q; & pastillus est hoc cognomine, sed in eum lapis corallius, non hęc herba sumitur.

## H E D E R A. CCCCXV.

**H**ederam frutices quidem uendicant, sed arborum magnitudinem crescendo æquat. Folia primo angulosa, processu rotundatur. Multa ei genera. Humi repit chamæcissos, de qua in loco Celsarum tria capita, candidum, nigrum, & helix, id est, clauicula siue pampinus uocata. Candidum aliud fructu solo, aliud fructu & folio, id quod fructu solo candet, aut crassiusculum, densum globatumq; habet eū, & corymbias uocatur: Athenis uero acharnicon irriguum aut minorem acinum sparfioremq; racemum & Silenition appellant. Simili modo in nigra, cui & suæ quædam differentia sunt, sed minus perspicua: alicui enim semen nigrum. Alij crocaceum, cuius coronis poetę utantur: folijs minus nigris, quam & Nysiam, & Bacchicam, & Dionysiam uocabant, maxime inter nigras corymbis: cuius duo genera fecerunt, à colore acinorum, erythranon, & chrysotharpon. Helix ab hedera distat apertissimo discrimine: Primū folia huic angulata, concinna, exiguā,



COROLLARI,

321 **T**elephion uagum & cōmune plusculis herbis nomen. Dioscorides senos septenosq; ab radice ramos ei tribuit, Plinius etiam octonos. Differre hanc merito existimant ab alia quam diximus hoc libro Telephion, & andrachnē agriam uocari, quandoquidē tam Dioscorides q̄ Plinius medicinas

earū atq; notas seorsum utriusq; reddūt, cen duorum generū. Telephion hic descriptā, sunt qui eam putēt esse, quā Romanæ officinæ pulmonariā uocāt. Vegetius in mulomedicina pulmonariā siue pulmonariā appellat, quā & consiliginem dici tradit, bubulcis & mulomedicis, hoc est, ueterinarijs, præclare cognitā

SECUNDI COROLLARI LIBRI FINIS.

**HERMOLAI BAR-**

BARI PATRITII VENETI, ET AQVILEIENSIS PATRIAR-

chæ, in Secundum Corollarij librum, PRÆFATIO.



**COMPLESSE MIRACVLVM SVI NATVRA VIDERI POTERAT,** cum tot odores, tot succi, tot arborum fructus: hinc animalia, rursus & Cereris dona, atq; hortensia recensita sint: quæ omnia parens illa optima, ne nulla nō parte sui prodesset, non ad usum tantum mortalitatis, uerum etiam ad uoluptatem edidit. Hæc igitur natura peculiaris laus, hæc præcipua dos fuerit, & tot ad usum nostrum genuisse, & cotidie gignere, quæ occultas in se singula uires habeant. Nec contenta una altera uel terrarum parte munificentiam suam ac opes ostentasse:

totum orbem beneficentissima complexa est: nullo certe maiore eius miraculo, si fateri (quod ille inquit) uerum uolumus. Illa igitur à Mæoticis usq; paludibus herbam Scythicam: illa ab Atlante extra anni cœliq; uias Euphorbiam petere nos docuit: ne deficiente terra, remedia etiam homini deessent. Quid quod & ipsas oceani extremas ad septentrionem insulas, & exustam Aethiopiæ plagam aperuit, ut inde Britannicam, hinc Aethiopicam ad nos afferret? iam ne his tantum profuisse uideretur, quæ aut saturo occurrant, aut cibo placeant, montium culmina, & solitudines alijs inaccesas, ipsius insuper sacre parentis fibras ac uiscera scrutari nos uoluit, ut radices etiā eius penetrabilibus abditis ac semina ad remedia nobis salutaria uerteret: eousq; benignitate progressa, ut syluarū lucorūq; horrida facies medicinis non careat, ipsaq; solitudo opem non minimam præbeat. Quod cum ita sit, peractis his quæ superiore sui parte telus ferat, passimq; alat, eius ad hæc secreta rimabimur, & radices rerumq; semina, uita non minus profutura q̄ superioris à me dicta, iam nunc homini monstrabimus.

**HERMOLAI BARBARI PA-**

TRITII VENETI ET AQVILEIENSIS

PATRIARCHÆ, COROLLARI

LIBER TERTIVS.

AGARICVM.

CCCCXXV.



323

**AGARICVM IN ARBORIBUS** nascitur, fungi similitudine circa Bosporum, colore candido. Masculus amarior. Calliarum quoq; glandiferæ maximæ arbores agaricum ferunt. Est aut (ut dixi) fungus odoratus, in summis arboribus,

nascens, noctibus relucens, & candidus: Ideoq; in tenebris decerpitur. Dioscorides agaricū ueneni uim habere, sed id, quod nigrum est, affirmat: & regione Sarmatarum quæ *ἀρπία* hoc est syluestris dicitur, nasci. Quidā codices non agriam, sed agriam habent: Vtrūq; tueri possumus: primū ex Plinio: Regio, inquit, Sarmatiæ syluestris Hyleum mare quo alluitur, cognominauit: Alterū ex Ptolomæo, qui Agarum & ut bem & amnem in Sarmatia uocari tradit. Appianus Alexandrinus Agaros Scythicam gentem contra serpentium morsus adhiberi solitam refert, propter qd Michridates eos apud se habuerit.

**RHA PONTICVM,** CCCCXXVI.

**R**ha Ponticum, radicē Ponticā à Cornelio uocari censo, à Galeno & Paulo theono, à Plinio rhacoma, nisi deprauatus (quod ferè suspicor) locus sit, uulgo rheu, Aëtius rhaon. Plinius costio nigro similem demonstrat, in cætera cum Dioscoride conueniens. Habetur & rha barbarū multo præstantius efficaciusq; Pontico, sed ante Paulū Aeginetam ferè medicis incognitū. Eius mentionem autor is in compositione quadam ad podagras habuit.

**GENTIANA,** CCCCXXVII.

**G**entianam ubiq; nasci, sed copiosissimā sub alpibus montibus, in Illyrio præstantissimā affirmant, folio fraxini, magnitudine lactucæ, caule tenero, trium aliquādo cubitorū, radice lenta, subnigra, sine odore, aquosa.

**ARISTOLOCHIA,** CCCCXXVIII.

**A**ristolochiæ color ater, foliū alfinæ, ut Theophrastus inquit, rotundius. Nascitur in montibus præcipua. Genus quadruplex in ea Latini seruant: unum rotundæ, quam & pheuxicæ teron uocabant aliqui, folijs inter maluā & hederam nigrioribus

ribus pinguioribusq; qua contusa cum calce, in maris parva, pisces aduolant cupiditate mira, ut ait Plinius, uidiſſe id teſtatus, continuoq; exanimati ſuunt: ob id piſcatores, inquit Campaniæ, uocabant hanc uenenum terræ. Nunc & cyclamini radice id contingit in eadem terra, ut putant. Alterum maſculæ atq; longæ: tertium radice longiſſima, quaſi uitium noſtellarum, efficaciſſima, quæ & Cretica nominatur, flore purpureo, colore buxæ, bacculas ferēs, ut caparis: quæ tamen tria in omnibus quoq; inueniuntur generibus. Eſt & quarta piſtolochiæ nomine, tenior q̄ tertia, denſis radice capillamentis, iunci plenior craſſitudine. Hanc quidam polyrrhizon conuocant, & ſatyron eſſe dicunt, ut in ea mentione docui. Olor omnium medicatus, ſed clematidi, hoc eſt tertiæ iocundior: nardinis quoq; unguentis conueniens. Effodere eas meſſibus tepeſtium eſt. Maxime tamen laudatur Pontica, & in quocunq; genere pondroſiſſima quæq; medicis aptiſſima. Naſcuntur ferè pinguib; locis & plano, ut quidã ſcripſere.

**D**ARISTOLOCHIA ALTERA. CCCCXXIX.

**D**ARISTOLOCHIA ALTERA CCCCXXX.

**D**GLYCYRRHIZA. CCCCXXXI.

**G**lycyrrhiza, ſiue ut Palladius glycyridia. Sūt qui hanc & eryngem eandē eſſe falſo putēt, qm̄ ſpinofa & foliata uideretur. Fruticoſa eſt, præſtantiſſima in Cilicia, deinde Ponto. Adipſon uocatur, quia ſitum famemq; ſedet. Carpitur Vergiliarum occaſu, quæ longa eſt ceu uitis, colore buxæ. Melior nigra, quæ plenta q̄ quæ fragilis.

**C**ENTAURIUM MAIUS. CCCCXXXII.

**C**entaurium maius caules habet geniculatos, folia lata & oblonga, & ab radice denſa, radix tenera fragiliſq;. Durat annis nec ultra duodecim. Cōmendatiſſima in iſis quartū Dioſcorides meminit regionibus præterq; in alpiſ. Dicitur & cētaurea & Chironion, quia curatus ea Chiron ſit, cū Heraculis pertractanti arma ſagitta excidiſſet in pedem. Noſtri herbarij aliud centauriū maioris cognomine demonſtrant, flore luteo, folijs per interualla binis, auerſa parte candicantibus interna uirentibus, ſalice maioribus & connexis ferè.

**C**ENTAURIUM MINUS. CCCCXXXIII.

**C**entaurium minus à foliorū tenuitate & fronde conuocatur, ſicut libadion, quoniã ſecundum fontes naſcitur. Ipſa herba legitur autumnno Succus e fronde aut caulibus conciſis maſtactiſq; xvij. diebus capitur. Hoc centaurium noſtri ſel terræ uocant, propter amaritudinē ſummā. Galli exacon, quoniã omnia mala medicamēta potum exigat per aluum. Eſt & centauris appellata cognomine triorches. Hanc qui eruunt, tubentur accipitrem cauere, dictū à numero teſtium triorchem, quoniã ut Theophrasto inquit, raro nō uulnerātur ab alite, qui colligunt. Tradunt & per ſe inſectam eſſe carpentibus: raro unq; non ferientibus ſe dum ſecant. Hæc ſuccū ſanguineū mittit. Imperiti miſcent has notas, & uni generi aſſignant: nam quod centaurion panaces uocatur, alterius eſt naturæ, ut in panace moſtrabim;. Huius radix minoris penitus inutilis medicinæ eſt, ut Galenus quoq; ſcribit.

**C**HAMAELEON ALBUS. CCCCXXXIII.

**C**hamæleontem album à Theophrasto ixi-nem uocari Theodorus exiſtimauit, quia carduum pineam interpretari uoluit, quæ nihil aliud ē, ut Dioſcoridi placet, q̄ albus chamæleon. Plinius in Theophrasto nō ixi-nem, ſed helxinē uideſ legiſſe. Ferè ſuſpicor utrunq; falſi Theodorū & Pliniū: Theodorū, quia chamæleontē album ixi-am q̄q; dici nouerat: ſed aliud eſt ixi-ne, aliud ixi-a Theophrasto, noni uoluminis initio, ubi non omnibus locis, ſed in Creta lachrymam ab ixi-a, hoc eſt (ut arbitror) chamæleonte albo fundi ſcribit. Plinium quoq; decipi ex iſtimo aſſinitate uocis, helxinem pro ixi-ne capientē, librarijs alterum pro altero ſcribentibus: qui modo parum diligentes, modo nimis ſcioli, peruertunt omnia. Tres igitur herbæ ſunt, helxine, ixi-ne, ixi-a, ixi-a chamæleon albus eſt Hippocrati & Galeno. De helxine ſuo loco agetur, ubi de ixi-na quoq; diſſerendū nobis erit. Chamæleontem album ixi-on quoq; dici uideo, quia uiſcum gignit album, non ubiq; ſub aliſ foliorum, maxime circa canis ortum, cum thura naſci dicuntur. Succus radice decoctæ mures contrahit & necat, niſi protinus aquam ſorbeant. Volentibus ſcire uicturus ſit æger nec ne, præcipiunt radice diluto perfundi triduo qui langueat: moriturum negantes qui tertias uices perferat. Theophrasto autor. Naſcitur æque omnibus locis, capite magno & acano herbæ ſimili, unde quidam inquit eam uocauerat a canon: quod quidē & ixi-ne appellata cōrinet.

**C**HAMAELEON NIGER. CCCCXXXV.

**C**hamæleon niger ſpinofi generis, uerum folijs aculeatis non conſtat. Gelidis & inertibus locis prouenit. Ex nigris aliqui marem dixere, cui ſlos eſſet purpureus: ſceminam cui uiolaceus. Vno naſcuntur caule, cubitali. Vlophyton uocatur, quoniã anginæ modo iuuenas necet, & ab odoris grauitate cynozolon. Ferunt & nigri uiſcum, ſed quod pro maſtiche non ſit, ut ex albo.

**C**ROCODILION. CCCCXXXVI.

**C**rocodilion radice lōga, æqualiter craſſa, odoris aſperi. Aëtius hanc fortaiſſe intelligit, cū radicem crocodiliadis eius, quæ maxima eſt, cōmendat in eo capitū dolore, qui cephalæa dicitur.

**D**IPSACOS. CCCCXXXVII.

**D**ipſacos folio cauo, in quo ſaluſ ros: naſcitur in aquoſis & flumine: Huius herbæ carduus eſt, quo rudes panni, uelut is echino quodã, ut inquit Plinius, ueſtes expoliuntur & colluuntur, floccis ſiue ſimbrijs quas Græci crocydas appellant detractis, complanatis ue. Hic frutex labrum Venetis aut Venereum Latine dicitur.

**A**CANTHA LEUCE. CCCCXXXVIII.

**A**cantha leuce, hoc eſt ſpina candida, ut ſuperius quoq; diximus, aliud genus eſt, q̄ leuca cantha, ſiue leucacanthos, etiamſi & hanc nonnulli Galeno teſte, leucacanthon uocare conſueuerūt. Habetur ſed inter arbores uel promiſcua, quæ ſpinus albus uulgo dicitur, cortice ligni cādido, molli folio, aculeata tota, pruni magnitudine: Quo nomine ueterib; cognita hæc ſit, haud poſſum reddere.

**A**CANTHA ARABICA. CCCCXXXIX.

**A**canthen, hoc eſt ſpinam Arabicam nonnulli hanc eſſe putant, quam Plinius lamam uocauit etiam in India naſcentem, à qua gummi adulterio myrrhæ prouenit, ut in myrrhæ & maſtiche notauiſmus, Eandem hanc cum Aegyptia ſpina acaci

na acaciam fundente nonnulli faciunt: quoniam Galenus & Paulus hanc & Aegyptiam & Arabicam appellant.

## SCOLYMOS CCCCXL.

**S**colymos à Theodoro carduus, diu floret ac sero. Distat à cæteris spinosis, quæ radix eius uescendo est, decocta & cruda, maxime dum florescit, quæ lacteum succum durata emittit. Circa solstitium flos incipit. Senescens in pappos amittitur, quod quidem est huic generi commune. Mirum quæ sine intervallo tota æstate aliud floret, aliud concipit, aliud paritur. Semen uliginosum & armatum aculeo. Folium arefcens desinit pungere. Caput ei Theophrastus contrà quæ Dioscorides, spinosum negauit, sed oblongum haberi dixit: quod in hoc uno tantum spectetur inter ea, quæ lanugines folio spinosas obtinet. Nascitur similis scolymo carduus circa Tegeam, radice dulci, quam cum Pandius statuarum magister escitauisset, alienatus mente fertur. Hactenus Theophrasti de scolymo sententia: nunc quæ cæteri scripsere uideamus. Scolymon Oriens & limoniam uocauit. Frutex est nunquam cubitali altior utique in montibus, & quæ diu syluestris, & nondum altis: alioqui in Mauritania caulis ei duodecim cubitos altus, palmos quaternos crassus esse dicitur, thyrsisque foliorum ac radice dulci: laudata quondam in pauperis cœna. Florente scolymo cicadas acerrimi cantus esse, mulieres libidinis audivissimas, uiros contrà in coitum pigerrimos, scripserunt Hesiodus & Alcæus poetæ. Distat ab hac quæ à Plinio item lemonia uocatur contra serpentes herba lacteo succo manans, concrefcere gummi modo in humidis locis, affirmare non auisim. Est & lemonion pro syluestri beta ueteribus acceptum, grauilapsu Theodori, limoniam quæ scolymus est, pro syluestri beta in Theophrasto capiētis, & aculeato folio eam prodentis. Habetur & anemone genus unum cognomine limonia, ut dictum est suo loco. Sunt qui & cynoglosson herbam limonion appellent: Sanè scolymos carduus intelligitur syluester. Syluestrium autem carduorum genera duo: alterum fructicosum à terra statim, alterum uniuersale & crassius: Vtrique folia pauca spinosa, muricatis caecuminibus, lanuginoso caule: sed alter florem purpureum mittit, inter medios aculeos celeriter canescens, & abeuntem cum aura, qui proprie scolymos dicitur. Radicis horum ex aqua decoctæ natura sitim potioribus uini facere. Hinc illud Columelle de cinara: Quæ dulcis iaccho

Potanti ueniat, nec Phœbo grata canenti.

Quid autem sit in Columellæ uersu mirtiolum in cinara crinem spectari aliquando, nihil habeo quod afferre possim: nisi quis non mirtiolum, sed mirteolū, uel muriceum certe legat: Sunt enim muricata scolymo cacumina, ut inquit Plinius. Murtioli mentionem in Columella & alio loco uideas, ubi hæc uerba sunt ultimo uolumine: Habeto, inquit, uiridis sceniculi semina, & lentisci destrecta & purgata murtiola. Fateor nescire quid sit murtiolum. Scio Murcium montem Romæ dictum, qui sit & Auentinus, autore Festo, ut obiter corrigamus locum in Plinio iunioris, Auentinum & Martium montem ab Anco Martio urbi adiectos proderet: non enim Martium, sed Murcium legere oportet. Scio & intimum circum Romæ à murcis cognomen habuisse, quasi ab urceis, quæ ibi fingerentur, ut Porcilio placet, siue à propinquo Veneris Murteæ

facello, quam postea Murteam & Murtiam uocare cœperint, in Auentino colle, ut Varroni. Hinc & myrtum arborem uulgo, & murtim, & murtellam uocamus hodieque. Plinius certè duobus locis scolymum & medicinas eius ceu durarum rerum descripsit. Cinaram porro carduum intelligunt satiuam: ita enim Lucius Columella uocat. Palladius carduum à cinare, ut quidam autumant, quo lætatur, uocatam. Sunt qui puellæ nomen in eam herbam uersæ intelligant. Paulus & Aëtius scolymon à cinara discriminant: priorem stomacho prodesse, cinaram officere monstrantes. Proxima certe genera uidentur esse. Fuit hæc ueteribus maximè quæstus, ex Carthagine magna & Corduba præcipue, sesteria sena milia carductis etiamnum paruis inferentibus arario. Tantus est earum rerum prouentus, quæ Veneri obsonantur & ganeæ, ut nihil iuuerit portenta quædam naturæ uideri carduos, & quæ refugiant quadrupedum uideri carduos, & quæ refugiant uerteret, des, quo minus in luxum eos humana gula uerteret. Adhibentur cinaræ conuiujs asparagi modo coctæ iuribus: nec sine ijs magnifica, aut ladicialis ulla est cœna, utique si neque locus neque tempus obster. Ligure arcocum uocant quasi alcocalon, ut prima eius uerbi syllaba pro articulo sit, quem Mauritanis omnibus ferè uocibus præponunt, ut in hyocyma mo ex Plinij quoque usu ostendimus. Cocalus uero Græce idem est quod strobilus, hoc est nux pinea, cui similis est scolymus. Dioscorides, Romani scolymum uocant, inquit, strobulum. Nondum inrepsit hoc ferculum Venetijs: una tantum eius planta Mauriano uico cernitur in hortis barbaricis.

## POTERION.

**P**oterion circumfoditur antumno præciditurque ad succum. Radices habet multas, bene olentes, sed duas aut tres, cubitorum binum. Galeus hanc neuradis appellatione intelligit. In Plinio non poterion sed pontirrin, nec phrynion, ut in Dioscoride, sed parcenion xxvij. libro legi uideo, corrupte utrunque. At xxv. non parcenion, sed phrynion, nec pontirrin, sed polyrrhizon mēdose item scribitur. Phrynion porro à rubetis ranis dicta est, quibus aduersatur: eas Græci phrynos uocant.

## ACANTHION.

**A**canthion spinulam significat: est enim sping alba proxima, sed minoribus multo folijs.

## ACANTHA.

**A**cantha siue acanthos, topiaria & urbana est herba, elato longoque folio, crepidines marginum assurgentiumque puluinorum toros in hortis, historiali facilitate uestiens. Duo generaeius sunt, syluestre aculeatum, crispum, quod & breuius est, agriacanthos appellatum: alterum lenac satiuum quod proprie pæderota uocant, alij melanphylon, de qua hic agitur. Vnguenti quoque genus est quod pæderota nominabant, quo & Demetrius Phalereus sibi os linebat. Alexis poeta sceminas, quibus nimis candida cutis esset, pæderote uti solitas, in comœdia significat: quod & Aegyptium unguentum dicitur, ut in fracte diximus. Pausanias autor est, genus herbæ Sicyonis in uno tantum Veneris sepio nasci, pæderota nomine, folio minore quæ sagi, maiore quæ ilicis, & omnino quernis simili, altera parte candido, altera subatro, ut alba populi: hanc ibi tantum spectari, præterea nusquam gentium. Sit autem acanthus hæc uulgaris spina, cuius & in aspalatho meminitur.

almus, nec ne dubito. Plinius certe duobus locis, altero acanthon, altero spinam uulgarem appellando, eandem utriusque medicinas tribuit. Spina est & appendix uocata, quoniam baccæ in ea puniceo colore nominentur appendices, siue ut ueteres dicebant, ampendices. II & lumam pratenfis spinæ genus appellabant, & ab eo lumecta & lumarias falces, auctor Varro: dictam ita, quæ à terra soluunt, id est, lumunt eas agricolæ. Acanthos Seruius inquit grammaticus, in Aegypto & Cyrenaica insula nascitur, sed homo literator, herbarumque parum gnarus, cum spina Aegyptia cõfundit, quæ ab acantho proxus alia est, ut facile dignosci potest.

**AGRIACANTHA.** CCCCXLIII.  
DE Agriacantha, hoc est syluestri spina, proxime dictum est, ubi alterum spinæ genus syluestre nominauimus.

**ANONIS.** CCCCXLV.  
Anonis & ononis quandoque dicitur, ut Galeno Theophrastoque, spinosa post uer, folio rutæ, aculeata ramis, ut tribulus. Nascitur solo unico. Propagat se in annos, ideoque runcanda & exurpanda tota est, cum terra maderit imbribus. Germinare incipit æstate, à frugibus perficitur autumno. Durat anno folium toto caule per interualla collocatum ut corona. Flos mutilus in siliqua nec confepsus. Est & alia ononis cognomine flomitis, quæ à Dioscoride onosma dicitur: quanquam sunt qui onomida non ononida uocitent, hoc uolumine à nobis reddendam. Ononim portò dictam Photion uult, quæ asinos se ad illam terentes & scabentes iuuat. Plinius anonin similem foeno Græco, Dioscorides lotum foenariæ aut rutæ faciunt, ut æstimare liceat lotum foenariam cum foeno Græco eandem uideri, aut perfimilem.

**LEUCACANTHA.** CCCCXLVI.  
Leucacantha siue leucacanthos, ab acantha leuce differt, ut sæ penumero commonui: priorem Græce Plinius fere appellat, posteriorem Latine spina candida, id est, acantha leuce.

**TRAGACANTHA.** CCCCXLVII.  
Tragacantha siue tragacanthos, radicem spinæ albæ continet, in Creta nasci tantum creditur: sed & in Achaia & apud Medos quoque prouenit, in Arcadia largissime: nec Cretica deterior, aspectu tamen prelatæ. Lachrymam non incisura sed sponte manando spiffescere, Theophrastus existimat. Pretium Creticæ in libras tredecim apud quam uidelicet & dignatio remansit.

**ERYNGION.** CCCCXLVIII.  
Eryngion clara in primis aculeatarum herba est. Genera eius duo, albicans & nigricans: priorem Græci hecatocephalon, nostri centumcapita uocant: omnes caule & radice in cibos Græcorum receptæ, utroque modo, siue coquere libeat, siue cruda uesci. Radicem eius alterutrius sexus similitudinem referre prædicant. Raram inuentu: si uiris contigerit mas: etiam amabiles fieri: ob hoc Phaonem Lesbium dilectum à Sappho. Ipsa dura, fruticosa, caule geniculato, cubitali, maiore aliquando & fatiua quidem est: sed & sponte nascitur in aspectu saxosis, & in littoribus maris, durior nigriorque folio apij. Sub solstitio colligi eam iussere quidam. Sunt qui & acanon eryngion ascribant, sicut & gly-

cyrrhizam falsò Asclepiades, ut meminit Aëtius. Eryngion cui ἑρῆον hoc est montani cognomen est, folijs describit paruis & angustioribus, flore aureo & oculi figura. Ex eryngij radice Gallia cisalpina confectionem cum saccharo aut melle condit, eryngiatum uocatam.

**A L O E.**

CCCCXLVIII.

**A**Loë laudatissima ex India, post ex Syria Coele, ut Galeno placet & Arabia. Improbatur & Syria quasi multo diluitor & languida. Serit eam Asia in turbinibus cadorum, ut sedum maius. Caulis eius tener rubet medius. Inuenitur & per se la chryma adhærens, ob id pauimentandum ubi sata fit, præcipiunt: ne lachryma quæ manat, absorbeatur. In Iudæa super Hierosolyma fossilem gigni & metallicam, fuere qui traderent omnium deterrimam, humidissimam, nigerrimam. Negat id huius operis præfatione Dioscorides. Familiarem tonstrinis aloën nemo ignorat, uirentem semper, propterea semperuiuum marinum appellatam uulgo. Aloidarium uero medicina dicitur ex aloë, ad uentrem soluendum, in Oribasio, Philagrion, Aëtio.

**A B S I N T H I V M.**

CCCCCL.

**A**bsinthium frigidis prouenit. Latinarum ferijs certabant in Capitolio quadrigæ, uictoribus absinthium bibebat: sanitatem interpretantibus in eo præmio maioribus. Poëtæ Græci sunt qui apintheum quandoque dixerint. Hippocrates absinthium Cyprium commendat.

**ABSINTHIUM SERIPHIVM.**

CCCCCLI.

**A**bsinthium seriphion siue seriphon, angustius priore minusque amarum. Absinthij genera plura: uulgare siue Ponticum, de quo diximus: seriphium, id est, marinum, de quo hic agit. Ponticum à Ponto ueniens, ubi pecora pinguescunt illo, & propterea sine felle reperiuntur, neque aliud præstantius, multumque Italico amarior, sed medulla dulci. Tertium Santonicum à Gallicæ ciuitate appellatum, à Columella uero Santonica herba dicitur.

**ABSINTHIUM SANTONICVM.**

CCCCCLII.

**D**e Santonico proxime dictum est. Illud notatu dignum arbitror, Santonicum absinthio similius describi, quam seriphium, aut quod idem est, marinum: quoniam marinum abrotoni potius, quam absinthij figura demonstratur ab Dioscoride ac Plinio, ut prædixi. Recentiores contrarium decernunt: & sanè uidentur haud falsa dicere: marinum, siue seriphium docentes, absinthio quam abrotono similius: Santonicum abrotono quam absinthio. Marinum certe id quod passim in littoribus, & secus mare nascitur, sapore salso, & folio albicante, notum omnibus, nihil fere commune cum abrotono. Galenus quoque: Seriphium, inquit, & conspectu & gustu absinthio simile est, præterquam quod minus linguam astringit quam absinthium, sed plus exalfacit, & cum quodam salis gustu, amarum sentitur.

**A B R O T O N V M.**

CCCCCLIII.

**A**brotonum campestre, ac montanum: hoc foeminam intelligunt, illud marem. Amaritudo absinthij in utroque. Vacuum sponte prouenit, cacumine suo se propagans. Seritur quoque, sed melius semine quam furculo aut radice. Numerosum eius semen, Radix una quæ alte

COROLLARIUM,

descendit, cæteris in summo terræ leuiter hærentib<sup>9</sup>. Floret cū fraxino. Siculum laudatissimum, dein Galaticum. Pamphilus abrotonum à Romanis Santonicum appellari credit, à Galeno reprehensus. Græcum uulgus à contrario melicinem uocat abrotonū, sicut semen acris, & ab interitu tinearum helminthoboranon. Dioscorides à quibusdam thelyphthoron, & thelythamnon & glycyrancona dicit appellari. Sane q̄ uidetur ij ad historiam & uetus prouerbium respicere. Ea est huiusmodi: Lydi gens in libidinem effusissima, foeminas ingenuas constuprare in hortis, ad hoc flagitium quæsitis amœnitatibus excultis, aliq̄ diu impune solita est, demū Omphale mulier, dominatione haud magno negotio effœminatis & luxu disfluentibus excussa, imperitare coepit ipsa, ubi eos cruciatibus uarijs affectos ultra est, in uxores eorum desæuijt: inclusas enim eas eisdem sepris prostituit seruitijs: inde uiridario nomen glycyrancon quod & thelyphthori & thelythamni uocabulo significatur, ceu abrotono consitus fortasse locus esset is.

HYSSOPVM.

CCCCLIII.

348 **H**yssoptum, siue hyssopus. Præfertur Hippocrati Cilicium, sed è Tauro monte, dein Pamphilum & Smyræum.

STICHAS.

CCCCLV.

349 **S**tichas odorata herba, hyssopi aut thymi coma. Confundere quidã recentior: stichaden cum stachye: Item cum Santonico, absinthium.

ORIGANVM.

CCCCLVI.

350 **O**rganum nigrum & candidum. Priori nullū semen, candido per quam minutum: id autē cui odor est, Creticum uocatur. Negant in Arcadia erumpere, quò status à mari non accedit. A fatu non ante trigésimum diem emicat. Folia ei cadunt à cacuminibus. Aemulus thymbræ, hoc est cunilæ uocatæ, sapor. Nunq̄ utrunq; additur, quippe si milis effectus. Origanum ei tamen duntaxat Aegyptiū præfertur. De cunilæ tribus generibus in thymbra disputabitur, sicut de cunilaginis quatuor in conyza. Origanum tam pertinaci cum brassica dissentit odio, ut arefaciat sugatq; aduersum. Origani multa sunt nomina. Heracleoticum quod à nostris cunilaca, siue quod magis probo, cunila gallinacea uocatur, ab Heraclea Ponti dictum, uel Plauto teste in Trinumo: In Ponto, inquit, ubi absinthum fit & cunila gallinacea. Sub qua tam Creticum quam Aegyptium intelligunt, de qua præsens mentio. Deinde est organum onitis, de quo proxime differendum est. Tertium Heracleoticum syluestre: Quartum tragoriganum, cuius duæ species à Dioscoride redduntur, quæ à Plinio tributæ sunt Heraclio. Non est autem omnino idem Heracleoticum & Heracium. Prius inter cunilas accipitur à nostris: posterius pro tragorigano sumptum uidetur à Dioscoride. Origanum & organus dicitur producta quæ ante ultimam est syllaba: de syluestri & tragorigano statim prodetur.

ORGANVM IONITIS.

CCCCLVII.

**O**rganum onitis siue prasion. Quidam & ornithis quasi gallinaceum dixerunt, sed genus illud Heracleoticum uocari cerno, quemadmodū proxime indicatum est.

ORIGANVM SYLVESTRE DE

MONSTATVM EST. CCCCLVIII.

**I**n primo genere quod Heracleoticū uocatur, Galenus organū syluestrem, panaces Heraclicū, & cunilam quoq; dici solitum affirmat. CCCCLIX.

TRAGORIGANVM.

**D**e Tragorigano dictum est in origano Heracleotico.

PVLEGIVM.

CCCCLX.

**P**vlegiū ipso brumali die germinat in carnarijs, præflorety, ramulis etiam à parente abiunctis, ut scilla. Nascitur hoc etiam non satum: semel uero satum diutina ætate durat. Magna cum nepeta & menta pulegio societas: Foemina in eo efficacior. Florem habet purpureum: mas candidum. Vtriusq; incensus pulices necat, unde nomē pulegio. Habetur & pulegium syluestre origano simile, folijs minoribus q̄ satium, & à quibusdam uocatur dictamnus, occasione hinc orta dictamnium Creticum Græciegleona, um syluestre nominatū. Pulegium Græciegleona, & Attice blechona, sed & blechra quoq; uocant, ut inquit Dioscorides. Ego blechra Hippocrati pro le gumine quodam accipi uideo apud Galenum. Pulegium, ut dixi, brumalis herba dici potest, quemadmodum & solstitiales aliquæ dicuntur. Plinius: Cōdurdon, inquit, solstitialis herba, flore rubro, suspensa in collo comprimit strumas. Plautus quoq; in Pseudulo: Quasi solstitialis, inquit, herba paulisper sui. Repente exortus sum, repentino occidi. CCCCLXI.

DICTAMNV S.

**D**ictamnium non dictamnium ex Theophrasto & Vergilij quodam uersu lego. Ramis hoc prætenue, pulegio etiam gustu simile. Caulis nullus, radix gracilis & superuacua, & in Creta quæ non spatiose nascitur: nec nisi in asperis os, quo dictamnium fit: minimo pondere, accendens os, quo argumento à falsa protinus discernitur. Qui legere eam, manipulos in ferula uel harundine condentes præligant, ne potentia euanescat. Mire à capris expetit. Dictamnium legitimam in Felcis orto Patavij uidisse crederem, folijs interpunctis, quemadmodum & pingitur: nisi q̄ non alibi q̄ in Creta proventre scribunt. Proinde pseudo dictamnium potius eam fuisse q̄ dictamnium arbitror.

PSEVDODICTAMNV M.

CCCCLXII.

**P**seudodictamnium folio simili, ramulis minoribus, à quibusdam chondris uocatum, in pinguis agris nascitur.

DICTAMNV ALIVD.

CCCCLXIII.

**D**ictamnium hoc neque facie, neque effectu simile uero est.

ELELISPHACOS

CCCCLXIII

**E**lelispachos, ut Theophrastus inquit, differt à sphacelo, q̄ altera mitior est, altera syluestris or. Sphacelo folium breuius & leuius: elelispachos squalidius & scabrius. Sed alter fere Plinius: Syluestris, inquit, lens est elelispachos à Græcis dicta, factis lente leuior, & folio minore atq; ficiore & odoratiore. Est & alterum genus eius syluestris odore grati, hęc mitior: nostri qui nunc, inquit, sunt herbarij, saluam appellant, mentæ similem, canam, odoratā. Elelispachon sunt qui ἰσὺν βορέαλου, hoc est, sacram herbam cognominent, ut Agrippa, salutarem ad multa, præsertim ad foecunditatem, ut inde saluia fortasse à nostris dicta esse uideri possit. In Aegypti Copromultis pestilentia sublati, coactæ sunt mulieres huius herbæ succo ad conceptum uti. MEN

## M E N T A.

CCCCCLXV.

**M**enta æstate uiret, hyeme flavescit, humido minus gaudet, semel facta pluribus annis restibilibi fertilitate durat. Mentæ nomē suauitas odoris apud Græcos mutauit ( hoc em̄ significat ) cum alioqui *μίνθη* uocaretur, unde ueteres nostri mentā appellauerunt, aut fortasse quā odore mentæ excitat. Theodoros hedyosmon in Theophrasto mentastrū interpretatur, ut à mintha in eodē autem separet. De mentastro statim prodetur, Galenus porrò mintham quæ sit odorata, hedyosmon, id est, mentam uocari tradidit: mintham uero quæ sine odore sit, syluestrem esse mintham, & proprie calamintham appellari uoluit. Strabo in Achaia montē esse iuxta Pylum scribit Mintham nomine, à Plutonis pellice in hanc herbam cōuersa, Proserpinæ inuidia, quæ uocatur, inquit, à quibusdam Hedyosmos. Ouidius: Fœmineos hortos in olentes uertere mentas Psephona licuit.

Querit Aristoteles in problematis, quā obrē dicatur mentā in bello nec edendā, nec ferendā. Soluit: Quā, inquit, refrigeret, absmedo geniturā: sed cum alij oēs excafactoriā uim mentæ ascribāt, fieri potest, ut per se calfaciat, per accidēs refrigeret: quod & in alijs pleuris cōspicitur. MENTASTRVM. CCCCCCLXVI.

**M**entastrū, hoc est syluestris hedyosmos aliter à Plinio describitur, folijs specie à fatiua differēs, quasi figura ocimi, colore pulegij: propter quod quidā syluestre pulegiū uocant. Dioscorides hoc nō mentastrū, sed calaminthæ genus unum, ut arbitror, existimat. CALAMINTHA. CCCCCCLXVII.

**C**alaminthā nostri ferē nepetam appellāt, etiā si Dioscorides speciem eius unā priuatim nepetā uocari tradat. Profus tanta inter mentā, mētastrum & nepetam societas est, ut mixtū nō sit misceri quā ab autorib⁹ earū & species & noīa: alioqui & quod modo pulegiū officinis & ruribus uocatur, haud plane scias calaminthæ genus sit, an uerum pulegiū. Nepetā etiā nō facta nascitur. Calaminthā Græce cæteram quæ dictā fuisse, testis est Strabo, qui nōnullos scribit existimare Lacedæmonē ab Homero nō *μινθῶσαν* à magnitudine, sed *μινθῶσαν* à calaminthæ copia uocari. THYMVM. CCCCCCLXVIII.

**T**hymū siue thyma pluratio numero, siue thymus, in mari quoque nasci traditur extra Herculis colinas, quod eiectū in pumice durefcit. In Heroo sinu color etiamnū floris in eo est, ceu nondū absoluti pars: quæ aquis extat duritia lapidis aspicit, similis tamē uirenti. Sero floret thymū, per solstitia ferē, cum & apes decerpūt, & auguriū mellis est. Seritur flore, in quo semē intelligit, etiā si oculis deprehēdi nō potest. Coalescere quidā thymū negāt, nisi in afflatu maris seratur: Ideoq; translātū ex Attica, nō durasse in Arcadia. Nunc prouincia, inquit, Narbonensi Plinius, lapidei campi thymo scātēt. Flos thymi perit hymbribus. Duo autē sunt genera eius, candidū radice lignosa, in collib⁹ nascēs, quod & præfert: alterū nigricans, florisq; nigri. Colligūt in flore thymū, & in umbra siccant, epithymū quidē pluribus uidet flos eius thymi esse, quod & durius sit, & similitudinē cunilę nostratis habeat: sed de epithymo postertus. Thymū & Thyna laudat ab Hippocrate. Est autē, ut inquit Galenus, Thyna in terra Thracia locus.

THYMBA.

CCCCCLXVIII.

**T**hymbra post trigesimū diem nascitur, in maris afflatu facta, nec ut quidā putant aliter. Hæc apud nos & cunila uocatur, & ut arbitror, transmarina cunila est. Apud Columellā thymbra condimentarij generis. Satureia quoque à nonnullis thymbra dicitur. Columella thymbram à satureia diuisit, & cunilam nostratē esse docuit, quā rustici satureiam nominant, colore floris purpureo, ut thymbrā herbaceo. Quintus Serenus speciem thymbræ satureiam intelligit, ut satureia sit non thymbra simpliciter, sed thymbra *νεφελωτή*, quā Plinius cunilam capitatam semel tantū, quod meminim, opere toto nū cupat, intra hæc quæ in cunilagine dicentur. Cæterū cunilæ præter fatiuam plura sunt in medicina genera: fortasseq; hanc Hippocrates intelligi uoluerit, ubi organū *νεφελωδης* appellat. Bubulā appellant semine pulegij, organū ab Aristotele putatā, cuius pastu te studines cum serpentibus pugnaturæ uires suas recreant, quā in hunc usum nonnulli panacæ uocant: quidā falsō iugusticiū interpretati eam sunt. Corrupta est in L. Columella dictio, ubi cuniculabula & interrim culabula, pro eo quod est cunila bubula, inter pecoris medicinas legitur. Plinius organū multis locis non aliter quā cunilā bubulam cōuertit. Est & cunila gallinacea, de qua in organo Heracleotico dictū est. Non omittendū aduersa dicere hoc loco Dioscoridem & Pliniū: Omnia, inquit, syluestria ferē sunt, & folijs minora, & caulibus succo acriora, sicut cunila, organum, ruta. Dioscorides contrā hic prodidit de thymbra. Sunt & Græcis utiq; recentioribus, qui non thymbram, sed thymbra neutro genere plurali numero pronuntiant: & nos quandoque seruamus in satureia. Ouidius: Sunt qui præcipiant herbas satureia nocentes, Sumere. In thymbra Paulus epithymbrū uocari tradidit id quod in thymo epithymū. Ridentur merito gramatici ferē omnes in herbarū exponendis iudicandisq; nominibus, in quo & Seruius Honorat⁹ sæpissime decipitur, & in hac ipsa Thymbra Placid⁹ Lactanti⁹ is, qui Papini⁹ Thebaida interpretatus est, thymbram à qua Thymbræus Appollo cognominatus sit, Latine dici polium affirmans.

SERPILLVM. CCCCCCLXX.

**S**erpillo radix multifida, sublimis, retorrída, Crete scit in altitudinē quamcumq; admiculo aut sepibus appositum. Aqua ei modica satifacit. Fimo præcipue iumentorū gaudet. Sed & demissum in puteos & circa piscinas & stagna lætissimū prouenit, obnoxiiū squalori. Translatū uehementer iuuat: autumno ferē seritur. In montibus pleisq; copiosissimum, ut Thraciæ. Seritur autem Sicyone. Athenis quoque ex Hymetto deferentibus auulsos ex ijs ramos aquis. In montibus natum satureiæ odorem habet, uehementissimum illum quidem, sed gratum atq; mollem. Satiuum non serpit Plinio, sed ad palmi altitudinem increfcit. Voluntarium, id est syluestre, serpit in petris maxime: hoc & pinguius & candidioribus folijs atque ramis: Dioscoridi contrā serpit fatiuum, non syluestre.

SAMP SVCHVS. CCCCCCLXXI.

**S**ampsuchus in Syria & Aegypto dicit: amaranthus uero & amarac⁹ à Siculis: itē à Theophrasto. Semē ei copiosum, odor molliter iucundus. Radix arida, tellure summa hærens, multifida. Floret æstate nō ois, sed quā Phrygiū cognominat. Semine & auulsione prouenit. Tranfferi & plantæ solent.

h 4 MELI.





**S**culptores pictoresq; ruta in cibo utuntur propter uisum. Mustella cum serpente dimicatura, in muriu uenatu rutam prius edit. Pythagoras marem minoribus & latioribus folijs, & coloris herbacei, discretuit à femina & odore. Humorem, fimum, hyemem ruta odicit: apicis gaudet & siccat. Terra q; maxime latericia & cinere: qui & miscetur sementi, ut careat erucis. Mustu rutatu populo Romano dari solitu, nō ignotum est.

**R**<sup>357</sup> **R**UTA SYLVESTRIS. CCCCLXXVII.  
Vta sylvestris propriu genus est: mōtana hæc & uulgaris. Sed & hypericum nōnulli ad rutā sylvestrem referunt, de quo inferius.

**R**<sup>358</sup> **R**UTA GALATICA. CCCCLXXVIII.  
Vta Galatica hæc est, quam Plinius intelligit præcipuam in antidotis.

**M**<sup>359</sup> **M**OLY. CCCCLXXIX.

Moly Homericu Phineo & Cyllene Arcadie uernaculu, radice nigra, cepæ magnitudine, rotunda, folio scillæ. Negat Theophrastus uerum esse quod Homerus cecinit, difficulter effodi: affirmat Plinius. Hanc uates ille à dijs uocari putat moly. Mercurium inuentorem fuisse: Vlixiq; contra Circes ueneficia monstratam, Ouidius xiiij. Metamor. Pacifer huic florem dederat Cylleni album, Moly uocant superi, nigra radice retentum.

Aliqui florem eius non candidu ut Homerus, sed luteum pinxere. Plinius in Campania effossam ægre inter difficultates faxeas, & allatam sibi meminit, radice triginta pedes longæ, ac ne sic quidem solidæ, sed abruptæ. Tale uerū est moly. Dicitur & moly ruta Galatia, de qua diximus: q; solum ætate nostra medicis nouere, har melam uocates: que madmodum & Dioscorides & Galenus à Syris dici eam testatur. Differat ab hac molon, quā & syron dici tradit Plinius, etiam si cestron non syron in exemplaribus quibusdā legitur, scapo striato, folijs paruis, mollibus, radice quatuor digitorū, in qua extrema allij caput est: anhelantibus & stomacho prodesse credita.

**P**<sup>360</sup> **P**ANACES HERACLION. CCCCLXXX.

Panaces generibus continetur pluribus. Syriū nascitur unguentis, quod & in Psohide Arcadie, circa q; Brymanthi fontes gignitur. Ferula sui generis quinque cubitorū, folijs quaternis, mox senis, humistratis, ampla magnitudine, rotundis in cacumen, oleagineis. Radix autumnō, caulis messibus inciditur. Pretiu succo in libras bini asses erant cā dido: laudatur enim in primis candor eius coacti, se quis pallido statera. Niger colos & mollitia improbat: id quod ex Macedonia affertur, bucolicon uocant: quoniā armentarij succu excipiant erumpentē spōte. Hoc celerrime euanescit. Secundū genus Asclepion, tertium Heraclion, quartū Chironion, quintū Centaurion & Pharnaceon. Theophrastus primū genus Heraclion uocauit, folio magno & lato, undique sesquipedem. Radice digitū crassa, bifida trifidaq; subfalsa, odore thuris. Idem autor & panaceam nominat circa Clitorium nascentē in Arcadia: nec constat an hæc idem sit habenda, quod panaces Arcadicum, de quo per huius capituli initia disserui. Panaces ipso nomine morborū omnium remedia promittit, ob id & medicamento ad uina quæ corrumpi nolunt, panaceæ nomen dedere scriptores Græci. Radice huius euulsa, religio erat impleri scrobem eius uario frugū placentariūq; genere: in mercedē uidelicet & piamē-

tum terræ. Panaces & panax, Galeno teste, dici solita.

**P**<sup>371</sup> **P**ANACES ASCLEPION. CCCCLXXXI.

Anaces Asclepion dictum aiunt quoniā is filiā Panaciam uocauerit. Huius radicem Theophrastus multi & salsi corticis haberi dixit, quod quidem priori generi à Dioscoride tribuitur. Est & Heraclion appellatum, Herculi ascriptum inuentori, quod ab alijs origanum Heracleoticum syluestre accipitur. Quidam Heraclion intelligūt genus id, quod mentione proxima descripsimus.

**P**<sup>372</sup> **P**ANACES CHIRONION. CCCCLXXXII.

Anaces Chironion & hoc ab inuentore. Folium rumicis Theophrastus & Plinius ei reddūt, maius tamen & hirsutius, radice parua. Nascitur locis pinguibus: cuius flos efficacissimus, eoq; amplius q; supradicta prodest. Est & genus aliud panacis ab eodem Chirone inuentum, & Centaurion cognominatum. Sed & Pharnaceon in controuersia inuentionis à rege Pharnace deductum. Seritur hoc longioribus q; cætera folijs & ferratis. Radix odorata in umbra siccat, & gratiam uino adijcit. Huius duo genera fecere: alter: leuioris folij, alterum tenuioris.

**L**<sup>373</sup> **L**IGUSTICVM. CCCCLXXXIII.

Ligusticum syluestre est in Liguria suæ montibus, sed seritur ubiq; quod & suauis est: q; sine uiribus. Crateias apud Græcos cunilam bubulam eo nomine intelligit falso. Cæteri ferè cunilaminem cunilaginemq; Ligusticum Galenus unius inuersione literæ, libysticon appellat.

**P**<sup>374</sup> **P**ASTINACA AGRIOS. CCCCLXXXIII.

Pastinaca sylvestris, siue quod idem est erratica & pratensis, ad differentiam satiuæ dicitur. Præfertur satiuæ sylvestris in medicina, magisq; in petrosis nata. Pastinacæ omni radicibus calens natura, sapor uehemens: ob id Venerem ciere creditur, & propterea phyltron uocari. Cartilaginei omnis generis. Satiua in cibum utilis esse incipit annicula. Sima utilior, gratior autumnō, patinisq; maxime: & sic quoq; uirus intractabile illi ē, ut inquit Plinius. De hibisco & dauco, quæ simillima existimantur pastinacæ, dicemus suis locis. Diximus & de sifere, cui cum pastinaca utcinitas eadem est. Pastinacam Diocles medicus non staphylinum, ut cæteri, sed astaphylinum uocauit: duodecim cubitorum in Mauritania magnitudo caulis, crassitudo palmorū quaternum.

**S**<sup>375</sup> **S**ESELI MASSILIENSE. CCCCLXXXV.

Seseli Massiliense optimum: lato enim grano & fuluo est, quo & uultures uescantur, & ceruæ parituræ. Seseli & sili dicitur, & sili apud Hippocratem, unde orta confusio, siler pro seseli uocantium. Arborefcit porro siler, ut baculos rustici ex eo quoque faciant, in aquaticis nascens. Molle siler, à poëta dictum neutro genere, quod perq; rarum sit in arboribus Latina lingua. Refugiunt hoc serpentes. At seseli frutex non est aquaticus, quod quidem aliqui distinguere putantes, non siler sed montanum siler appellauerunt, id quod Massiliense est seseli.

**S**<sup>376</sup> **S**ESELI AETHYOPICVM. CCCCLXXXVI.

Seseli Aethyopico dignitas secunda. Hoc & nigrius est, & nascitur hodieq; apud nos, sed frustra medicis officinisq; incognitum.

**T**<sup>377</sup> **T**ORDYLO. CCCCLXXXVII.

Ordylon & gordylon & tordylon & tordyle dicitur, & seseli cognomento Creticum, inter omnia ge-

COROLLARI,

omni genera odoratissimum. Tordylon porrò alijs semen felis dixerunt, alijs herbam per se, quam & syreon uocauerunt: de qua nihil aliud proditum inuenisse Plinius fateatur, q̄ in mōtibz nascitur. Paulus non tordylon, sed gordylon appellauit.

S I S O N. CCCCXXXIX.

379 **S**ison siue sinon, & senon Hippocrati, & quandoq; filion uocatur, quaternis constare ramis scriptum reperio. A N I S V M. CCCCXC.

**A**nifum culinis gignitur: crudum, decoctum, uirens, aridum, panis etiā crustis inferioribz subditū, saccis quoq; laudat additū cū amaribus nucibus, commendando uino. Anicetum & hoc uocatur aneti modo, quoniam appetentiam præstet ciborum. Aegyptium ligustici uicem præbet in condimentis. Efficacius semper recens & nigerrimum: stomacho tamen inutile est, præterq̄ inflato.

C A R O S. CCCCXCI.

**C**aros arbitror hoc esse, quod Plinius carium siue careum gentis suæ nomine appellatum dixit, ab aliquibus careosemen & caroum, culinis principale, in quacunq; terra ferendum ratione qua olus atrum. Laudatissimum in Caria, proximū Phrygia. Caros Græci ut pathos neutro genere pronuntiant & inflectunt. Dicitur & caro ultima producta. Caron Athenæus pastinacam maiorem esse putat, & multo præstantiorem sapore q̄ pastinacā uulgarem. Est & radix cara de qua in rebus gestis à Cæsare mentionem facit Hirtius. Hac lacti admixta multum leuasse dicitur inopiam, similitudine representata panis. Meminit & Plutarchus, sed nomen herbæ non reddidit. A N B T H V M. CCCCXCII.

**A**nethum culinisanisi modo gratum. Coronabantur hoc & in conuiuio recenti, atq; roscido, ad conciliandū, ut uidet Galeno, somnū.

C V M I N V M S A T I V V M. CCCCXCIII.

379 **C**uminum semen angustum, nudum, canaliculatumq; facile inarescens frumenti modo, ubi plane accreuit, defluum atq; lubricum. Peculiare cumino morbi, scabies & salisago. Nascitur in summa tellure, uix hærens, & in sublime tendens, in putribus & calidis, medio ferendū uere. In Carpætaniam maxime laudatur: alioqui Aethiopico Africoq; palma. Quidam huic Aegyptium prætulere. Hippocrates: In segetibus, inquit, triticeis, præsertimq; in Aegypto nascitur semen Aethiopico simile cumino, uementis acrimonia, ad conceptus foeminarum utile, si uuluis apponatur. Hoc ego cuminum Aegyptium interpretor. Basilicum & Aethiopicum apud Hippocratem pleriq; interpretantur ammi.

C V M I N V M S Y L V E S T R E CCCCXCIII.

380 **C**uminū syluestre est, quod & rusticū & Thebaicum appellat. Aëtius: Cuminū, inquit, syluestre hoc est, quod modo Aethiopicū uocari cepit.

A L I V D C V M I N V M S Y L V E S T R E. CCCCXCIV.

A M M I. CCCCXCV.

381 **E**st cumino simillimū quod Græci uocāt ammi, tū candidius & exilius cumino. Similis aut & huic usus: nam & panibus Alexandrinis subigitur, & alimentis interponit. Herbā quoq; ipsam Græci uocant ammi.

C O R I A N D R V M CCCCXCVII.

382 **C**oriandrū coron & à Theophrasto corianifon uidetur appellatū, siue ut magis probò, coriannon: ita uocari solitū à ueteribus testis est Galenus & Dio-

scorides. Seritur Maio, & contumax proreptu scribitur. Radice breuiuscula, nec admodum fibrata, caulis ramisq; multis, nudo semine, ac firmo & diuturno. Sub canis ortū falescit. Inter syluestria coriandrū nō est. Huic subtrito cū aceto uis tanta, ut carnem in corruptā seruet æstate. Xenocrates tradit mēstrua cōtineri uno die, si unū granū biberint foemina: bido, si duo: & totidē diebus, quot grana sumpserint.

H I E R A C I O N M A I V S. CCCCXCVIII.

**D**e hieracio inter lactucas syluestres meminit mus: qm̄ Romani lactucā folio rotundo & breui hieracion intelligebant. Dicta est ex eo q̄ accipitres scalpendo eam, & oculis succo tinctis, obscuritatem cum sensere, discutiunt.

H I E R A C I O N M I N V S. CCCCXCIX.

**H**ieraciū & hoc superius etiā hieracia dicitur Aëtio atq; Horo: cuius succo palpebræ regluntinatur. Idem autor eodē loco: Anacollia inquit appellatur, quorū lachryma incōmodatēs pilos corrigit. Quid autem sint anacollia nō comperi, nec simplex an composita sit facultas, scio.

A P I V M.

**A**pium & apius Græci selinon uocant. Durat biennio. Prouenit crispus, pedibus aut cylindro pila' ue pulsatum: quinquagesimo à satū die, quadragesimo cū ocyssime. Apitū aliud folio spisso, hirsuto, crispo: aliud raro, expanso, caule item maiore. Itē aliud caule albo, aliud purpureo, aliud uerficolo. Syluestriora hæc, ut Theophrastus inquit. Propriū apio, q̄ colorem mutat. Rami eius per uita quoq; uulgo innatant, & in condimentis peculiarem uoluptatē præbent. Pisces quoq; si ægotant in pisciculis, apio uiridi recreantur. Honos ei in Achaia coronare uictores sacri certaminis Nemeæ. Apud eruditos nō aliud erutum terra in maiore sententia: autoritate est. Distinguitur sexu. Foemina ut sit crispioribus folijs atq; duris, crasso caule, sapore acri & feruido: mas folijs nigrioribus, breuioris radicis, nepastūlosq; gignens. Neutrū ad cibos admittebat, nepastū existimantes: qm̄ defunctorū sit epulis feralibus dicatum: & ut Plutarchus inquit, coronentur apio sepulchra: unde uetus illud: Indigere apio: de ijs qui profulgata ualetudine utuntur. Vermiculos & foemine gaulibus innasci: propterea eos qui ederint, sterilecere utroq; sexu. In puerperis uero ab eo cibo comitiales fieri, qui ubera infantes hauserint. Innocentiorē tamē esse marem, ea q̄ causa est, ne inter nepastos fructus damnet.

E L E O S E L I N O N. DI.

**E**leoselinon paludapitū ficto, ut solet, noie Theodoros appellauit, quia in paludibus nascatur, secundūq; aquę ductus, folio raro, nec hirsuto, simile apio sapore, figura, odore. Homerus apitū eleothrepton uocauit, hoc est palustre.

O R E O S E L I N O N. DI.

**O**reoselinon à quibusdā orthoselinō, quia frutice recto nascitur, caule anethi exiliore tū, folio ut Theophrastus inquit cicutæ: nisi q̄ deprauatū in eo locū putet. καὶ τὰ φύλλα ἔχουσαν ἐμφερί, pro eo quod est, καὶ φάλακρον ἔχουσαν ἐμφερί, hoc ē, capicula papaueris similia, ut Dioscoridis uerba sunt.

P E T R O S E L I N V M. DI.

**P**etroselinon, hoc est apitū in saxis natū. Addepre quidam buselinon differens breuitate caulis à satiuo, & radicis colore ruffo. Galenus petroselinon in Ciliciæ Amano monte natū Smyrnioporus

podus  $\beta$  petroselinon uideri sibi tradidit.

## HIPPOSELINON. DMIII.

**H**ipposelinon Theodorus ab equis dictū, equapium uocare maluit, cum Latine olusatrū & olus pullum dicatur. Viret ei foliū cacumine perpetuum, palustri simile sed pilosum, caule grandiore, atro. Nascitur ubique lachryma sua, quam nihil differre à myrrha dicunt. Autorq; est Theophrastus, myrrha fata natum. Seritur & radice.

## SMYRNIVM. DV.

**S**myrnium caulem habet qui æstate incipiente arefcit. Cortex radicis intus & pallet cortice arido. Ad opsonia utuntur cum mulsio & oleo & garo, maxime in elixis carnibus. Radix sapore piperni simillima. Odor herbæ myrrhæ, unde nomen. Hoc & petroselinon syluestre uocari scribit Galenus.

## ELAPHOBOSCON. DVI.

**E**laphoboscon ferulaceum est, geniculatū, digiti crassitudine. Semen in corymbis dependentibus similis effigie, sed non amaris. Folia oleris atri.

## FOENICVLVS. DVII.

**F**oeniculum in Hiberis Hispaniæ laudatissimū, condimentis propè omnibus inseritur: quin & crustis in panificio aptissime subiicitur.

## HIPPOMARATHRVM. DVIII.

**H**ippomarathrum à magnitudine uidetur appellatū, quod aliqui Mysineum uocant, folijs maioribus, gustu acriore, procerius, crassitudine brachiali, radice candida. Nascitur in calidis sed saxosis, tantæ amplitudinis in Mauritania, ut caulis duodecim cubitis assurgat, crassitudine palmorum quatuor.

## HIPPOMARATHRVM ALIVD. DIX.

**H**ippomarathrum aliud hoc est quod tradidit Diocles: folium habet angulosum atq; longū.

## DAVCVS. DX.

**D**aucus quæ à nostris Gallica pastinaca dicitur, specie lauri, colore croci, radice nigra Theophrasto. Dauci quatuor nonnulli fecere generata. Dioscorides & Plinius tria persequuntur: Probatissima in Creta, mox in Achaia, Patrensi & Spartanogro, & ubiq; in siccis. Priori generi folia etiam hirsuta, caulis rectus, radice suauissimi gustus & odoris. Reliqua genera passim nascuntur terrenis collibus limitibusq;, nec nisi pingui solo, folijs coriandri, caule cubitali, capitulis orbiculatis, sæpe plurimis q; ternis, radice lignosa & cum inaruerit superuacua. Semen cumino simile, prioris milio. Albū acre, odoratius est, eoq; parce sumi debet. Tertium genus simile staphylino, semine oblongo, radice dulci. Omnia hæc & hyeme & æstare quadrupedi sunt intacta, nisi post abortus. Quidam ut Paulus & Galenus prior eo meminit, daucū nihil aliud esse uoluerunt, q; staphylinum syluestrem, q; uidetur à dauco aliud genus esse daucos herba cognominata apud Galenū, duas daucos seorsum indicantem: nisi quis libentarios accuset, q; quæ Galeni non sunt, adiecerint. Hippocrates daucum Aethiopicam laudat.

## DELPHINIVM MAIVS. DXI.

## DELPHINIVM MINVS. DXII.

## PYRETHRVM. DXIII.

**P**yrethro depictum coloribus umbraculū, purpureo, cā

pureo, candido, luteo, porraceo, ut scripsere quidam. Sunt qui hanc interpretentur quam uulgo rustici & olitores draconem acetariū uocant, ut aliubi notauimus, omnino dissimilem eius quæ Dioscorides hoc capite demonstrat. Sed estimanda res tota diligentius.

## LIBANOTIS. DXIII.

**L**ibanotidis uocabulo multa genera feruntur. Vnum inter cunilagineas à nobis dicendū: alterum de quo hic, in species ternas diuisum: tertium coronariæ, quæ rosmarinum proprie uocari Dioscorides existimat. Libanotis porro de quo præsens caput loquitur, radicem habet olusatrī, locis putridis, macris, saxosis & roscidis prouenit: seritur semine, quod quidē fertili rosmarino, scabrum & oblongum à Theophrasto redditur: folio palustris apij, minore multo, sterili, foliū lactucæ syluestris & amare, candidius & asperius, radice breui. Vestibus interposita libanotis abigit tineas. Carpitur per messem fertilibus. Caulis quoq; nō modo semen resinaceus. Folijs & radici odor thuris, unde nomen. Libanotiden cum erice latissimā nasci Theophrastus inquit. Theodorus locum non ubi erice, sed ubi dictū est, conuertit, pro eo quod est ὄρου ἰρσίου, legens ὄρου ἐρπυαί, libratione Græcorum sanè culpa.

## LIBANOTIS CORONARIA. DXV.

**L**ibanotis coronaria differt quidē folio à prioribus, sed comprehensa forte à Plinio est inter fertiles, nisi quis hanc pro cunilagine accipiat. Ea quæ libanotis uocatur, & in coronas admittitur. Paulus & Galenus Dioscoridem secuti quatuor libanotidis genera connumerat: unam sterilem, fecundas duas: Quartam generis coronamētarij, quæ à Romanis priuatim rosmarinum dici uolunt, etiamsi priora quoq; genera Plinius ita uocari prodat.

## SPHONDYLION. DXVI.

**S**phondylii succus qui exprimitur, mire appetit à muscis, & quæ sunt ipsi similia. Sphondylion ferula est, differens à panace folijs, quia sunt minorā & platani diuisura. Non nisi in opacis gignitur, in palustribus Patauini agri sæpe uisum. Huic semē eodem nomine, medicinæ tantum utile.

## FERVLA. DXVII.

**A**scribitur arborū generi ferula: quoniā tenerritudo eius processu transit in lignū. Propterea Clearchus inter questiones lusorias quas nostri scirpos, Græci gryphos & ænigmata uocant: Ferulam dicit esse lignū non lignum, sicut pumicem, lapidem nō lapidem: & noctuam, uolucrē non uolucrum. Calidis ferula nascitur locis, atq; trans maria, geniculatis per uices nodata scapis. Duo ei genera: narthecem Græci uocant assurgentē alte. Nartheciā uero semper humilem: quæ ab aliquibus ferulago dicitur: q; & Thapsia ferulago appellari solet. Est & instrumentū medicinale ferula, siue narthex. A genibus folia exeunt grandia, mollia, multi fida, maxima, ut quæq; terræ sunt proxima, caulem amplectētia ut harundines, sed magis scinditur in coliculos, quibus flores lutei & semen anethi paulo maius infidet: sed quæ ab uno caule diuiditur in cacumine, femina putatur. Germinat uere primū folio, tum caule, qui annuus ei est. Radice singulari, profunda. Ferulæ lignum omne corticis loco habent, hoc est, forinsecus: ligni autē uice fungosam intus medullam, ut sambuci. Nonnullæ inanitatem, ut harundines. Nulli fruticum leuitas maior, ob id senectuti baculus. Semen feru-

COROLLARIJ,

men ferulæ Thapsiam uocauere aliqui falsò. Hoc in Italia cibus est: conditur quippe, duratq; anni spatio in urceis. Caules quoq; de cocti eduntur: commendatq; musto & melle. Corymbiam nominant: sicut racemos eius quos item condiunt, corymbos, quibus & in coronas utebantur. Ignem ferulis optime seruari certum est, easq; in Aegypto præcellere. Natura ferularum murenis infestissima: moriuntur ea tactæ. Afinis gratissime sunt in pabulo, ceteris iumētis præsentaneo ueneno: qua de causa id animal Libero patri assignat, cui & ferula. Ferulam non minus à feruēdo, q̄ à ferendo dictam uideri facit Hippocrates, qui eam plestinga uocauit. Inter fortunatas insulas Norion uocatur, in qua ferulæ tanta crescunt amplitudine, ut arbores fiant. Earum nigre succo amarissimo damnantur: candidæ probantur, adeo ut poculentus quoq; sit.

PEUCEDANVM. DXVIII.

**P**eucedanum siue peucedanus, nomen à pinu inuenit, ut myrtilanum à myrto: q̄q̄ & amaritudinem uocabulum id significat apud poetas, celebrata inter primas herba. Laudatissimum in Arcadia Plinius existimat. Foditur exitu autumni, Placent tenerrimæ & altissimæ radices. Hæ conciduntur in digitos quaternos osseis cultellis, funduntq; succum: Probatur hic & crassitudine mellea, & odore suauiter graui. Peucedanum officinæ ostendunt quale Dioscorides in cætera tantum radice non succosa, sed lignosa: nec graui odore, sed iucundo: quod nos admonitionis causa dictum uolumus.

MELANTHION. DXIX.

**M**elanthion quod & melanpermon & melanthē interim ab Hippocrate uocatur, & à Theophrasto, ut Theodorus existimat, anthemion siue anthemion, nigellam interpretatus: q̄q̄ anthemion omnino alia species est q̄ melanthion siue gith, siue ut Palladius, giddi: nam & melanthemō *χρηματιζον* est: Melanion uero nigra uiola. Optimum gith q̄ excitatissimi odoris & q̄ nigerrimū. Colices suffitu necat & muscas. Succū eius largius sumentiuenenum esse, mirari licet: cum semen ipsum inferiorem crustam panis cereali sapore cōdiat gratissime. Aliud omnino genus uidetur esse gith: quod in segetibus passim nasci cernitur, & pseudomelanthion uocari potest & githago, folijs ferè porri oblongis, flore purpureo, semine ac toto frutice maius q̄ melanthium, nec odoratum. At uerum gith de quo præfens Dioscoridi mentio est, foliū habet sceniculi senecionis uel florem cæruleum. Odor femini iocundus, nec ubiq; prouenit. Hippocrates Cyprium commendat. Alia est herba melandryum, in segete pratiqua nascens, albo flore, odorata, cuius cauliculum iocineritritum ex uino uetere probant.

SILPHION. DXX.

**S**ilphio, id est, laserpicio radix crassa multatq; Caulis annuus, altitudine & crassitudine quasi ferulæ, folium simile apio, quod ineunte uere profilit deciduumq; est, eximii purgando & saginando pecori, carne mirabilem in modū iocūda. Folio amisso caulis emicat: qui omnibus modis paratus igni māditur, hominēq; diebus quadraginta purgat omnino. Semen ei latum, foliaceum. Succus duplex est scapo, caulias uocatus. E' radice rizzas, uilior ac putrescens. Radici cortex niger, qui & detrahitur ad mercis adulteria. Præparatur uero succus admixto sursu

reaut farina, subinde concutiendo uas, quatenus ad maturitatē perducant, id est, quatenus sudare desinat, & colorem suum capiat: ita inueteratū à feruēdicant & carie, laser uocantes. Perucidior hic & purior à radice, dilutior à caule: ob id farina inditur ut coeat. Natum ferunt silphiū in bre crasso & piceo, repente madefacta tellure circa Hesperidū hortos, Syrtinē maiorem, septem annis ante oppidum Cyrenarum conditum: uim autē illam quatuor stadiorum spatio in Aphrica ualuisse, rem feram & contumacē, atq; si coleretur, in deserta fugientem. Quidā radicē laserpicio maiorem fuisse cubitali perhibent, e' cuius medio caput sublimē conspicendumq; tuberet, unde primum succus ceu lacteus erumpat. Super nate caulem magydari uocātū: q̄q̄ & semen eius quoq; magydari ab aliquibus dicitur, ut Galenus scribit, folio aurei coloris, quo seminis uice austrinis flatibus decussio, à canis ortu laserpiciū nascatur: eodēq; anno & scapum & radicē aboleri, solum circumfodi subactum, glutumq; fieri. Radices eius recens prætectas ex aceto mandi. Pecora non purgari eo, sed si ægrotant, aut sanari protinus, quod ferè consequitur, aut emori. Prior opinio uidetur Persico silphio congruere, multo infra Cyrenaicum nascenti. E' Sycongruere, multo infra Cyrenaicum solebat, Parthico siue Persico deterius, Medico præstantius. Aëtius laser à Cyrenaicō lacte separauit, siue quia laser succus ipse silphij non lac esset: siue quia laseris appellatiōe Persicum aut Medicum ut cognobiliora, non Cyrenaicum ueniret: quippe quod ad pondus argenti denarij pendebatur, multisq; iam annis, ut Plinius ait non inuenitur. Cum comedit ouis caulem protinus dormit, capra sternitur, tauros inflammat rumpit, litis, serpentes auidissimas uini admixtum rumpit. Præcipit autē se quidā ex alto, cum in dentium dolore cauis addidisset inclusum cera. Laser Græci opone uocant: & q̄q̄ opos manantem herbæ cuiusq; succū ex uulnere significet, Cyrenaicum tamē absolute pronuntiatu indicat, ut Varroni placet, qui coagulari lac eo tradit. Post Cyrenaicum autoritas deinde Meladico & Syriaco, ut Galen⁹ inquit. Hippocrates phyllion Libycon & Aethiopicum uocādo, ipsum silphion semen significat Galeno: ut quod præ sua latitudine foliaceum sit: Interim phyllon uocat hoc, nec adijcit Libycon. Radicem huius proprie silphion appellat, uero & *επιουλινα* scapum, id est, coleum, ut Herodotus. Solini quoq; uerba de silphio subiiciam: Apud Cyrenenses, inquit, syrpe gignitur, odoratis radicibus, uirgulto herbido magis q̄ arbutto: cuius e' culmo exudat ætatis tempore pingue roscidum idq; pascentium hircorum in hæret barbulis: ubi cū arefactum inoleuit, guttis steriacis legitur ad usum mentisatum, uel medelæ potius. Dictum est primū, inquit, syrpicum, quia manat in modum lactis: deinde usu deriuante, laser nominatū: Paulō post: Asbytae ingit, uiuunt lasere: hoc aluntur: hoc illis dulce est. Ex his uerbis Solinus satis indicat se desylphion loqui uoluisse quidem, sed parū nouisse quid diceret: ita salebrofus & defuetus in eo genere sermo eius est. Plautus in Rudente:

Speras, inquit, tibi multum hoc anno futurum syrpe & laserpiciū?  
Sed cur Varro draconon appellari dicit ipsum lac Cyrenaicum? an non draconon, sed diaronon legipote test? quia odorem intentum & uehementē habeat: & an

& andracanon à colore rubro, talis enim præfertur: nam & herba rubia, quandoq; apud Græcos cinnabaris & dracanon uocata est, autore Dioscoride.

## MAGYDARIS.

DXXI.

Agydaris siue magudaris, à laserpitio differt teneritudine. In Syria & Parnasso monte plurima. Theophrastus & Plinius in Libya eam nasci pernegant. Sunt qui & hanc laserpitiū appellant: periti uero facile discernunt uel aspectu.

## SAGAPENVM.

DXXII.

Sagapenū medicina tantū feritur in hortis: dicitur & sacopenium: q̄q; sacopenium quod apud nos gignitur, in totum transmarino alienatur: illud enim ammoniac lachrymæ simile sagapenon uocant, fructus sui nomine, ut Galenus inquit, per abusionem.

## EUPHORBIVM.

DXXIII.

Euphorbium & Euphorbiā Iuba Ptolomei pater in Atlante gigni herbā scribit, dicato priuati uolumine, folijs acanthinis, appellatā nomine inuentoris eius medicæ sui & fratris Musæ. Suscipitur lac non omni uentriculo, sed hœdino. Qui colunt clarius uident. Siccatur conto, ut effigiem thuris habeat. Adulteratur hœdino lacte, sed discernitur igni: quod enim syncere non est, fastidiendū odorem habet. Multū infra hunc succum est qui in Gallia fit ex herba chamælea granum cocci, ut Plinius inquit ferente. Fractus ammoniaci similis est. Accendit os semel gustatū, & magis ex intervallo, donec fauces quoq; assiccet. Galenus & Paulus phorbion, siue phormion herbam quandā nominant, longe ab Euphorbio diuersam, cuius folio & semine ad albugines uerantur cum melle: spicula quoq; corporibus extrahi persuasum sit, Græci codices Euphorbion pro Euphorbio fere scribunt.

## GALBANVM.

DXXIII.

Galbanum *γαλβανον* Græci uocant, & ferulam & lachrymam: item stagonitin & metopion. Laudatur simile ammoniac, adulteratur sagapeno. Permutatur in libras quinque. Medicinæ hoc tantum galbanon à colore dictum candido existimant: à quo & uestis nomen galbanū Iuuenali. Vulgo quoque nautica operimenta sic uocamus: nam galbeū ut Tranquillus ait, remedia sunt lanis inuoluta.

## AMMONIACVM.

DXXV.

Ammoniacum dicitur, quoniam stillat in harenis iuxta Iouis Ammonis oraculū resinæ modo, aut gummi: ipsum thrausma siue thraustum thuris habet masculi similitudinem: phyrāma uero pingue resinofumq; adulteratur harenis uelut nascēdo apprehensis: igitur quoniam minimis glebis probatur, & purissimis. Pretium optimi in libras asses quadraginta. Metopion arbor ipsa dicitur, ut galbani à Solino metops.

## SARCOCOLLA.

DXXVI.

Sarcocolla uetustate nigrescit maxime: melior, quod candidior. E spina reddi putat, cū quadam acrimonia dulcem.

## GLAUCION.

DXXVII.

Glaucion & in Parthia nascitur, folijs densis, minoribusq; papaueris, sordidioribusq; gustu amaro cum quadā astrictione. Granū habet crocei coloris. Hinc temperatur collyriū, quod medici diaglaucion uocant, in quod recentiores papauere comuto utuntur, aut etiam chelidonio maiore, ut ni

hil profecerit Dioscoridis attestatio, in merione papa ueris illius, cum alioqui magno periculo hac parte hallucinentur, quod chelidoniū & papaueris eius natura erodendo sit, glaucij multo mitior & refrigerado ferē: propterea collyriū ex illo iumentorū oculis adhiberi solet: ex glaucio, humanis.

## GLUTINVM.

DXXVIII.

Glutinum siue gluten Græce colla, præstantissimum fit ex auribus tauroꝝ & genitalibus: sed adulteratur nihil æque quibusuis pellibus inueteratis, calceamentisq; etiā decoctis. Rhodiaceum uero fidelissimū, eoq; & pictores & medici utuntur. Lignosum improbat. Contexi par est & reliquā glutinū genera. Auro glutinū est lanternæ: ferro, argilla: æris massis, cadmia: laminis, alumen: stannum, æramentis: stanno, argentū: marmori & plumbo: resina: plumbum nigrū, albo: album ipsum sibi, oleo. Est & glutinum auri cum inducitur ligno, leucoporon siue leucophæon uocatum, ex pluribus compositum, Sinopidis Ponticæ selibra. Silis lucidi pondox. & melini Græciensis duobus mixtis, tritisq; unā per duodecim dies. Est & lithocolla glutinū ex lapidibus, sicut ichthyocolla ex piscibus. Habetur & glutin librarium ex similia & polline: nam gluten Atticum pro gummi ex amygdala quandoq; accipitur à chymicis.

## ICHTHYOCOLLA.

DXXIX.

Ichthyocolla appellatur piscis, cui glutinosum est corium. Idemq; nomen glutino eius, quod alij ex corio, alij ex uentre putant fieri. Ichthyocolla inuentum Dgedali. Laudatur carens uenis squamisq;. Madescere debet concisa in aqua, uel aceto nocte & die: mox tundi marinis lapidibus, ut facilius liquefeat.

## VISCVM.

DXXX.

Uiscum Græce ixos, & ixias frutex ipse ut Athenus ait. Porro uiscum illud quod inter uenenam ponitur à Dioscoride, Galeno, Plinio, ixiam Græci uocant & ulochon siue ulophonon: quibus nominibus chamæleontem quoq; dici constat: radicemq; affirmant esse hoc genus uisci, quod interficit: unde orta dubitatio est, uiscum hoc pro chamæleontis, an pro sui generis, aut pro fructus ipsius radice capiamus, ex quo uiscum conficitur. Paulus & Aëtius in uenenis ixiam à chamæleonte separant, alias & notas & medicinas reddendo. In quercu, ilice, pruno syluestri, therebintho, nec alijs arboribus adnascitur. Dioscorides addit malo & piro. Copiosissimum in quercu. Pleriq; putant quod dryos hyphear uocant, Ion poeta sudorē quercus: namq; quod in abiete & larice fit, stelim Eubœa dicit, hyphear Arcadia, hō uiscum. Visci porro genera bina uel terna faciunt, & in omni arbore excepta ilice & quercu. Differentiā constituit odor uirusq; & foliū, hō iocundi odoris. Viscum coloris, ut poeta inquit, aurei: amare & lentum, e robore præcipuū: hyphear uero ad faginanda pecora utilius, quia & alimēti plus & pinguitudinis in larice & abiete fit. Vitia purgat primum, dein pinguefacit quæ suffecere purgationi, ut silphium. Quibus fit aliqua tabes intus negant durare. Edēdi ratio ætatis quadragenis diebus. Adficiunt aliqui discrimē in ijs quibus folia decidant, & uisco decidere: contra in hærere nato in æterno fronde. Omnino autem fatū nullo modo provenit: unde Maroni dictum: Quod non sua seminat arbor: nec nisi per aluum fimo redditum maxime palumbis & turdis: siue ut quidam ex

COROLLARI,

Theophrasto, picis, *μύζην* pro *μύζαν* legentes: cum ali oqui Plautus, autore Seruio grammatico, de turdel lis intellexerit: cum inquit: Ipsa sibi auis mortē creat. Est autem turdella turdi genus alter, quod in Venetia prouincia drexanos uulgo nominant, in Liguria priscum nomen retinent: maiores turdo sunt, penna subtus uaria. Græci *κόσσυφος* modo appellat, ut quibusdā uidetur. Drexanos porro quasi dryxanos, hoc est quercus arrodentes uocatos existimāt. Cossyphos certe Aristoteles merulas intelligit, item cottyphos. Palumbos Græci phattas, siue phassas uocāt: sed genus eorū unum, cuius fimo uiscum nascatur, Athenæus cenadema appellari tradit, quā Theodorus nofter in Aristotele uinagine interpretatus est. Altitudo eius non excedit cubitalem, semper fruticosi ac uirentis. Mas fertilis, foemina sterilis. Aliquando non fert. Viscum fit ex acinis immaturis, hoc est uiridibus, nondū cādidiis, quod eis per maturitatē contingit. Hi per messes collecti, siccari atq; tusi, deinde putrefacti aqua duodenis fere diebus, mox in profluente, rursus malleo tunduntur, amissis corticibus, interiore carne lentescentes. Quidam decoquunt in aqua tulum, donec innatet: nōnulli cōmanducātes acinos, expuunt cortices. Optimū est quod sine cortice est, quodq; leuissimū. Quidā efficacius futurum promittunt, detractum prima luna ē robore sine ferro. Viscō nihil est glutinosius, pennis maxime uolucrum ligandis, iuglandium oleo subactum, cum libeat infidias moliri. Dryydes in Gallia nihil habent uiscō & arbore in qua gignatur, si modo sit robur, sacratius: nec ulla sacra sine ea fronde faciunt. Quicq; tjs adnascitur, ē cœlo missum putant. Inuētū rarum, magna religione petitur, & ante omnia sexta luna. Post sacrificium & epulas sub arbore sacerdos ueste candida, falce aurea id demetit, candido excipiente sago, taurosq; duos coloris candidi, tum primū cornibus uinctos immolant, precantes ut suum donum deus prosperē faciat. Fecunditatē eo potō dari, cuiusq; animalium sterili arbitrantur, contraq; uenena omnia esse remedio. Fit & ex alijs quoq; rebus uiscū in Syria, ex acinis quos ab Augusti honore ut coniugio, sebastos appellauerūt. Hæc myxa ueteribus fuisse interpretor, quę per diminutionē quoq; myxaria dicunt. Arbusci eius ligno cortex albus, ramis uirēs, folio rotundo, amplo, fructus in racemo dulcis, candido lentore plenus, cum interiore nucleo quasi oliuæ siccatur. Hic in medicina uentrem soluit, distillationesq; comprimit, & rosiones uesciæ, & intestinorū animalia. Damascenū inde uiscum paratur, cōmendatissimū aucupijs, præterq; aquatiliū uolucrū. Fin gitur & ex radice quadā uiscum lantanæ dicti fruticis, eque ueteribus incogniti, folio hirsuto, molli, flore candido, odorato, quem sustinet umbella, uimini bus lentis ad nexum acinis, ut uua primo rubentibus, post nigrantibus.

A P A R I N E. DXXXI.

409 **A** Parine, quā nostri & lappam uocant, Hippocrates philistion & phileterion quoq; ut Galenus putat. Non euident, sed occultus in ea flos maturefcit, & intra se germinat semen, uelut animalia quæ in se pariunt, ut uiperæ. Nascitur in frumētario agro inter lentem præcipue: item pratis hortisq;. Ramosa hæc & hirsuta, quinis senisq; in orbem circa ramos folijs per interualla. Semen subdulce,

omphacocarpon à Plinio, Galeno, & Paulo Aegine-ta dicitur: nisi quis omphalocarpon ex Dioscoride legi malit, ab umbilici similitudine, quam semē præfert. Philanthropos uero dicta est hæc, à nonnullis herba: quia uelut amici solent, commeatium la-cinijs obhæreat. Aliud floris genus est, quod in Par-cinijs obhæreat. Aliud floris genus est, quod in Par-cinijs nasci scribit Apollodorus, philadelphum appel-latum, ex argumento, q; rami eius ex interuallo spori-late coëant ceu amantes: post digrediantur, concipi-ant, atq; pariant. Huius tenuissimis uirgis reticulatim compositis atq; ita confitis, hortorum septa impene-trabili compage fieri.

A L Y S S O N. DXXXII.

**A** Lysson distat à rubia, folijs tantum ramisq; minoribus: ita dictum q; rabiem canum de-fendat. Saniem conspecto eo siccari herbam Autor est Aëtius, quosdam existimare hanc herbam nihil differre ab sideriti Heraclea, quæ tertia est inter siderites à Dioscoride mēstratas. Sed & Photion græ-maticus folio eam subpurpureo describit, quod & si-derites habet tertia, ut Dioscorides est autor. Ego alysson ab hac sideriti plurimum differre nihil dubi-to. Alysson & poculi genus est, uerum scriptura sepa-rat, q; & per simplex s. & per e. scribitur: at pro herba captum, per y. & per duplex ff. Sunt qui crucialem iuterefc q; alysson quinis per interualla folijs ostendi mus, crucialem quaternis, unde nomen, & minus hirsutis. Exilius & huic semen q; alyffo est, minus est annum anguloso caule. Flos alyffo candidus, cruci-ali uero luteus. Cæterum impudentius falluntur, qui alysson pro ea capiunt, quæ liliago siue liliaca & Martegonia rustice uocatur, folio quadantenus & flore lilij purpureo. DXXXIII.

A T R A C T Y L I S. DXXXIII.

**A** Tractylis aculeata est, sed & acanacea, hoc est & conceptu & floris sede, aut etiam femi-ne fructuq; spinoso: laboratibus Græcis uno uerbo tres affectus & qualitates includere: idem erat quod acorna, siue acarna, nisi candidior esset, & nisi decerpta, cuteq; adhibita sanguineum succum nifi funderet. Qua de causa Theophrasto phonos, & an-drosæmon quoq; uocatur ab Aëtio, odore granis, pe-stemq; denuntians, sero maturefcente semine, nec an-te autumnum: q; hoc de omnibus spinosis dici po-est. Acornę spina pro folio, ut Theophrastus inquit, cneco urbano similis, colore tantum ruffo, pingui succo. Atractylis cnecum ē syluestre. De satiuo dice-tur in mentione sua. Syluestre iterum secatur, una mitior & satiuo similior: caule rectiore ac rigido exi-lis: itaq; & pro colu antiquæ mulieres utebantur, ex eoq; hanc proprie attractylida nominabant, semine candido, grandi, amaro. Altera hirsutior, corofiore caule quasi sonchi, & qui penē humi serpat, semine minuto, amaro, frequenti piloso. DXXXIII.

A S C L E P I A S. DXXXIII.

**P** O L Y C N E M O N. DXXXV. 413  
Polycnemon & cunilę bubulæ, similis appingit: odoratis corymbis, acri & dulci odore.  
**C** L I N O P O D I O N. DXXXVI. 414  
Linopodion non desunt quibus herba orbi-culata uulgo dicta serpyllo similis, etiamfi non ser-

non serpiat eadem, aut propinqua esse uideatur: quoniam orbiculato florum ambitu à Plinio tradatur. Dubitationem facit Dioscoridis adiectio, dicens ex interuallo marrubij similitudine flores in ea cerni: quod quidem in ea, quæ orbiculata dicitur, non est: sed continua florum series subalbertium, acinis in summo rernis quaternis'ue, radice fibris multiplici.

**LEONTOPE TALON.** DXXXVII.  
Leontopetalon radice grandi: uocatur & doryperon à Plinio.

**TEUCRION.** DXXXVIII.  
Teucrion hoc, ut puto, & ramis hyfopi describit à Plinio: surculosa, folio fabæ. Colligi florentem adhuc iubent, adeo florere non dubitant, maxime ex Cilicijs & Pifidijs montibus commendat. Dicitur eadem Teucria. Quidam & aliam Teucrion uocant, de qua in hemionitide scribendū nobis est.

**CHAMAEDRY S.** DXXXIX.  
Chamaedrys quæ & serrata dicitur, & ab ea serram inuentam putent, folia habet magnitudinis mentæ. Fit & uinum ex ea medicis.

**LEUCAS.** DXL.  
Leucas eadem fortasse fuerit cum leuce ut Plinius uerba usurpauit: Verum leucadis, inquit, speciem autores non tradunt. De leuce uero: Mercuriali herbæ similem dicunt, nomenq; ex causa acneæ, per medium foliū candida transcurrente linea: quare mesoleucon quidā uocant. Leuce dicitur & ipsa radix armoracia, itemq; androsaces. Est & arboris nomen leuce, hoc est albæ populi.

**LYCHNIS CORONARIA.** DXLI.  
Lychnis ætate floret. Lucernulam Theodorus conuertit. Plinius quodā loco flammeā cognominat, alibi rosam Græcam. Non nisi in humidis locis prouenit, nunq; excedens quinque folia, uiolæ magnitudine, odore nullo. Et hæc ab altera Græcula uocata differt, de qua diximus inter rosas. Differt & à lychnitide, de qua in phlomidibus. Amerias rhizotomus lychnin è Veneris labro natam putauit, cum à Vulcano compressa lauit se: præstantissimamq; haberi in insulis Cypro, Lemno, Strongyle, Herice, Cytheris. Lychnin hanc & taurion dicit scribunt: alia tamen est quæ taura uulgo nominatur, siue tora, flore cœruleo, folio rotundo, radice polypodij hirsuta, & uermis nigri effigie. Venenosa herba: cui per antipathiam naturæ alia occurrit herba, antitaura & antitora cognomine, folio rotundo.

**LYCHNIS RVSTICA.** DXLII.  
Lychnidis syluestris radicem Asiani bolitem uocant. Hanc à nostris accipitrum pedē appellari scribit Dioscorides: quanq; accipitrus pes apud nostrum uulgo est, quæ corneola quoq; dicitur, folio salicis ferè pusillo, flore subluteo, cum filigicineri similibus, & in ijs semen inficere capillos dicitur, colore rubro. Qualis autem sit pes milui, siue pes miluinus, dicta Columellæ inter herbas, quæ in usum colligi & reponi oportet, ipse non explicauit.

**LILIUM.** DXLIII.  
Lilium Græci crinon: sed fruticem eius crinoniā quasi liliariū, ut uiolarium & rosarium appellant: nam liliæta, rosæta, uioletaq; aliud sunt, ut constat. Lilium è Iononis lacte natum Græci perhibent, reserpta terra, dum Hercule dormientis uberi bus admoto, mox post suctum digresso, late fluxit:

ob id lilium à nostris Iononiā rosa dictum uideri potest. Philinus à quibusdā ion uocari, quod sit lilium, existimat. Ambrosiam Corinthis, Nicander & Aphrodites charma, hoc est quasi Veneris uolupiam cognominari à quibusdā cecinit. In Co insula ex Alexandri statua enatam in capite Ambrosiam Carystius, quæ nihil aliud sit q̄ lilium, memoriæ proditum reliquit. Nascitur è lachryma sua lilium inarescente cum defluxit uelut olusatrum. Lilij quadruplex genus in Theophrasto: primi flos uere cum uiola sæpe albā, paulo'ue postea erumpit: hoc ab eo proprie crinon, hoc est lilium uocatur. Alteri genus liliū appellat, uere quidē omnino florens, uerum serius cum Narcisso: forteq; hoc sit quod à Plinio lilium transmaria nuncupatū est. Tertium ætate floret, & cerinthum priuatum uocari puto: q̄q; & alias res cerinthum significat, ut inferius liquebit. Quartū genus quod item liliū Græci nominant, autumno floret, emicatq; primis imbribus. Est & rubens lilium differens, ut arbitror, à purpureo, uisum à nobis Patauij in Felicis hereto. Probatissimum in Antiochia & Laodicea Syriæ, mox Phaselide, quartū locum obtinente quod in Italia nascitur. Hoc genus proprie crinon à Græcis uocari, & florem eius cynorhodon, autor est Plinius. Hoc & Hippocrates acceperit cum rubentia cynorhoda fœminarū purgationibus commendat in uino. Lilia purpurea & arte fiunt, maceratis in fece uini scapis, anteq; serantur mense Martio & in scrobe circumfissis eadem fece: in quem usum scapos arecentes colligunt Iulio mense, lilia in fumo suspendentes. Caule gemino purpurea uisuntur aliquando, carnosiore tantum radice, maiorisq; bulbi, calix herbaceus. Post æstatum & æquinoctium autumnū florent purpurea: quorum genus unum uocant Narcissum: cui uidelicet in radice sunt folia. Purpureis, calices, ut diximus herbacei, cætera eadem quæ candidis. Albo nihil est fecundius, una radice quinquagenos sæpe nutriendos bulbos. Lilium rosæ nobilitate proximum. Ideoq; Iononis rosa dicitur. Nulli florum proceritas maior, interim cubitoq; tritum, languido semper colore, & oneri suo impar: candor eximius, folijs striatis, & ab angustis in latitudinē paulatim laxantibus calathi effigie, resupinis per ambitum labris, tenuiq; filo & semine, stantibus in medio croceis: ita odor colorq; duplex: alius calicis, alius staminis. Differentia angusta. Raro duplex caulis in lilio. Singulis caulibus lilia modo singula, modo plura sustinentur: quod & rarius est. Pandit se uel detractū parenti, etiamsi tristius & exilius. Lilio simile in Aegypti palustribus gignitur, sed folijs copiosis, colore admodū uirentibus dispositis, & quasi uno uersu conditis ad mulierū profluvia & fracturas, medicis quæsitum. Cerinthus de qua scribere distulimus & rhithacem, siue ut Aristoteles erithacem significat, quæ & sandaracha appellatur, & à Dioscoride cerāthemolibro quinto, ex arborū succo, gummi modo genita, & uerno rore: unde uernigini quoq; uulgo nomen. De hac & in propole non nihil diximus. Africi statu minor, austri nigrior, aquilonibus melior & rubens. Plurimū in Græcis nucibus apū cibo aptissima dū operantur: qui sæpe inuenitur in fauorū inanitatibus sepositus, amari saporis, & humore plenus. Menecrates, sed nemo præter eum, ut inquit Plinius, autor est, erithacem aut cerinthū florem esse futuræ mellatiōis indicium. Est & cerinthe quæ uocatur herba, propter



COROLLARI, I,

apes serēda, folio candido, incuruo, cubitalis, capite concauo, mellis succū habente: cuius gramē Vergilius esse dixit ignobile: quæ nominū uicinitas fortasse Menecratem fefellit: nam & Aristoteles cerinthi florem ad hunc usum citat in libro de animalibus: quō in eo nō cerinthus, sed mēdose scribitur calyinthrus.

BALLOTE. DXLIII.

418 **B**allote fruticosa est herba: nec uideo qui possim tueri Pliniū, qui ait Græci porrū nigrū uocant. Et infra: Ballote, inquit, folijs est porri maioribus nigrioribusq;. At Græci nō porrum nigrum, sed marrubiū nigrum ballotem sine ulla controuersia cognomināt. Nec folia ei sunt porracea, sed marrubij & citraginis. Deceptum affinitate nominū constat, prason melan pro prasion legentē. Est autē prason porrum, prasion marrubium. Idem error à Plinio committitur in herba stachye.

MELISSOPHYLLON. DXLV.

419 **M**elissophyllon siue melinon, apiastrū ab Higinio uocari cœpit, eruditissimo alioqui uiro, sed quē omnes hac in parte damnent: & quod magis mirere, sequatur tamen: nam & Dioscorides & Varro ita eam uocant. In coronamenta folio & hac uenit. Adeo autē nullo magis flore apes gaudent: ut si perungatur aluearia eo, non fugiant & in copia eius examina facillime contineantur. Citraginē à nostris uocari & hanc Dioscorides affirmat, ab odoris similitudine. Palladius uero quē recte nescio melissophyllon aliud à citragine, siue quod idem est, citreagine uidetur intellexisse, in mentione apum.

MARRUBIUM. DXLVI.

**M**arrubium duplex, folio herbaceo & incisuris altioribus serrato, unguētarijs ut Theophrastus ait, quæ fito ad quædam: hoc & candidū appellauerim. Alterum folio rotundiore, uehementer squalido ut salvia & obscurius serrato, quod quidem ego, aut balloten ipsam, de qua diximus, aut ei ualde similem interpretor: nam & medicinæ congruunt in Plinio.

STACHYS. DXLVII.

420 **S**tachys folijs colore in luteū inclināte, nec porri, ut Plinio placet, sed ut Dioscoridi, quod & nos uidimus, marrubij similibus: quod & in ballote idem autor peccauit. Vidim⁹ eam Romæ ubi & nauiculam & alij coronatam herbam uocant.

PHYLLITIS. DXLVIII.

421 **A**liud uidetur genus phyllitis esse, quē phyllanthion. Est autē phyllanthion cognomēto dyticon apud Democritū, ad purpurā tingendā satis celebre, nec præterea quale id sit monstratur. In Theophrasto ac Plinio legitur & phyllanthes herba inter spinosas, sed mitior aculeis, & ab radice tantum foliata.

PHALANGION. DXLIX.

**P**halangion & leucantheum & leucacantham uocant. Flos lilio rubro similis.

TRIFOLIUM. DL.

422 **T**rifolium tribus generibus. Minyanthes, siue asphaltion, siue asphaltitis ut Archigenes, maiore folio, quo utuntur coronarij, alteri acuto, oxytriphyllo cognomine: tertium ex omnibus minutissimum. Herba optima in prato trifolij est. Præstigia tempestatū habet: inhorrescit enim, & subrigitur contra eas. Sophocles poeta uenenatū id existimat. Serpentes in trifolio nunquam spectantur. Columella trifolium

Simoniamū & acutum quots diei hoc tradit, fragosis locis inueniri, longis hirsutisq; folijs uirere, caulemq; robustiorem facere, quā trifolium pratense.

POLIUM.

**P**olium carnosum, ut alia multa, folio, uestibus interpositū, arcer animalium nocentia. Colices ab eo caprifici modo generari Theophrastus scribit. Herba inclyta Hesiodi & Musæi laudibus, ad oia utilem prædicantiū: & ad samā quoq; dignitatis perungi, tractari, colijq; iubentiū. Folia eius mane candida, meridie purpurea, sole occidente cœrulea spectant: quod quidē à Dioscoride tripolij floribus ascribitur: quod quidē à Dioscoride tripolij floribus ascribitur. Theophrastus certe modo poliū, modo tripolij eandem uocauit herbam: ideoq; à tripolio differre quidam negarunt. Folia poliij canis hominis similia, à radice protinus, nunquam palmo altiora Plinius existimat. Quidā folia thymi reddunt: nisi quæ molliora sunt, & latiore canitie. Nulla magis herba cōuenit medicamento quod alexipharmacum uocant, in quod minore ut Galenus inquit, utimur.

SCORDION.

**S**cordion item scordotis Mithridati ascripta est: cuius depictam manu Crateias medicus uidit, magnitudine cubitali, ramosam, folijs lanuginosis. Reperitur in Ponto, campis humidis, pinguibus. Est & alterius generis latioribus folijs, mentastro similis. Alia est à Mithridate similiter inuenta, quā Mithridation uocant. Huic folia, inquit Plinius, duo à radice, acantho similia: caulis inter utraq; sustinens roseum florem. Hanc ipsam puto esse quā idem Plinius chamæropa uocauit libro sexto & uigesimo hys uerbis: Eisdem, inquit, effectus habet lateris doloribus chamærops, myrteis circa caulem geminis folijs, capitibus Græcæ rosæ.

BECHION.

**B**echion, siue bechicon duo habet genera. Syluestris ubi nascitur, subesse aquas creditur: & hoc habent signū aquilegi. Describitq; hanc Plinius aliter quā Dioscorides, folia eius tradedo superne pallida, subalbida, à terra sine caule, sine flore, sine semine. Altera à quibusdā salvia dicitur, similis uerbascone. Hanc à Dioscoride uerbascum syluestre dici puto, ita scribente: Habetur, inquit, & uerbascū syluestre altū, uirgis arboreis, folio saluicæ, orbibus uirgas cingentibus, ut marrubiū, floris lutei, fulgore auri. Quidā priorem arcton, & alio nomine chamæleucem putant. Est autē chamæleuce, quā nostris farfugium uocant, folio populi, sed ampliori, nascens iuxta fluuios, unde populago dicta sit à nostris. Hanc & farfariā uocari Dioscorides testis est, à fluuio fortasse Farfaro, quē Vergilius Fabarim appellat, in Sabinis. Plautus: Dissipabo, inquit, te ut folia farfari. Itemq; in Pœnulo: Prosternebam, inquit, eos ut folia farfari.

ARTEMISIA.

**A**rtemisiam & lachanō basilicon, hoc est olustre gium nonnulli uocant. Dicitur purant ab Artemisia uxore Mausoli, quæ sibi hanc herbam adoptauerit, cū antea parthenis uocaretur. Sicut & ab Artemide cognominatā putet: quā privatim medicam sceminatū malis, quibus Artemis, hoc est Diana presertim, do generi tenentudinem tribuit, non nisi in maritimis nascenti. Tertio minima folia, florenti cum uua maturescit: quod quidam botryn, alij ambrosiam uocari tradunt, qualis in Cappadocia proueniat.

**ARTEMISIA ALIA.** DLV. In quibusdam exemplaribus Artemisiam hanc multis nominibus inuenias, toxitesiam, Ephesiam, parthenicon, hypolysson, anactorion, sozuliam, leucophryca, prophete sanguinē hominis, Romani ualentiam, nōnulli persepollentē, alij herbam regiam, Galli ponem, Dacizousten.

**AMBROSIA.** DLVI. Ambrosia uagi herba nominis, & circa alias quoque fluctuans. Athenienses in dedicatione Iouis Ctesii ambrosiam in cado ferendā iubebant: non herbam intelligent eo nomine, sed ut Athenæus inquit, fruges omniuigas, & oleū, & latices.

**BOTRYS.** DLVII. Botryn Cappadoces & ambrosiam uocant, alij Artemisiam.

**GERANION.** DLVIII. Geranion & myrtidon uocatur genus primū. Geranion uera creditur à quibusdā, sed & secū dum utiq; si descriptionem Græcorū sequare, non Latino, ut mox docemus.

**ALTERA GERANION.** DLVIII. Geranion secundū medicis inutile, aliter à Græcis, aliter à Latinis describitur. Dioscorides & omnino Græci, folijs paulo candidioribus q̄ malæ, ramosum ex interuallis. Hanc ego aut eandem, aut omnino similem esse uideo cum ea, quam Gallæ transalpinae uulneribus & fistulis in potum commendant, & herbam Robertianam cognominant, coliculis rubentibus, flore paruo subpurpureoq; ac cæteris notis omnibus, quæ hoc loco à Dioscoride geranion redduntur: etiamsi ab eo medicinæ aliena existimetur. Quid enim prohibet ignoratas eius uires fuisse olim? Nostri, ut inquit Plinius, geranion ostendunt cicuta folijs minutioribus, & caule breuius rotundo, saporis & odoris iocundi: uerū hæc proprie geranion non est, sed myrrhis, de qua post agemus: confusione orta quod geranion à quibusdam myrrhis etiam dicatur: unde natum & illud sit, ut geranion in Latino cicutaria nomē habeat: cum alioqui cicutaria proprie myrrhis esse uideatur.

**GNAPHALION.** DLX. Gnaphalion alij chamæzelon uocant. Gnaphalion portō dicitur quasi herba fullonia, siue tomentitia: quemadmodū & piscis quidam gnaphus hoc est fullo dicitur: quoniā omnes maculas decoctum eius eluat. Hanc puto esse quæ ab Alcæo poeta gnaphos appellatur, aut eam quæ hippopharēs nomen habet, nam & illa fullonibus est propria. Est apud Aristotelem & autis dicta gnaphalus, quam miror à Theodoro prætermisam, immo uero cū altera quæ uocatur helea, confusam ab ipso. Tomentū à nostris dici quidā putant gnaphalion, lomentum certe in Plinij codicibus impressis legitur, tomentū in scriptis manu: qui tamē non lomentū dici, sed pro lomento esse scribit, quod & Dioscorides quoque affirmat. Etenim creta qua fullones in albandis & polien dis uestibus utuntur, lomentū à nostris, gnaphalion & gnaphalis Græce dicitur, ut in cœruleo notauimus ex Plinij sententia. Sed & fabacea farina lomentum est, quod Aëtius fabam nominat quādoq; Ego tomentum potius q̄ lomentū dixerim hoc loco: ut tamen sciamus gnaphalion utrumq; uideri significare, tam lomentū q̄ tomentum. Adducor eò q̄ Dioscorides centunculum uocari hanc Romæ prodat. Est autē

centonibus cum tomento maxima cognatio: nam & folia dictamni q̄ mollia esse uideantur, tomentitia, & lanea dicuntur à Dioscoride, hoc est gnaphalide. Sed & pars cucurbitæ interior quæ semen completitur, ab Aëtio gnaphalides esse dicitur, ob candorem cum mollitia.

**TYPHA.** DLXI.

Differre typham à tipha, quæ frumentigenus est, & per literam iota scribitur, existimo: sine geniculis scirpi modo nascens, radicibus multis, ut triticum hordeumq; folliculo multiplici, culmo simplici: leuissima frumentorū, solo etiam gracili facile proueniens, tritico persimilis ut zea. Pistam ferunt, qui mutari uolunt in triticum: idq; anno demū tertio procedit. Theophrastus sine folio gigni tiphē uocatam prodidit, Orchomenium circa lacum, parte radici proxima, esu præcipue pueris tenera: idem an diuersum genus faciat cum prædictis, æstimandum relinquo.

**CIRCAEA.** DLXII.

Circeam à Circe dictam nonnulli uerisimile putant. Quæsitum est autem à nobis, quid esset apud Columellam circea: nūquid pro Circea deprauatus esset locus? respondi, non cirream, sed cymam legendum.

**OENANTHE.** DLXIII.

Oenanthe à Theodoro uitiflora dicitur: post Narcissum uere floret. Plurimū durat, si diuulsa crebro prohibeatur sementescere. Flos ei candidus in racemis ut labrusca, odore germinantis uuæ, unde nomen. Nascitur locis tepidis, obseritur semine. Habetur & altera œnanthe inter uites dicenda.

**CONYZA.** DLXIII.

Conyza, quæ à nostris cunilago dicitur, & Plinio cunila quandoq; libro decimo, & à Theodoro pulicaris, quia pulices necat: folio coronat & maior & minor appellata. Maior dicitur esse mascula, folio aspero, pinguiore, q̄ minoris & imbricato. Torosiore caule magisq; ramoso: radice lignosa, quæ à quibusdam ut herba quoque ipsa, libanotis dicitur autore Plinio. Manipulo eius abiecto, omnes etiam à tota domo blatte cœueniunt ad eam. Vtrūq; genus serotinū, ut quod post arcturum germen floremq; mittat. In summa, cunilaginis appellatiōe quatuor herbæ ueniunt, mascula & femina: & quæ tertio loco ponitur scedissimi inter omnes odoris. Quarta tam reddit Plinius, quæ appellat fatiuam serpillo similem ē cunilagine montana factam. Est & quinta eius species Hippocrati, ut dicitur paulo post. Cunilago dicitur & ipsum ligusticum ab aliquibus, sed falso. At cunilæ tria sunt genera siue nomina: capitata & nostratem, quæ satyria sit, uocamus; gallinacæ, quæ origanum Heracleoticum: bubulam, quæ quæ admodum à Græcis dicatur, aliud non comperi q̄ eam Plinius pro origano accipere multis locis uidetur, in qua significatiōe uocabulo eo & nos usi sumus.

**CONYZA MINOR.** DLXV.

Conyza minor eadem femina, Hippocrati cunilago semper mollis uocatur. Folia huius tria mellis odorem habent, digitis tactu coherentibus. Hanc Dioscorides libanotidem appellat, cū Plinius masculam ita nominet. Pilosiora minori folia & rami, qui & aculeati sunt: hos squalidior, odore actiore, qui tamen grauior sit masculæ.

**CONYZAE TERTIVM GENVS.** DLXVI.

Hippo-

**H**ippocrates cunilagine, siue conyzam præter supradictas aliam describit, apio crispo similem, in maritimis sabulosisq; nascentem, odoris terribilissimi & maxime fastidendi: quã cum melle atque uino foemina: locis, quæ foetum non recipiunt, admodum ueri præcipit, libro de muliebribus causis secundo.

## HEMEROCALLES. DLXVII

**H**emerocalles elium à Theodoro dicitur, quod in Dioscoridis exemplaribus deprauatis elium marinum dici à nostris eum florem, legisset. Ego liliū marinū non elium in Dioscoride legendū arbitror: nam & Græce crinon à quibusdam, & à nostris liliū idem autor uocari tradit. Coronamentis folio tantum dicata hæc est. Pallidum hoc est uiridi & molle habet, radicem odoratam. Scribitur semine. Antiquus grammaticus Theodorus cognomine Panages, hemerocalles Athenis dici prodidit non florem, sed uellus aut lemniscum puniceum & uersicolore, quo in sacris utebantur. Dioscorides & hanc & liliū à ueteribus crinanthemon uocari tradit. Hippocrates quoque crinanthemon duplex haberi significat, cum alterum inquit esse in ædibus nostris proueniens.

## LEUCOION. DLXVIII.

**L**eucoion & si candidam uiolam ipso nomine significat, tamen & pro lutea, & cœrulea, & purpurea sæpe capitur: hinc apud Columellam candida leucoia, quasi & nigra quædam sint. Hippocrates certe: Nigra inquit, leucoia quarantur. Paulus inquit oleum hoc est uiolaceum, modo ex purpureis, modo ex candidis, modo ex croceis confici solere uolis. Sciendum & illud est, Dioscoridem hoc loco scribere uiolam, quæ Græce leucoion dicatur, à Romanis ligustriam quandoque nominari: etiam si codices sunt, in quibus non ligustria, sed Augustia legitur, ut fortasse Columella in horto suo intelligat de uiola cum cecinit: Nigro commista ligustro. Nam ligustrum candidū pro cypri flore capitur. Cæterum de purpurea siue nigra, seorsum post dicetur. Cœrulea quæ sit non constat, nisi quis cyanum hanc intelligat. Est autem cyanus flos, rosam excipiens, cuius color honorem nomenque dederit cœruleo. Cyanum amaranthus excipit. Trivialis ut quidam existima uere flos est cyanus, in frumetario nascens agro, & hortis quoque, rusticorum & puellarum corollis, calice rosarum sed squaroso atque tristi, sine odore, uerum summa coloris gratia, qui & baptifecula ruribus dicatur: quoniam secanibus & metentibus officiat, retusa in occursum eius salce: nam & seculam ueteres dixere salcem. Florum porro prima se ostendit alba uiola, necdum exacta hyeme. Sub idem ferè tempus exit & uiola cognomento flammea, quæ phlogion uocatur: syluestris tantum ab aliquibus phlox: ut errare putem, qui phlogion eandem esse cum lutea uiola scripsere, quod quidem ex sequentibus apertissime liquebit. Theodorus flammam uocauit, colore commendabili, odore nullo, semine proueniens coronis. Non est hæc autem Iouis flos, aut quod idem est, Iouis flamma, hoc est Diosanthos, idque neu dubitem, facit quod Iouis flos, licet sine odore sit, & coronarius, & obseratur semine, tamen æstate floret: non per hyemem, ut flammea. Plinius quoque: Iouis inquit flos colore tantum commendatur, odor abest, sicut & illi qui à Græcis inquit phlox uocatur. Diximus & lychnin uocari quandoque

flammeam, sed inter rosas potius quam uiolas. Aliud est apud Græcos phlogis: nam & uetis genus significat, quod nos flammeam & flammearios opifices in Plauto uocamus, & carnem tostam, ut est apud Stratonem. Violarum ergo alba & flammea plurimum durant: sed fatiuis maxima autoritas luteolis: qui color in nuptialibus flammeis quæ situs, ritu antiquissimo & foemina: totus concessus traditur: ideoque fortasse non numeratur inter principales, hoc est communes maribus & foemina: quoniam coloribus societatis principatum dabat. Genera lutearum Tusculana, & quæ appellantur marina, folio aliquanto latiore, sed minus odorato, in totum uero sine odore, ac minuto folio. Calathiana munus autumnum, cæteræ ueris. Proxima ei caltha est, concolori amplitudine uincit numero foliorum marinam, quinque folia non excedentem. Eadem odore superatur: est enim grauis caltha, non leuior ei, quam scopam regiam appellant, quamquam folia eius oleant non flores, ut inquit Plinius: quod autem genus ei sit inter uiolas scopam regiam, parum liquet. Dioscorides scopam regiam naporum generi connumerat. Plinius alio loco sideritum, quæ latissimo folio sit, scopam regiam à nostris dici uult. Viola odor est longinquo suauior: propinquus hebetatur. Vita longissima candidæ trinitium: ab eo tempore degenerat & minuitur, floresque assidue candidiores affert. Minor uis est recentibus: ideoque aridis utuntur post annum. Honor uicinis apud antiquos post rosam & liliū. Violam idcirco dictam ion Græci putant, quod cum Io in uaccam à Ioue conuersa esset, terra florem illum pabulo bouis eius fuderit. Nostris quoque uiolam quasi uirulam, imitatione Græca uideri possunt appellasse.

## CRATÆGONOS. DLXIX.

**E**st & alia cratægon, siue cratægonos siue cratægonos, quæ thelygonos uocatur: differentiâ intelligitur lenitate gustus. Hippocrates polycriton appellat, quam cratægonon cæteri. Plinius cratægonon spicæ tritici similem demonstrat, Dioscorides melampyro, Theophrastus lino triticeo, id est *λίνο πυριδι*, fortasse hoc intelligens quod Plinius culmum siue spicam tritici. Theodorus nescio quam diligenter lini modoruffum uerit, quia *πυριδι* non *πυριδι* in Theophrasto legerit. In Theophrasto arboris etiam genus est cratægos siue cratægona, quam Italia uocat aquifolium: neque magna ualde, neque crassa, ligno robusto, uersicolore, flauo, cortice leui ut mespilo: folijs ite mespili, hoc est promissis, uerum latitudinem ac longitudine maioribus, nec ad eundem modum serratis, fructu plurimum rotundo, qui mature scès siccatur, nigrescitque gustu & succo mespili: ferèque mespilus syluestris fuerit, ut Theophrasti uerbis utar. Aquifolium porro siue aquifolium ipse nihil aliud ueteribus fuisse uideo quam illicem. Ilex porro duo habet genera, minus & prolixius.

## PHYLLON. DLXX.

**P**hyllon radice parua. Differt ab hac phyllitis, de qua diximus. Differt & phyllandron siue ut alij scribunt, phellandron: de quo nihil aliud proditum inuenio, quam quod in paludibus nascitur, folio apij, quodque semen eius propter calculos & incommoda uesciæ bibitur. Ab hoc sunt qui phellandron eandem esse cum helioselino, id est apio palustri censeant. Herba quæquillã quæ à Plinio silaus appellatur tradit in glareosis ac perennibus xiuis, apij folio nata, quam

quam ad uescia incommoda coquendam præcipit: sunt qui pro phellandrio eleofelinoq; accipi putent. De hoc in suo plura diximus & lauere, nõ siluam scribi posse, cum inibi tũ in Apologia quoq; nostra ostendimus.

## ORCHIS.

DLXXI.

**O**rchis qui priuatim cynosorchis, id est testiculus canis dicitur, inueniri solet ferè in uineis, folijs ternis, paruis, semipedalib. radice ad formam testium hominis, alternis annis intumescente, acrescendente: atq; hic mas est & foemina eiusdem nominis, quæ distinguitur interno dijs & ramosiore fructu, radice fascini. Nascit ferè iuxta mare cynosorchis & satyrion uocat min<sup>9</sup> proprie: aliud enim gen<sup>9</sup> est quod proprie satyrion appellant, ut paulo post monstrabitur. Est & orchis cognomine Serapias, de qua modo prodendum.

## ORCHIS SERAPIAS.

DLXXII.

**O**rchis Serapias quam triorchin cognominat Aëcius, folium habet scillæ, ut Theophrastus & Plinius testantur, non silphij siue laseris, ut Theodorus cõuertit, silphiodes pro scillodes in eo le gens: & enim silphio folium est apij, non scillaceum aut porraceum ut Serapiadi. Spinofus huic herbæ caulis, & apio id est raphano syluestri, non ut Theodorus inquit piro similis.

## SATYRION.

DLXXIII.

**S**atyrii primum genus caule leui, radice gemina hoc est duplici ordine à Plinio describitur.

## ALTERVM SATYRIVM.

DLXXIII.

**S**atyriion hoc notum pastoribus, quoniam arietibus & hircis segnioribus in potu datur. Et in Sarmatia equis ob assiduam laborem pigrioribus in coitu, quod uirium profedamum uocat. In totum quidè Græci concitationē hanc uolentes significari, satyrion et satyrisimon & satyriasin appellat: ideo & aristolochiæ genus unũ, qd polyrrhizon cognominat, satyrion ex facto uocari cenſeo. Herbam quoq; illam satyrion Indam appellauerim Theophrasto allatam ex India, cuius contactu libidinem durare septuagesimo coitu meminerit, nec speciem eius aut nomen aliud reddiderit. Habet hodieq; Syri herbam simili effectu, bucheidenq; nominat & Indicam satyrion, fortasse cum ea cuius mentionem Theophrastum fecisse diximus, eandem, radice candida & dura, commendatiore quo crassior & rugosior, & albior, podagris utili. Est & alia satyrisimi significatio Hippocrati, pro tuberculis prælongis, qualia satyrorum pinguntur sub ipsas aures, quæ à quibusdam & theres & pheres appellantur, ut inquit Galenus.

## ORMINON.

DLXXV.

**O**rminon amarum nigrumq; nec cumino penitus ab simile, dodrantali Plinio altitudine: medicamentis annumerandum potius quam inter fruges, dictum ita, quia Venere extimulet. Scitur cũ sesama & irione, omninoq; cum æstiuus, hoc est cum his q; æstate ante uergilatũ exortũ feruntur. Est & orminiũ siue ormiendõ, et ormeniõ, sed illud corrua intelligitur. Plinius huic foliũ porri tradidit, cæteri marrubio simile fecerunt: qui error fatalis ferè Plinio est, ut in ballote & stachye.

## HEDYSARON.

DLXXVI.

**H**edysaron quoniam peleciton à Græcis dicitur, à nostris securidaca nomē habuit, fruticosa cauliculis, semen siliquis ternis quaternisq;

quale gith nouimus amatum. Nascitur in segetibus. Hac lentem necari Plinius & e Græcis aliqui recetioribus existimant, Theophrastus a phacen. Lētem uero ab aparina quæ lappa sit, strangulari cõplexu scribit: ita sæpe fallit uocabuli similitudo: nam Græci lentem phacon uocant non a phacen. Sciebant & hoc discrimen illi, quis dubitat: sed libratorum culpā, ut sæpenumero contingit, hallucinando suam fecere: qd quidem & nobis accidisse aliquibus locis hoc opere non dubitamus: hoc enim est hominem esse.

## ONOSMA.

CLXXVII.

**O**nosma & œnoma, & onoma, & onomis, & ononis, et phloitis phlomitidis poti<sup>9</sup>, & hypbatõ uocat. Folia ei<sup>9</sup> nõ ad quatuor sed ad tres digitos lōga Plini<sup>9</sup> scribit, strata i terrā tria incisaq;. Quid sit Hippocrati onosma quo lichenes tolluntur, haud comperi: nisi quis acetariam compositionem in eo uocabulo contineri cenſeat: acetum sanè contra lichenas pollere nemo dubitat.

## NYMPHAEAE.

DLXXVIII.

**N**ymphææ radix dulcis, quā & in sole siccat. Nata fertur à nymphea erga Herculeum zelotypa, proptereaq; mortua: quare Heracleon uocant aliqui. Alij rhopalon à radice clauæ simili, laudatissima in Orchomeno & Marathone, sed & in Creta quoq; ut Theophrastus putat. Bocetij manodion siue madon, ut idem Theophrastus indicat, appellant, edētes semen.

## NYMPHAEAE ALIA.

DLXXIX.

**N**ymphææ alia caput habet rosæ magnitudinis.

## ANDROSACES.

DLXXX.

## ASPLENON.

DLXXXI.

**A**splenon folijs trientalibus, radice limosa, cauernosa sicut silicis, candida, hirsuta. Gaudet humidis. Laudatissima in Creta, ubi & reperiunt Vitruuius affirmat circa Potereum amnem, qui duas urbes Gnoson & Cortynam interlabitur, parte quæ ad Cortynam spectat, pecoribus sine liene inuentis, quia herbam eam roderent: ex altera parte quæ ad Gnosum est, lienem habentibus: quia ibi herba illa non appareret. Theophrastus hemionon hanc appellat. Theodorus mulam uertit, folio scolopendrij, radice multiplici, montosas petrosasq; planities amantem, delectari cibo eius mulas, & ob id datum ei nomen. Fœminas sterileſcere, quæ hanc herbam in cibo sumpserint, admixta mulæ ungula & corio aut semine, prout aliqui non derma, sed sperma in Theophrasto legunt. Quod aut scolopendrij folio describit eam, uidetur aliud genus quā scolopendrij, siue qd idem est asplenon haberi uoluisse Theophrastus: nisi quis ab eo scolopendrium & scolopendra sumptum intelligat.

## HEMIONITIS.

DLXXXII.

**H**emionitis uidetur esse quam Plinius Hermion & Teucrion ab inuente Teucro uocatã prohibet, uigesimo quinto historie naturalis uolumine, natam in asperis, austero gustu, nec florem ferentem neque semen, lienibus medentem, quæ omnia & hemionitidi à Dioscoride tributa sunt. Nam quod Plinius iuncos tenues spargentem describit, Dioscorides radice multiplici & exilidemonstrauit: quod ille folijs paruis, hic folijs dracuntij lunæ modo incuruis delineat, id est, *in uog. di. i.* 4 folijs

folijs paruis, sed folijs curuis, in Plinio scribendū cen-  
seo locum eum. Inuentam sic affirmant, cum exta su-  
per eam proiecta essent, adhæsissetq; lien, eumq; exti-  
nanisset, propterea & splenion uocata. Sues quoq;  
qui radicem eius ederint, sine illo uiscere cōpertos.

ANTHYLLIS.

DLXXXIII.

442 **A**nthyllis & anthyllion & anthycellion uoca-  
tur. Genus eius primū in sabulosis, alterū na-  
scitur in saxosis. Est & in Aegypto fructuosū  
quidem anthyllion sed anthalion, uocatus à Theo-  
phrasto malum anthali, magnitudine & rotunditate  
mespilli, sine nucleo, sine cortice, folijs cyperi: haud  
procul Nilo, etiam si Plinius scribat, longius à flumi-  
ne. Decoquunt ibi hæc in bryto hordaceo, uehemen-  
ter iocunda & dulcia, & quæ bellarioꝝ uicem in se-  
cundis mensis impleant.

ANTHEMIS.

DLXXXIII.

443 **A**nthemis quæ & leucanthemis uocatur, pro-  
ea quæ *χρυσόκλων* uulgo dicitur, magnis est  
ab Asclepiade celebrata laudibꝫ. Theophra-  
stus anthemion & anthemion appellat, quā Diosco-  
rides anthemida, & Hippocrates, ut arbitror, euan-  
themion, duo genera constituens: unum eius quæ  
ab radice duntaxat foliata sit: alteræ quæ caule tantū.  
Desflore incipit utrumq; cacuminibus, cum ceteræ  
ab imo incipiant: flore candido, in orbem medijs her-  
baceo. Semini colos qui flori. Decidere hoc sicut &  
spinosis concepraculo inani relicto. Theodorus an-  
themion pro melanthio uidetur intellexisse, ut qui  
nigellam interpretatus sit. Reponuntur anthemidis  
flores in coronamenta, sed collecti uere. Est & sala-  
tionis apud Athenæum cuiusdam popularis nomen  
anthea, cum illo ioculari numero:

Vbi rosa? ubi uiola? ubi florens apium?

Vbi hæc rosa? ubi hæc uiola? ubi hoc florens apium?

PARTHENIVM.

DLXXXV.

444 **P**arthenij flos odorem habet mali. Nascitur in se-  
pibus: matricariam dici eam multi putant. Sūt  
qui cotulam appellent: nam & ipse Dioscorides  
testatur ab Æthruscis uocari cautam, unde cautula  
deducitur, ac deinde cotula. Sed & leucanthen & ta-  
mnacū Plinius hanc appellat: nisi librarioꝝ menda  
sit tamnacum pro amaraco scribentū. Nam & ama-  
racus à Dioscoride uocatur: nec aliter à Galeno atq;  
Paulo. Celsus apud nos pallecium & muralium ap-  
pellat, ut Plinius intelligit. Ego Celsum de alia par-  
thenio muraliū dixisse autumo, quæ non in sepibus,  
sed in muris parietibusq; nascitur, ob id & parietaria  
uulgo nominata, ut in helxine docuimus. Est & par-  
thenis pro Artemisia: quæ sunt qui Artemin legant, nō  
parthenin, castigando protinus errore medicorum,  
qui parthenion de qua modo loquimur, Artemisiā  
esse uoluerunt. Apud Hippocratem quæ sit herba par-  
thenion cognomento microphyllon hoc est parui-  
folia, dubitatur à Galeno, qui Dioscoridem pro helxi-  
ne aut etiam Mercuriali capiendū existimasse scri-  
bit. Sed quid si eam pro Artemisiæ secundo genere  
Hippocrates intelligit, cuius minuta folia traduntur?  
aut etiam pro matricaria de qua hic agitur, quæ fo-  
lijs coriandri describitur?

BUPHTHALMOS.

DLXXXVI.

445 **B**uphthalmos, siue buphthalmion, siue ut Hip-  
pocrates buanthemon, fruticosa caulibus, qui  
& manduntur decocti. Flores huius maiores  
multo acrioresq; sentiuntur q̄ anthemidis, Differt à

butumo frutice palustri, Orchomenio lacu plurimo,  
caule inoffensissimo, peculiari quodā leuore, folio  
harundinis angulari, fructu nigro, mali amplitudi-  
ne, sexu duplici. Mas fecundus, scemina uirilium ad  
nexus utili. Pars ab radice tenera manditur, puerorū  
cibo grata. Buphthalmion uero eandem esse cum  
chrysanthemo uocata puto, de qua sequenti libro  
Dioscorides hæc ipsa repetit. Facitq; q̄ Alcman poe-  
ta chalcā siue cachlan, hoc est buphthalmion, ita  
nominat, ut aureum torquem ex huius constare flo-  
ribus ostēdat. *χρυσόν ὀφρύων* & *χρυσόν ὀφρύων μελάσθρον* & *χρυσόν*  
Nicolaus Damascenus lacum sub alpes esse scribit,  
multorū stadiorū circuitu, ubi toto fere anno flores  
suauissimi odoris & coloris præstantissimi per ambi-  
tum uisuntur similes buphthalmio. Non uidetur hæc  
buphthalmos esse, quā rustici bouis oculum & cot-  
tulam cognomento fœtidam ab odore appellante:  
pratēsem herbā, q̄ eius cādidī flores sunt, buphthal-  
mi uero lutei, ut Dioscorides & alij testantur: cri-  
am si cætero satis cum ea congruant. Est & alia bu-  
phtalmos de qua in cucumere syluestri diximꝫ. Bu-  
phtalmō Dioscorides & ælurō dici meminit. Ego  
ælurion uocari quandam stirpem lego apud Phorio-  
nem: diuersa nec ne sit, haud constat. Porro æluros  
animal est, quod nos selem appellamus, uulgo ut  
quidam interpretantur, cattus: quod & ægiluros q̄q;  
dicitur à poetis. Inuenio & chalcā uocari purpurā,  
& herbæ genus quo purpura tingitur, apud Phorio-  
nem grammaticum.

DLXXXVII.

PÆONIA.

**V**etustissima inuenta Pæonia est, auctorisq; no-  
men retinet. Theodorus apud nos dulcissima  
uocauit, quia glycyfiden Græci quoq; dice-  
rent. Nascitur opacis syluosisq; montibus, caule pal-  
morum duūm. Inuenio & digitorū quatuor ab eodē  
Plinio descriptam, cute lauri subrutila, agnascenti-  
bus duobus aut tribus, ferente in cacumine uelut a-  
mygdalis quatuor aut quinq; folio nucis pinguiore  
rotundioreq; ac minore. Inhærent & radicibus ma-  
ris glandulæ, sed plures q̄ octo: quonia non una radi-  
ce nituntur. Fœminæ folia myrtham redolent, & de-  
ce nituntur. Fœminæ folia myrtham redolent, & de-  
ce nituntur. Radices fructumq; legi noctibus præci-  
piunt: quia picus Martius interdū facere dicitur im-  
petum in oculos, alioqui effodientibus radicē Pæo-  
niæ sedes procidit, si Theophrasto existimat. Hanc  
ctum id ad uenditionē rei Plinius existimat. Hanc  
& ephialtion uocabant antiqui, utpote contra sup-  
pressiones incuborum sanorumq; nocturnas ualē-  
tem. Seleucus glycyfiden pomi genus, specie fici tra-  
dit, quod mulieres maxime deuitent, infatuationis  
metu: ita enim *ματαιόμην* interpretor. Glycyfida pot-  
rō dicta est Pæonia, q̄ acinos malipunci similes ha-  
bere uideatur: nam sidan malum punicum à poetis  
uocari supra docuimus.

LITHOSPERMON.

DLXXXVIII.

**L**ithospermon herba quincūcialis fere, folijs du-  
plo maioribus q̄ rutæ. Gerit iuxta folia singu-  
las ueluti barbular: & in earum cacuminibus  
lapillos uelut aurificum arte inter folia eius alernos,  
candore & rotunditate margaritar: ipsi qua pedicu-  
lis adhærent, cauernulas habent: & intus semen. Na-  
scitur & in Italia, sed laudatissimū in Creta. Iacere at-  
que humi serpere autores tradunt. Plinius uulgam,  
non hærentem uidiisse meminit. Hanc à Theophra-  
sto Diospyron quasi Iouis triticum appellatam arbi-  
tror, ut

448

tor, ut in ceraso cōmonui. Lithospermon & xtony-  
chon nōnulli dixerunt. Est & alia lithospermon nihil  
à supradicta differens, nisi magnitudine, ut quæ non  
serpat, sed arbuti modo fructet.

## PHALARIS.

DLXXXIX

**P**halaris caulem habet longū in summo flore, q  
spicaceus à nobis uisus est, inclinatum: semen si-  
mile sesamæ.

## ERYTHRODANVM.

DXC.

**E**rythrodanū & ereuthodanum dicitur, folium  
hederæ sed rotundius: serpit humi ut gramen,  
locis umbrosis cōspicienda, quinis per genicu-  
la caulū folijs. Laudatissima Italica, & maxime sub-  
urbana, & oēs penè provincie scatent ea: radice ama-  
ra & anchusæ modo rubicūda, uelleribus tingēdis &  
pellibus perficiendis utli, præferim Italica, ut Demo-  
crito placuisse dicunt: ob id à quibusdā appellata byl-  
fos. Cæterè byssos proprie lini genus est, de quo Pli-  
nius: Honor, inquit, proximus byssino, mulierū maxi-  
me deliciis circa Elin in Achaia gentio, quaternis de-  
narijs stipula eius permutatā quondā, ut auri. Pausa-  
nias: Byssus, inquit, non alia Græciæ parte nascitur q̄  
in Elide, tanta tenuitate, ut ne Iudaicæ quidē bysso ce-  
dat: etiam si colore minus ruffet, q̄ Iudaica. De bysso  
Iudaica pleni sunt sacræ literarum codices.

## LONCHITIS.

DXCI.

**L**onchitis non ut pleriq̄ existimauerunt eadem  
est quæ xiphion & phasganion, q̄q̄ semine cu-  
spidaceo, radicibus prælongis.

## LONCHITIS TRACHEA.

DXCII.

**M**edici althæam uocando, ut Theophrastus  
inquit, maluam syluestre intelligunt, ab ex-  
cellentia effectus: à quibusdā arithalthæa di-  
citur, anaden dromalache à Galeno: stem ebiscus siue  
ibiscus: q̄q̄ Plinius althæam ab ibisco separauit, in me-  
dicina usū: ibiscus, inquit, à pastinaca gracilitate tan-  
tum distat, damnatus in cibis, & medicinae duntaxat  
utilis, quæ Cæci malachen, inquit, agriam uocent, &  
aliqui phstolochiam. Althææ folium malux à Theo-  
phraστο redditur, sed grandius & pilosius, cauliculi  
molles, flosulatus, radix alba neruosa q̄, semē malug,  
gustus quoq̄ caulium, ut malux.

## ALCEA.

DXCIII.

**A**lcea caulibus foliosis, nascitur in pingui so-  
lo nec sicco, quæ & peristereon cognominat,  
à similitudine foliorū, ut conijcio. Ipsam q̄q̄  
leonis caudam, qua multū pollet animal id Home-  
ro, Catullo & Plinio testibus, appellant Græci alce-  
am. Differentia in eo ut quibusdā placet, q̄ herba di-  
phongū non habet in penultima. Dicitur & cercis  
cauda eius: q̄q̄ & herba quædam cercis est, e qua ra-  
dij fiant textoribus, unde & nomen.

## CANNABIS SYLVATICA.

DXCV.

## CANNABIS SATIVA.

DXCVI.

**F**ines cannabini præferuntur in sicco, ferulacei  
generis hæc herba optima Alabandica plaga-  
rum usibus præcipue. Tria ibi eius discrimina.  
Improbatur cortici proximū aut medullæ. Laudatis-  
simum est e medio qd̄ & mēsa uocant: secunda com-  
mēdatio milasæ: nam quod ad proceritatē attinet,  
rosea agri Sabini arboræ altitudine æquat. Seritur à  
fauonio ubiq̄: quod densior eod̄ semē eius, cum est ma-  
tuum, ab æquinoctio autumni defringitur, & sole  
aut uento aut fumo siccat. Ipsa canabis post uinde

miam carpitur, & lucubratiōibus decorticata purga-  
tur. Varro, Gellius & Palladius cannabum nō canna-  
bim appellant: sanè canabus Græce lignum illud gra-  
cile significat, in quod pileum uirilibus aut centontibus  
intextitur, ob id Samyrionem poetam Stratis  
cannabum uocabat, propter macilentiam, ut inquit  
Pollux.

## ANAGYRIS.

DXCVII.

**A**nagyris odore tetro, prouerbiū peperit con-  
tra eos, qui offutura sibi cōmouent. Dicitur  
& anagyros. Hanc sunt qui à Plauto naureā  
uocari putent in Asinaria, sed autorem non habent.  
Naureā porro herbā gravem esse scribit Festus, qua  
coriatij utantur, à nauī dicitam quasi nauisam.

## CEPÆA.

DXCVIII.

**C**epæa quasi hortensianā uoces, radice nigrio-  
re q̄ portulacæ, inutili. Nascitur in littoribus  
arenosis, gustu amara, ut inquit Plinius, etiam  
si deprauata in eo habetur lectio.

## ALISMA.

DXCIX.

**A**lismatis siue Damasceni huius folia magis  
laciniosa q̄ plantaginis uidentur: alioqui simi-  
liter uenosa, radicibus densis. Alterè gen⁹ eius  
dem in syluis nigrius, & maioribus folijs, Plinius hæc  
herbam uidetur quodā loco appellasse caulium, sed  
mendosam in eo lectionem monstrauimus.

## ONOBRYCHIS.

DC.

**O**nobrychis radice gracili, nascit̄ circa fontes,  
HYPERICON.

DCI.

**H**ypericon frutex est oleraceus & tenuis, acri  
odore, cubitali, nigro semine, cū hordeo ma-  
turescere, ut Plinius demonstrat. Caput hoc ad  
uerbū in syluestri ruta superius à Dioscoride repetit̄.

## ASCYRON.

DCII.

**A**scyron & ascyroides similia inter se sunt, ut  
inquit Plinius, sed ascyron maiores habet ra-  
mos: ascyroides uero ferulaceos omnino q̄ ru-  
bentes. Semē utriq̄ in caliculis nigri, pusilli. Comæ  
ascyri trita uelut cruentatæ apparent.

## ANDROSAEMON.

DCIII.

**A**ndrosæmon nō absimile hyperico est, cauli-  
culis maioribus densioribus q̄ ac magis ru-  
bentibus, folia alba. Gignitur in uineis, ferè  
medio autumno effoditur suspediturq̄. Galenus: An-  
drosæmon duplex, inquit, est: ascyron siue ascyroi-  
des, de quo supra uidelicet locuti sumus: alterè Dio-  
nyssias priuatim appellatum ab aliquibus: utriq̄  
par effectus.

## CORIS.

DCIII.

**C**oris sub tamarice nasci dicitur, folijs min⁹ ru-  
bentibus leniter aculeatū. Hippocrates coren  
hanc uocauit, ut Galenus inquit, argumēto se-  
minis, q̄ pupulæ similitudinē præsentat: q̄q̄ sunt re-  
centiores, qui pupulam siue pupillā dicendo, herbā  
à Dioscoride sium appellatam significant.

## CHAMÆPITYS.

DCV.

**C**hamæpitys & aiuga siue abiga dicitur à Lati-  
nis, propter abortus. Inuenio & ibigam uoca-  
ri: quod nomē fere seruant hodie q̄ Illyrici, no-  
strū uulgus uam: est ubi appellet, ut inquit Plinius,  
etiam thus terræ, tria eius discrimina reddendo: unū  
sesquipedalibus furculis, flore pinus & odore: alterū  
breuius & incuruū: de tertio dicemus paulo post sua  
mentionem. Recētiore alia chamæpityn nouerunt,  
eiusdem, ut ipsi arbitrantur, effectus, folio saluæ  
rimoso,

COROLLARIJ,

rimoso, angustiore tantum, & ad radicem maiore, flore subcandido ac luteo, e folliculis schareæ, id est, cristæ gallinacæ similibus, sapore pinus, in maritimis montibus nascentem, nigro semine, quæ nõ serpit. Chamæpityn Athenis alij Dionysiam, alij Didoniam, alij (q̄ uerius existimo) Ioniam uocari scribunt, ut Apollodorus & Athenæus: Item alij holoctron ut Dioscorides, & quos modo nominauimus: alij holocteron ut Paulus: credo librorum culpa uariatum fuisse in uocabulo: sed res constat, satis est. Nicander

Ionida quandam herbam nominat, fortasse chamæpityn significare uoluit, pumilam & humilem cano dicendo.

CHAMAEPITYS SECUNDA. DCVI.

DE chamæpitye secunda dictum est in prima CHAMAEPITYS TERTIA DCVII.

CHAMAEPITYS TERTIA, folijs scabris, caule digitali, crassitudine aspicitur.

TERTII LIBRI COROLLARIJ FINIS.

HERMOLAI BARI

BARI PATRITII VENETI, ET AQVILEIENSIS PATRIAR-

CHAE, in Quartum Corollarij librum, PRAEFATIO.



UPEREST ADHVC NOBIS MAXIMA NATVRAE PARS EXPLICANDA, plantarum scilicet ac stirpium uis & potentia: In quibus accuratissime perscrutandis cũ antiqua olim Græcia plurimum laudis ac gloriæ sibi uendicasset, nostri quoque eiusdem industrie æmuli contemni iure non possint. Atque ut alios taceam, quis non Plinium toti Græcia tuto opponat? Aut quis hunc unum tantæ ingeniorum fecunditati, tantæ librorum copiae, tantæ industrie nõ æquet? Atqui mea sententia, uel hic unus dubiam illis studiorum hanc palmam facit, uel cedendum

est illis in hoc genere. Nos uero nec cedimus, & tanto illos antestamus hac parte Plinio duce, quãrum armorum gloria ac militari disciplina, ne cum nostris quidem conferri possunt. Nam de moribus atque institutis, reiq; domesticæ ac publicæ ratione nec illi unquam contenderunt, & rerum euentus facile ostendit, quanto nos illa melius tuemur ac lauius. De Mauritanis uero scriptoribus, quos uulgus Arabes appellat, sileri melius hac in parte puto, quicerte de Græcis ueteribus multa male in suam linguam uertentes, obfuisse uerius uita q̄ profuisse uideri possunt. Tandem etiam nocentius, quantum nostrates homines, dum uel Græcos ueteres negligunt, uel Plinium auersantur, hocce ducenacti, magno mortalitatis detrimento, ex eorum præscriptis morborum remedia professi sunt: digni aliqui qui progeniorum felicitate atque animi sui propensione meliores præceptores adepti, de nobis melius promereri potuissent. Verum hæc alias: nunc coepta deo iuuante prosequamur.

HERMOLAI BARBARI PA-

TRITII VENETI, ET AQVILEIENSIS PATRIAR-

CHAE, COROLLARIJ LIBER QVARTVS.

BETONICA.

DCVIII.



ESTRON à Vetonibus inuentam in Hispania, Betonicã in Gallia nominari coeptam putat. Alij Chironem, alij comisten, prophetæ hieraca, Thuscia in dicem, alij pèdouiam, Syri periponion, alij sideritin alij theriopauon, alij bœav p̄sax, hoc est radicem diuinam, in Italia ferratulã uo-

cauere. Caulem habet interim cubitorum duum à radice spargens folia ferè lapathi, ut Plinius inquit, serrata, semine purpureo, ut idem autor est, seu stamine purpureo, ut Dioscorides, qui hoc dicit in altera mentione Betonicæ. Fit uinum ex ea & acetum medicis. Multum differt specie nõ affectu alia Betonica, ut Paulo Aeginetæ placet, uniuersalis, ramulos habens pulegij, tenuiores & gustu fatuos, in petrosif ferè proueniens.

BRITANICA,

DCIX.

BRITANICA in insulis oceani aut in confini Britanniæ oceano reperta est, folia habens oblonga, nigra, & radicem nigram, succus huius exprimitur & ex radice. Florem Vibones uocant: qui collectus antequam tonitrua audiantur & deuoratus, securos in totum reddebat milites Cæsaris germanici à morbis quos medici stomacacen & scelotyben dicebãt. Siquidem in Germania trans Rhenum castris ab eo promotis maritimo tractu, fons erat aque dulcis solus: qua potata, dentes intra biennium deciderent, compagesq; in gēnibus soluerentur: quibus in commodis in Arabia quoq; Romanas legiones tentatas fuisse Augusti Cæsaris principatu, Helij Galli ductu Strabo refert. Sed quæruunt nonnulli quomobrem Vibones dicantur huius herbae flores. Diuinare non ausim: cæterum Strabo autor est, apud Vibonem in Brutis repertum ferè ronis flores necere, in eum quoq; locum propter flores è Sicilia migrasse Proserpinam. Propinqua est Viboni Petilia: quæ nomen Petilio floribus dedit in Lucanis, autumnali & circa uepres nascenti: in colore commendatur qui est rose syluestris, mirumq; in eo flore inflecti cacumen, nec nisi intorto folia nasci, paruo ca-

licae uerficoloris, luteum semen includente. Hunc di-  
xiab oppido Lucaniae uideri appellatū, nisi quis à Pe-  
tilio Romae luco, Itemq; Petilino altero existimet: ali-  
oqui petilus pro exili capitur Lucillio. De hac itaq;  
Britanica Dioscorides in praesenti loquitur. Est &  
Cantabrica in Hispania, per eiusdem Augusti tempo-  
ra à Cantabris inuenta, nascens ubiq;, caule iunceo,  
pedali, in quo sunt flosculi oblongi uelut calathi, &  
in his semen perq; minutum.

BETONICAE MENTIO TERTIA. DCX.

Apud hoc nō in omnibus codicibus inuenias.  
Illud mix; quibusdā, q; Plinius Betonicae folia  
rumici scribit similia: hoc Britanicae Dioscori-  
des assignat, cum Betonicae querna potius uisantur.  
Nec illud minus licet mirari, quam obrē mentiones  
duas Betonicae meruerit: nisi quis duo quoq; genera  
Betonicae demonstrata nobis à Dioscoride contende-  
rit. Duas & Paulus Aegineta Betonicae facies intelli-  
git, effectu parili, ut praediximus.

LYSIMACHION. DCXI.

Lyfimachion & Lyfimachios & Lyfimachia  
uocatur. Inuenit hanc Lyfimachus. Folia eius  
uiridia, ramuli erecti, odore graui, flos purpu-  
reus fruticosusq;, ut Plinij uerbis utar. Vis huius her-  
bae tanta, ut iumentis discordantibus iugo imposita  
asperitate cohibeat. Patauij demonstrata nobis est.

POLYGONON MAS. DCXII.

Polygonon & calligonon appellatū uidetur à  
multitudine seminis, propterea feminalis in La-  
tino dicit: q; & sanguinalis & sanguinaria uo-  
catur. Alij à densitate fruticis, alij à frequentia genicu-  
lorum arbitrantur: quidā & halmada nomināt. Inue-  
niuntur qui foeminam esse hanc contēdant, marem  
autem maiore minusq; nigrum, & geniculis densio-  
rem. Herbarij nullam magis aridam q; polygonon  
seruant. Dioscorides polygonon quibusdam locis  
uocari tradit pedaliū. Plautus quidem ita in Cur-  
gulione appellat odoratē genus herbæ:

Tu rosa, tu crocus & casta es, tu pedaliū.

Aur certe unguenti nomē est in ea fabula pedalion.  
Fortasse uero non pedaliū sed bdelliū in poeta eo le-  
geris. Polygonon Aërius & ἄλιον βοτάνης hoc est solis  
herbā dicit meminit, uulgo centinodia & corrigiola.  
Proserpinaciū in Plinio sunt qui polygonon accipi-  
ant, dicente uulgarē herbā esse proserpinacā, eximij  
aduersus scorpiones remedij, & lassitudinē si linguae  
subiciatur: si deuoretur, uomitionē sequi salutarē, ut  
corrupte legatur in Dioscoride hoc loco stopinaca  
pro scorpionaca siue Proserpinaca: qñ utrumq; nomē  
polygonon tributū uideas in eo libro qui L. Apuleij  
fuisse creditur à multis. Illud mirari subit, q; Plinius  
eodem capite Proserpinacā & polygonon quasi di-  
uerfas herbas demonstrat, & utraq; ad anginas  
commendat, xx vii. uolumine.

POLYGONON FOEMINA. DCXIII.

Polygoni quatuor genera Plinius existimat, ma-  
rem & foeminam: tertium ὄψον hoc est monta-  
num, quod & describit eadem forma qua Dio-  
scorides hic foeminam. Quartum genus polygonon  
ton priuatim appellatur, de quo protinus indican-  
dum nobis est.

POLYGONATON. DCXIII.

Polygonaton Dioscorides montanum polygo-  
non, sylestre Plinius intelligit, etiam si descri-  
ptio fortasse dissonat in plerisq; Arboris, inquit

penē modo fruticat, radice lignosa, stirpe cedri rubi-  
cundo, ramis sparti, binūm palmorū, nigris geniculo-  
rum ternis quaternisq; articulis, odore quodam sine  
gustu fastidiendo: qui ne explicari quidē recte possit,  
ut Paulus Aegineta scribit, & eo prior Galenus.

CLEMATIS. DCXV.

Clematis hæc siue clematidis Aegyptia cogno-  
minatur, quoniā Aegyptus hanc maxime gi-  
gnat, prælonga tenuisq;, in proverbiū usq; cel-  
sit *καμακίς αἰνυμένη*: ita nominādo eos, qui proceri &  
nigro sunt corpore, ut est apud Phalereū Demetriū.

CLEMATIS ALTERA. DCXVI.

Clematis secunda siue clematidis, smilaci hoc  
est hederæ Ciliciæ similis effingitur, genicula  
& ipsa repensq; per arbores. Hanc aut non  
dissimilē, ut puto, Plinius est ubi echiten & laginen  
uocari, & tenuē scammonēā, quia pedales, foltofos,  
nō dissimiles scammonēæ ramos habeat, nisi q; mi-  
nora nigrioraq; sunt folia. Inuenitur in uineis aruisq;  
paratur cibus, ut olus cum oleo & sale. Sit hic frutex  
qui cōuoluolus à nostris dicitur, cuius flos lilij rudio-  
ris figurā præbet, ob id & lilia stri quoq; nomē habēs,  
& uulgo etiam ligustrū (q; ligustrū proprie cyprius  
est) æstimaturi indicent: nam & foliū ei pinnatū est,  
ut scāmoneæ, nec smilaci dissimile, uolubilis maio-  
ris nomine: Semen nigrū, triangulū, in folliculis aci-  
nosæ specie, qui numero tres habētur, in uinetis aruis  
q;. De hoc Plinij uerba subiicimus: Est, inquit, flos nō  
dissimilis lilio in herba quā conuoluolū uocāt, nascēs  
per frutera, nullo odore, nec crocis intus, candorem  
tantum referens, & ueluti rudimentū naturæ lilia fa-  
cere condiscens. Inuenio qui periclymenon uocēt  
conuoluolum, atq; ita pictam in Grecis codicibus ui-  
di: sed uera periclymenos alia est, ut post liquebit. Ha-  
betur & clematis tertia, centunculus à nostris appel-  
lata, rostratis folijs, ad similitudinē capitis penularæ  
iacens in aruis. Dioscorides & gnaphalion herbam,  
centunculū à Latinis dici meminit: q; non habeo cō-  
pertum eadem sit an diuersa gnaphalion à tertia cle-  
matide: quando quidem & medicinæ congruunt, &  
apud nos utraq; centunculi nomen habet. Sciendū  
Galeno teste, Dioscoridem hoc loco de prima tantū  
clematide locutū, quæ nō simpliciter clematidis, sed  
clematidis daphnoides, aut myrsinoides, aut polygo-  
noides appellanda esse uideat. De secunda uero cle-  
matitide, quā & absolute clematitin uocari tradit, in  
quarti huius libri sine scriptū esse, non hic existimat.  
Addidere tamen librarij utroq; loco eam, quod & in  
alijs herbis fecere. Pamphilus duas clematides in  
unū confudit, à Galenoq; ob id incessit iure. Idē ui-  
detur & Plinius fecisse, medicinas aliquot prioris se-  
cundæ tribuendo. POLEMONION. DCXVII.

Polemoniū, siue polemoniā, alij philateriā à cer-  
tamine regū inuentionis appellauerūt, radice  
crassa, nigro semine. In Plinio & melemonium  
uocari herbā quandā inuenias, uomituris utilē: tamē  
haud certū sum ecquid corrupta sit in ea uoce lectio.  
SYMPHYTON PETRAEVM. DCXVIII.

Symphyton petraeum nos alium Gallice uoca-  
mus, folijs paruis, ramis tribus aut quatuor à ra-  
dice. Nascitur in petris, ideoq; petraeum cogno-  
minant. Symphyto autem Græci nomen imposue-  
re, quoniam consolidet. Hanc Veneti cotoneam ap-  
pellant, ut inquit Plinius, rosæ radicis, alibi albæ, ali-  
bi nigræ.



## SYMPHYTON ALTERVM. DCXIX.

**H**oc Galenus symphyton *μύξα* id est magnū cognominat, nec gustu dulce, nec odoratum ut superius. Herbarij recentiores tria symphyti seu consolidæ genera constituunt præter petræū, quod ne cognoscunt quidē. Magnum, de quo hic agitur: minus, sed radice intus & foris alba, ferè bulbi effigie rotunda: minimū, flore in spicam purpureo, ac folio quidem origani ut petræum, sed in humidis genitum, radice lignosa, superuacua, nec odorata nec dulci, nec saluā ciente: quæ sunt in petræo omnia.

## HOLOSTEVM. DCXX.

**H**olosteum sine duritia est herba, etiam si ab osse nomen habuit, per antitrophēn uidelicet, hoc est ex aduerso à Græcis appellata, sicut fel dulce, folijs angustis. Nascit in collib<sup>9</sup> terrenis.

## S T O E B E. DCXXI.

**S**tœben Theophrastus & Plinius phleon quorū dici tradidere, Pollux phlun, cuius lanugine mulieres ad lixiuum utantur. Molle inquit Theophrastus & placentaceum est phleon, colore subrubido. Meminit & Aristoteles, sed à Theodoro flaus fertur. Fœminā in eo accipi quæ sit sterilis & ad nexu utilis, unde phoinas uestes in Herodoto quis legat & Pausania: quibus aues in Arabia symphalides, ut uisco cæteræ capiantur, cum alia materia nō restat earum rostris: nam & in Aethiopia Arabiæ aduersa nasci phleon testis est Strabo, flumine præfertim quæ cinnamo semina determinat. Orchomenio lacu numerosum id haberi: à quo & nomen phleos: & enim Græci φλεόν pro eo quod est fœcundū esse, capiunt: hinc & Bacchum ueteres Phleona cognominabant, autor Helianus. Partem huius herbe teneram ab radice pueris in cibo gratā esse. Radicem ipsam pecudum pabulo uelli copiosam: nec in profundum actam, folio & caule aculeatis. Stipam à Latinis dici autor est Dioscorides. Illud notauerim, si stœba idē sit quod phleos, errare qui stœbam pro ea herba capiunt, quæ uulgo scabiosa dicitur, folio erucæ hirsuto, non tamen aculeis horrente, cœrulei floris, ex qua & scopæ fiunt. Sit autem scabiosa quæ ab Aërio psora dicitur, cuius ustæ fumo arborū erucæ moriantur, non habeo comperitū. Photion lini genus tradit stypton uocatum: alioqui stypos, inquit, piceæ caudex est, item quod prædurū & solidum lignū quocunq;. Interdū & humilis stipes ita dicitur poëtis. Est & stibion & stibe de qua diximus in hypophæ: nam stion calculus est marinus Hippocrati. Festus linum in politum Dorice stuppam dici meminit.

## C LY M E N O S. DCXXII.

**C**lymenos appellata à rege dicitur, describi aliter à nostris quæ à Græcis Plinius affirmat, hoc est hederæ folijs ramosam, caule inani, articulis præcinctam, odore graui & semine hederæ, syluestribus montosisque nascentē. Sterilescere pota ea etiā uiros sextario eius in triginta dies diuiso, Theophrastus autor est, quod quidē Dioscorides periclymeno uocatæ tribuit: nam & descriptio nostrorū de clymeno quā prætexui, periclymeno fere conuenit.

## P E R I C L Y M E N O S. DCXXIII.

**D**e periclymeno dictū est in Clymeno: nunc caprifolium & mater sylua dicitur uulgo: quæ Dioscorides matrem syluā pro hederā capit, cui periclymenon simile est.

## T R I B V L Y M. DCXXIII.

**T**ribulus siue tribulum in segetibus madidis & palustribus nascitur, non excedente quina fere cubita gurgitum altitudine, ut in Strymonæ amne. Capillamenta in eo quædam inter se contraria, eò breuiora, quod propius ad radicē sunt: adeo ut in ea quasi desinant ac procumbant: à lateribus terna & quaterna germina, ut amplissimū sit quod minus ab radice distat, & reliqua pro suo cuiusque numero. Exit à parente soboles, omnino similis folio fructuque, sed gracilior: semen nigrum, prædurū, quo carente ipsum se propagat. Folium habet secundum spicam: in semine quoque geritur aculeus. Radicem etiam alij annuam, alij diuturniorē esse putant. Duo generis eius: uni cicerculæ folium, alteri aculeatum. Vere germinant, ferius tamen cui in folio aculei, magisque hoc septa uillaque obfidet, semen habens rotundius & nigrum in filiqua: quod alteri hoc est præcoci infestissimum & sesamæ figura cernitur. Nihil cicere infestius tribulo est, nascitur & in hortis tribulus. Dira res alibi, sed iuxta Nilum & Strymonem amnes in cibos recipitur. Panis ex eo fit prædulcis, & comprimēs uentrem. Hippocrates genus tribuli *βυβρακίων* hoc est maritimum appellat idem cum terrestri, quod & minus est aquatico. Ex aquatico sane panes fiunt: ob id & Ferrariensem castaneam Gallia Padana tribulum uocat.

## SAXIFRAGA.

**S**axifragum, & saxifraga Latine dicitur, item calcifraga (si modo hæc est) quam & Plinius & Dioscorides alio loco empetron appellat. Paulus saxiphages. Empetrum, inquit Plinius, fere in saxo nascitur: recentis uires sunt, uetustate perdit eas. Lapillos qui sufferuesant, unā rumpi affirmant. Habetur & saxifragi genus alter, in adianto nobis explicandum. Corrosi & ambusti sunt hac parte Græci codices: nec quale sit huius herbe foliū, animaduertere nullo modo potest, & in ipso uerborū textu spaciōsi inane uacat. Porro ueterem in Dioscoride picturam huius herbe uidi, non plus folijs quod citris minutis per ramos ex interuallo conditis, nec frequenteribus, in cacumine surculorū flocci ceu arcutes potius quod hosculi, subrubida radice, non sine fibris. Romæ talis ostenditur in maritimis ac montosis tantum, non rubida radice, sed candida: hosculis quoque candidis. Recentioribus de hac herba parum conuenit: alij triticifolio rum figuram, alij maringari similem dixerunt, alij tormentillæ uulgo dictæ. Est autem ut uolunt tormentilla quinquefolio herbe similis, nisi quod septem fere habet folia, non quinque. Quarti herbe, quæ florem caeryophyllon uocatum ferat, de quo aliubi dictū est. Quinti saxifragam eandē esse, aut proximam ei, quæ pampinula, pimpinella, & bipennula, & sanguisorba ruri dicitur: quoniam uulneribus iniecta exigar: folio spicula facile ac citra sensum doloris exigo: quod & paruo, orbiculato, & extremitatibus serratis: quod & mandam soleat paratum oleo, sale, aceto; surculis ab eadem radice plurimis atque densis rubentibus cum radice, ut ferunt. Quibusdam locis uermiculis eruitur: qui curatus sericis præcipue tingendis, purpuream quoque incomparabilem: cæteros colores splendore quodam & hilaritate superans. Inuetus ut alia quoque multa casu, excrementis gallinæ eorum ita coloratis: nam & usus purpure, ut est apud Iulium Pollucem, ab Hercule uideretur institutus, conspecto canis rostris, qui purpuram deuorasset, infecto. Igitur purpurissimum ex hoc

ex hoc uermiculo, carbasinū à præstanti amphitheatrium uelocis, ut arbitror, colore dicitur. Quidā carbasinum appellant colore, quoniā uermiculus is Punicæ lingua carmes appetitur, quemadmodū & coccus: potest & ab urbe Charmi, quæ Sardibus est, nomen accepisse coloris, quod lanas inficere Sardibus coeptū sit, ut inquit Plinius. Nam carbatinis in Aristotelis secundo de animalibus uolumine legendum, non carbasinis est. Sunt autem carbatinge quas Catullus carpatinas crepidas uocauit, calceamenti genus ē Caria translatum, quod hodie quæ uulgo sic uocatur, detrahit utiq; posterioribus syllabis, & s. litera principio adiecta, ut assolet. Nam & carpisculus calceamenti genus est, ut Flavius Vopiscus ait in Aureliani Cæsaris uita. Quidā tamen carbasa etiamnū uocant boum coria, quæ Cæsar alutas appellauit: nā, ut Suidas scribit, ubi defecissent calcei, carbatinis uterentur, ex crudis boum tergoribus recens detrahitis, ut illud Vergilianum:

Vestigia nuda sinistra

Instituere pedis, crudus tegit altera pero.

De hoc uermiculo nihil apud ueteres inuenias: nam sandix Indica, de qua in Aureliani Cæsaris uita legitur, preciosas purpuras fecisse aliud tincturæ gen<sup>o</sup> puto. Hieronymus in sacris literis uermiculum & uermiculatas uestes nominat, granum, ut opinor, aquifoliæ si gnificans, quod autore Plinio quibusdā locis uermiculi similitudine conspicitur. Hinc deriuatū arbitror, ut cocineæ uestis, scolecidata, hoc est uermiculata uulgo diceretur, siue quasi quisquiliata (Etenim granum cocci etiam quisquiliū uocatur Plinio) à quisquilijs, opinor: Sunt enim quisquiliæ, ut Festus ait, quicquid ex arboribus minutū cadit. De uermiculo purpureo Democritus quoq; meminit tincturæ utili, sed ē purpuris ac murice, ut consilio: nam & de uermiculo Galatiæ hoc est iligno\* meminit. Pampinulæ similis est, folio tantum minore, ac magis serrato & lenticulo, quā nostri herbarij eufragiam appellant, minus fructuosa, flore luteolo, præcipuæ claritatis ad omnia uitia oculoꝝ: ueteribus incomptam existimant, quemadmodū & illam, quæ cartofilago dicitur à uulnerarijs, nos ceratophylacen uocandā putamus: quia partem oculoꝝ ceratoiden hoc est cornephilij, uel potius rotis marini, aut lini quoq; capitulis arentibus, cirris subluteis.

LIMONIUM. DCXXVI.

Limonium beta est syluestris, densioribus folijs: aqua ē radice cocta maculas uestiū, & membranæ eluit. Aliud genus est à limonio limonia, ut in scolymo notauimus. Limoniū Aëtius etiam cynoglosson, hoc est linguam canis uocari scribit.

LAGOPUS. DCXXVII.

Lagopus, quasi pes leporis dicitur: sanè & similis ei est aspectu. Proinde haud probarim eorū sententiam, qui caryophyllatam uulgo dictā rentur, in opacis montanis gigni solitam, non in segetibus, ut lagopus. Hippocrates nominat & lagopyron, quasi leporis triticum intelligas, fursuribus cum inaruit simillimā, folio paruo quasi oleagineo, longiore tantum, cruentis uulneribus imponēs. Hæc Galenus leporariam inquit herbam esse.

MEDIUM. DCXXVIII.

Medion, exemplaria sunt in quibus folia ei nō seridis, sed iridis reddatur: Plinius quoq; iri-

dis fatiux scripsit: sed cum fatiux adiecerit, non de iride, quā nemo legit fatiux esse, quando, ut inquit Theophrastus, iris cultum nullū desiderat: sed de seride uidetur intellexisse, cuius constat duo esse genera, fatiux & syluestre.

EPIMEDION. DCXXXIX.

XIPHION. DCXXX.

Xiphion à Theodoro dicitur pugio. Floret uere cum uiola nigra. Falsò pleriq; arbitrantur xiphion eandē eē q̄ & lonchitis: sed illa in sic caneis, hæc in humidis nascitur. Sunt & alia. discrimina, quæ notari possint uolentibus. Habet hæc & radicem ad nucis auellanæ similitudinē simbriatā, quam effodi ante messes oportet, & in umbra sicari. Videtur hæc & phasganon, & machæronion hoc est ensis uocari: radice, ut Theophrastus inquit dulci, decocta, & cōmendata panificijs, si trita farinæ admisceatur: unde machæronij pastilli fortasse ortū habuere, quos tertio kalendas Octobres uulgo esitat. Item rotunda & sine cortice capillata fibris, ut gethyum. Scolopendræ in herbā eam frequētes conueniūt. Est & compositionis cuiusdā in medicina uiridis nomen machæron, ad morbos articulares, & ischiada. Habetur & xiphias piscis, quæ gladiolū interpretantur, duo, ut inquit Aristo, habens rostra sed dentib<sup>9</sup> carēs.

SPARGANION. DCXXXI.

XYSIS. DCXXXII.

Xyris & xeris aut xyrida Galeno teste dicitur. Scelus herbarioꝝ quorundā aperit hoc loco Plini<sup>9</sup>, partē eius seruantiū, & quarundā aliarū herbarum, & plantaginis & iridis substituentium, si parum mercedis tulisse arbitratur, rursus q̄, ut plus operis acquirant, partem eam quā seruauere, eodem loco infodiunt: credo inquit, ut uitia, quæ sanauerint, faciant rebellare.

ANCHUSA. DCXXXIII.

Anchusæ caulis, non ut aculeatæ multiserpens, sed stans: funditur papyri modo. Radix inficiendo ligno cerisq; apta, præparans & lanas pretiosas coloribus, Laodicea maxime. Ut Democrito placet liquari non potest in aqua ad medicinas: oleo resoluitur, idq; synceræ experimentū est. Habetur & alia similis pseudanchusa ob id appellata, à quibusdā enchusa aut doris, & multis alijs nominibus, lanuginosior & minus pinguis, tenuioribus folijs & languidioribus, radice oleum nō fundente, sed rubentē succum, & hoc ab anchusa discernitur. Anchusæ primū genus onoclea cognomē habet, & chœrospetheos in Paulo, secundū onochelos, siue Alcibiadios: tertium pusilla ferēq; innominata: quartum lycopsos. Anchusam poëtæ sunt qui & enchusam uocant: q̄q; enchusa pro pseudanchusa potius, q̄ pro anchusa capitur à nonnullis, ut prædixi. Hippocrates Anchusam uidetur intellexisse, cum schelida nomina uit, ut Galeno placet.

ANCHUSA ONOCHELOS. DCXXXIII.

Anchusa onochelos, alijs rhexiam, & archeuion, multi enchryson: paruo frutice, radice præterq; messibus nigra: tunc em sanguinea est, uires q̄ habet. Folijs tritis, odor cucumeris.

ANCHUSA TERTIA SINE NOMINE. DCXXXV.

LYCOPSO VEL LYCOPSIS ANCHV.

SAE GENVS IIII. DCXXXVI.

ECHION. DCXXXVII.

Echios

473

473

475

471

476

COROLLARI, I,

477 **E**Chios etiam doria à Paulo uocatur. Plinius: Echios, inquit, utriusq; generis pulegio similis est, coronata folijs; altera lanugine distinguitur spinosa, cui & capitula sunt uiperæ. Quidam echion pro personata, inquit coepere. Dioscorides hoc loco unum facit genus echij, non geminum. Sed Nicandrum uidetur sequutus esse Plinius in Theriacis dicentem echios duas esse, contra bestiarum ictus utiles: alteram humilem folio anchusæ, spinis horrido, sed exili: alteram altiorem, maiore folio, flore pauco, per ambitum purpureo, capitulis uiperæ, cacumine aspero astrictotq; lanugine. Idem poëta paulo supra quasi tertiam eiusdem nominis reddendo: Echios, inquit, cognomine Alcibios, herba est spinosa, coma sustinente flores, radice alta & exili, quam ad serpentes & iniñci uulneribus & commanducari quoq; præcipit. Folia quoq; ipsa non multo post eiusdem Alcibij commendat, q̄rum manu comprehendi possit. Plinius xxvij. uolumine: Alcibios, inquit, herba qualis esset apud autores non comperi, sed radicem eius & folia trita ad serpentis morsus bibi & imponi iubent: folia q̄rum manus capiat, trita cum uini meri cyathis tribus, radicem drachmarum trium ponderare cum uini eadem mensura. Ideo autem qualis esset Alcibios apud autores comperisse negat: quoniam præter Nicandri uerba illa & pauca & alijs communia quæ prætexui, non legitur qui descripserit. Altera uero esse Alcibion Nicandro q̄ duas illas priores, echios scilicet ostenditur: & q̄ echis hæc nõ echios ab ipso dicitur: & q̄ eandem herbam uno loco bis depingi opus non erat.

**OCIMOIDES.** DCXXXVIII.  
**ERINOS.** DCXXXIX.

478 **E**Rinos herba cognominis arbori caprifico est, ob id à Plinio inter ficos caprifiscosq; reddita: non naturæ, sed gentilitatis respectu. Lac eius dulce: Galenus hanc non erinon, sed echinon uocare maluit. Vetusti quoq; Dioscoridis sunt codices, in quibus non erinos, sed echinos scriptum sit. Est & apud Hippocratem echini herbæ mentio.

**GRAMEN.** DCXL.

479 **G**Ramini ab internodijs ramorum & cacuminibus radices nouæ pullulant. Sunt qui & aculeatum gramen inuehant trium generum, daçtyli cognomine: unum cuius in cacumine aculei sunt plurimum quini: alterum aizoos simile, daçtylõ priuatim uocatum quoniam digitis medeatur: tertium genus tenue: nascitur in parietinis aut tegulis. Nulla herba gratior iumentis gramine, siue uiridis, siue in foeno siccata. Tunditur aspersa aqua. Radix adhuc tenera mandendo est. Gramen Marti consecrauit antiquitas, q̄ ex humano cruore procreatum crediderit: q̄q; & omnis herba gramen abusione dicitur. Quidam Saturno dicant, q̄ ab eo satum primo perhibent. Glaucum uero immortalitatem huius herbe cibo consecutum Athenæus ex Aeschionis poëtæ uersibus existimat.

**CALAMAGROSTIS.** DCXLI.

**C**alamagrostis à Plinio gramen simpliciter uocatur: infestum camelis. Quidam Babylonij gramen cognominant.

**GRAMEN PARNASION.** DCXLII.

**G**Ramen Parnaso monte folium habet hederae, densius quàm usquam fruticans, cum in relicto orbe folia in exilitatem fastigientur. Succum huius excipiunt propter ubertatem, qui dulcis est.

**GRAMEN CILICIVM.** DCXLIII.

**G**Ramen Cilicium hoc est cinna. Sunt qui & medon uocent: nec amburi eius recentis pastu boues, sed pinguescere contendunt: nato alterutris errore, q̄ alij *πικροπρασιν* *βίος βίος* legebant, alij *πικροπρασιν*.

**SIDERITIS PRIMA.** DCXLIII. 480  
**S**ideritin primam aliqui ueram Achilleum cognominant; alij siderieen. Odoris fecidi cum teritur, tradunt: nostri sideritin eam, quæ est latissimo folio, scopam regiam appellant, medentem anginis suum peculiariter.

**SIDERITIS SECUNDA.** DCXLV.

**S**ideritis secunda ramulos habet triangulos.

**SIDERITIS TERTIA.** DCXLVI.

**S**ideritis tertia similis Achilleo est, mox prodeudæ, sed candidioribus folijs & pinguioribus, tenuioribus cauliculis.

**SIDERITIS QUARTA.** DCXLVII.

**S**ideritis Achilleos dicitur, quoniam inuenierit eam Achilles, discipulus Chironis, qua uulneribus mederetur, & Thelephũ sanauerit. Alij primum æruginem inuenisse tradunt, utilissimam emplastris: ideoque pingitur ex cuspe decurians eam gladio in uulnus Telepho. Alij utroque usum medicamento uolunt. Hanc nonnulli panaces Heacleon appellauere: nostri proprie millefoliam, cubitali scapo ramosam, minutoribus quàm foeniculi folijs, uestitam ab imo. Alij ueram Achilleon esse dicunt scapo cæruleo, pedali, sine ramis, ex omni parte singulis folijs rotundis, eleganter circumdatam. Alij primum genus sideritis Achilleon ueram; ut diximus, acceperunt. Ethuria millefoliam uocat herbam in pratis tenuem, à lateribus capillamenti modo foliosam, eximijus ad uulnera. Boum neruos abscissos uomere solidari ea rursusq; iungi addita axungia affirmans. Achillios, & Achillion uocatur quarta sideritis, ut dictũ est, & à Latinis quibusdã lumbus Veneris. Dioscorides superciliũ Veneris nõ libũ dici uoluit, alterutro errore orato, q̄ Græci *σφόνδν* lumbum, *σφόνδν* superciliũ appellat.

**RVBVS.** DDXLVIII.

**R**ubi multa genera, sed quæ magno separantur discrimine. Chamæbaton uocant humilem rubum: qui protinus quàm paulo accreuit, retro uergit in terram, atque ita radicatur, & humiribus à Theodoro dicitur. At rubus inter arbores aquaticas statuitur. Rubi unum genus ferromora, quæ & manduntur. Huius radices spongiosa duritia lapidis uisuntur: alterum rosas, de quo in cynosbato dictum est. Flos mori candidus per mesles colligitur. Locus rubis confitus, quem nos fenticetum & dumetum uocamus, Græci *βούτον* & *ἀπὸ βούτον* appellant.

**RVBVS IDAEVS.** DCXLIX.

**R**ubus Idæus in Ida non aliàs nascitur, sub arborum umbra rarioribus aculeis, & minus aduncis.

**HELXI**

## HELXINE.

DCL.

**H**elixine duplex Dioscoridi & omnino autoribus: altera parthenion, altera cissanthemus ab hederæ folijs uocata. Plinio item duplex, sed aliter: altera de qua hic agitur parthenij & perdicij, siue perdicidis cognomine: quæ perdicis hac præcipue uescantur, folia tamen ei non Mercurialis, ut Dioscorides, sed mixtæ similitudinis plantaginis & marrubio tribuit, cauliculis densis lanas infici: semina in capitibus lappaceis adhærescentia uestibus: à quo & helxinem dictâ uolunt. Hanc Aeoliæ gætes, & Aegyptij edunt. Crassas plurimasque habet radices, ut inquit Plinius. Altera idem autor inquit uerior est helxine, cui radix foliosa: ex qua similis malo carduus feminis plenus extuberat, seminalis acanus à Theophrasto dictus: cuius summo uertice lachryma crumpit iocundi saporis, acanthica mastiche uocata, proptereaque adulterij ex ea fit, ut diximus. germinat atque flores estate folio & caule, lanugines spinosas habes, hæc Plinius. Nos hanc non helxinem, sed ixinē uocari credimus, ut in chamæleone candido dictum est, quod prior helxine perdition & parthenion dicat. Aliud tamen intelligo Plinij securi perdicio, quæ à nostris herba urceolaris uocatur, ab alijs astericū, folio similis ocimo nigrior tamen, nascens in tegulis parietinis: quod id & parietaria, & muraliū, & muralis uulgo dicta & uineago, & parthenion: quæ à Minerua in somno contra præcipitiâ lapsusqumstrata est Pericli Atheniensij principi, cum uernula ei charus ex altitudine cecidisset. Splachnoptes appellatus. Turtures, columba, gallinæci annuū fastidiū deducere dicunt helxinem: autem Plinius. Triplex igitur inuenio parthenium: unū folio coriandri, quæ amarosus à Galeano, partheniū à Dioscoride nominatur, uulgo matrix: altera folio Mercurialis, ut Dioscorides hoc loco, siue plantaginis & marrubij, ut Plinius, quæ dicitur helxine, ac de ipsa hic agitur. Tertium folio ocimi quæ parietaria & muralis uocetur: de qua mirum est Dioscoridē nihil præcipere quod sciam, nisi quis eum dicat sub helxine hanc quoque accepisse, quoniam hirsutula fit & adhærescat uestibus, nec à Mercurialis herbae folijs omnino multum distet, præterquam quæ Mercurialis serrata leuiter ea sunt, parietaria non sunt. Sunt qui & Mercurialem ipsam parthenion quoque dicant helxinem, ut Dioscorides in myosotide scriptum reliquit: etiam aliter dicta est, quæ corrupte in Theophrasto legitur sine, ubi Theodorus uolucrum interpretatur arbores amplexu hederæ modo strangulantem.

## ELATINE.

DCLI.

**E**latine folio casia à Plinio describit: cætera cum Dioscoride conueniunt: corrupta in Plinio lectinonem esse haud sum dubius, librarijs casiam pro helxina substituentibus: quandoquidem elatina modo uisitur helxinæ similis, hoc est folio hederæ propinquo, non casia, cuius id oleaceū est, ut in chamæleone dicitur.

## EVPATORIVM.

DCLII.

**E**vporium & eupatoria quæ dicitur. Regia & hæc autoritatem habet, folijs plumosis, modo rani aliud eupatoriū demonstrat officinis penitus ditum figurâ, sed effectu par, scapo exiguo, fere cubitali folio, centaury minoris, frutice odorato, sed flore magis qui luteus ei est, radice superuacua: passim nascitur.

## PENTAPHYLLON.

DCLIII.

**P**entaphyllon & pentapteron in Theophrasto Theodorus quinq;foliam & quintypennâ conuertit. Aëtius hanc ἐπυὸν ἑτάφυλλον hoc est Mercurij herbâ uocari tradit. Aegyptij etiam dissyphico nominant. Daci, drocila: Itali psillitum, solotam & thebeotin, quæ corrupta puto nomina: nam & theribros & theonestron quoque dictâ inuenio, radice cum recens est rubente: nigra cum inarescit, quadrangula, folio uitis pusillo: augetur desinitque cum uite: caulibus tenuibus, crebris geniculis: nomē à numero foliorum. Quidam Græci chamæzeleon quasi fruticæ terræ uocant. Commendari quinq;foliū fraga terrestria gignendo, Plinius existimat. Ego id qui uerū esse possit non intelligo. Nam herba ea, quæ fraga gignit, trifolia est, non quinq;folia: flore candido, non luteo: in Rheticijs & Vindelicijs alpijs etiānum frequēs secus uias. Hippocrates duo uidetur nouisse quinq;folia: candidū, quod & herbaceum, & procerius est à terra: nigrum, quod humilium. Est & quæ tormentilla uulgo dicitur, quinq;folio simillima, nisi quæ septem non quinq; habet folia. Potest à nobis heptaphyllon uocari, hoc est septemfolia: ex cuius radice pastillos theriacos (si dijs placet) officinæ pro uiperarum carnē subiiciunt: quoniam uiperæ modo ut ipsi putant, nunquam uisuntur.

## PHOENIX HERBA.

DCLIII.

**P**hoenix à Plinio dicitur herba phœnicea inter fruges ab eo posita: quoniam à nostris hordeū murinum uocetur.

## IDAEA RADIX.

DCLV.

**I**dæa radix acerba gustu, misceri solita luctantiū in palestra pulueri ad ea, quæ repercutere tantum oporteat, ut Paulus Aegineta scribit.

## RADIX RHODIA.

DCLVI.

**H**abetur & radice Cynthiæ mentio Hippocrati fouendis foeminae locis: inuenio & rhodon uocari coloris genus Democrito, Italicū præferente in uelletum tinctura: fortasse id quod nos uulgariter nomine rosaceum uocamus. Galenus rhizam, hoc est radicem ab eo dici genus quoddam scribit sine caule, sine flore, sine semine, tribus duntaxat folijs, sed proceris & in terra stratis digitosū duorum magnitudine, similibus anchusæ: radice ipsam præteruenem: purgandi uiribus, sed exiliter. Alia uidetur herba quæ uocatur oxyfa Plinio, etiam si folia æque terna habet: quippe quæ non purget, sed contra potius astringat, & ad stomachū dissolutum & enterocelas in cibo detur. Proinde sunt qui oxyn putent esse, quam uulgo tauram & triada, hoc est trinitatem: & sphragida, hoc est sigillum Solomonis appellauit: folio triplici aut uno potius in terna disposito, radice capillamentis multiplici: flore cum maculis quibusdam candidis coeruleo. Est & ophrys Plinio herba denticulato oleri similis, folijs duobus, quæ capillum, inquit, denigrat. Est & mamiras herbulæ cuiusdam radice, ut Paulus notat: geniculis frequentibus, nodosis, albugines, & cicatrices exterens, atque comminuens.

## HIPPURIS.

DCLVII.

**H**ippuris equisetum, & equifelis dicitur à Latinis, inuisa foenicis: nascens in pratis. Est autem pilus terræ equinae setæ similis, ut nostri tradunt. Græcorum aliqui pinum folijs nigricantē eodem nomine appellat. Hanc uero, quæ hic describitur, folia habere pauca, tenuia, exigua: uicinas comas, semē toru-

k a dum

dem simile coriandro. Nasci in arbutis maxime, au-  
tot Plinius. Hanc herbam Dioscorides à Romanis sa-  
licem uocari tradit, de qua fortasse Verrius homo do-  
ctus apud Festum intellexerit, cum diceret, uirgultige-  
nus esse salicem: non ridicule, ut idem Festus carpit, in-  
terpretatus: quod ea celeritate crescat, ut salire uideat:  
quando Græci quoque hanc & iteam *Ανδρον*, & *Ανδρα*  
à salicis quadam similitudine & à scandendi more  
uocitant. Alio loco Plinius: Ventoso tractu nascitur,  
scanditque arbores, & propendentem ex ramis folio nul-  
lo cirris numerosam, qui sunt iunci geniculati, radi-  
ce pallida. Nec mirum sit alicui quod folia modo pau-  
ca, modo nulla tribuantur: facit hoc & auctor quos  
secutus est, & locorum atque temporum diuersitas. Hanc  
ipsam cauicum, siue dauicum uocari legas in aliquot  
codicibus: uetusta tamen exemplaria id uocabulum  
non habent.

## HIPPURIS ALTERA. DCLVIII.

488 **S**ciendum hippurim uocari & piscem quen-  
dam, siue hippurea, quem aliqui etiam cory-  
phaenem cognominant. Differt ab hoc qui uo-  
catur hippos ab Epicharmo dictus ispidion, siue ut le-  
gunt aliqui, lispidion.

## COCCVS BAPHICA. DCLVIII.

**D**iffert coccus baphica, hoc est granum tinctori-  
um à cocco Cnidio, siue grano Cnidio, ut ap-  
tissime constabit Calenum, & utriusque notas  
contemplantibus. Magnitudo huic, id est Cnidio gra-  
no piperis maior, uis ardens, rotundum, rubensque est  
colore cocci. Frutex qui hoc ferat thymelæa, siue cha-  
mæla dicitur. At qui tinctorium granum gignit, aut pri-  
uatim coccus dicitur, ut Dioscoridi placere uideo:  
aut ilex est aquifolia. Granum, inquit, hoc Plinius ru-  
bens est, primūque ceu spectes frutices paruos, aquifo-  
liæ ilicis: quisquiliū uocant, pensionem alteram tributi  
pauperibus Hispaniæ donati. Est enim ilex gemina,  
ut Columellæ placet: Minor apibus quæstia & proli-  
xior ab omnibus improbata mellificio. Omnes, inquit  
Plinius, roboris dotes ilex solo prouocat cocco. Gran-  
um hoc Calatiæ, aut circa emeritam Lusitanæ in  
maxima laude, inquit, habebatur. Cignitur & in Afri-  
ca & Pisidia. Pessimū in Sardinia. Est autem genus  
ex eo, inquit, in Attica ferè, & Asia nascens, celerime  
in uermiculū se mutans: quod ideo scoletilon uoca-  
bant: improbantque Limaci parū similem: ulici, ut  
Dioscorides affirmat & Pausanias, qui fruticem hūc  
in Locride copiosum ad Ambrysom rhamni ampli-  
tudine, præterea lentisco similem, nigriore tantū &  
molliore folio describit: fructu solani quidē specie,  
sed erui magnitudine. Colligendū præcipiunt anteq̃  
uermiculū is nascatur. Calatiæ qui supra Phrygiam  
sunt gentiliter liyg uocant. Eum fruticem Iones &  
Græcia tota coccum. Anniculo itaque grano succus ad  
pigmenta languidus: quadrimo euandus: ita nec re-  
centi uires nec senescenti. Colos inter principales im-  
peratoris tantū paludamentis dicatus, qualis in ro-  
sa micat, & quo nihil aspectu gratius, & in purpuras  
Tyrias dibaphasque, aut Laconicas: & enim Tyrio pri-  
mum tinctas, mox & cocco tingere mos erat, aut cō-  
trā ut fieret byssinū: nam & tertio & quarto & quin-  
to saturabantur: unde nomina illa uestium, monoco-  
ros, dicoros, tricos, tetracos, pentacos, in ui-  
tis principum. Sit autem granum tinctoriū, an phœ-  
nicobalanus atque palmula, quod Hippocrates phœni-

cion coccon quasi granum puniceum uocauit, & si-  
maturis relinquo. Illud quoque hoc loco referendum  
est, coicina quædam legi apud Græcos texta, que no-  
stri ceu coccina legentes, in Strabone rubra conuer-  
terunt. Cæteræ coicina dicuntur à coice frutice in Ae-  
gypto textili, cuius mentio & apud Theophrastum  
est: Coix, inquit, folio harundinis angulari, ad nexus  
utilis, à quo & fiscellæ genus coix Attice, ut inquit  
Pollux, quod Dorice cois dicatur.

## TRAGION.

**T**Ragion alij similem terebintho faciunt, alij iu-  
niperō per omnia: succo lacteo, qui spissatur in  
gummi, nascentem non alibi quā in maritimis  
Cretæ. Dicitur & tragonis.

## TRAGION ALTERA.

**T**Ragion hæc minor est priore: nec in Creta so-  
lum, ut illud, sed multis locis nascitur, ut Cale-  
nus inquit.

## TRAGOS.

**T**Ragos Asia fert, ueprem ut Plinius dicit, sine  
folijs, racemis rubentibus, ad medicinæ duntaxat  
usum. Hanc & in litoribus nostris gigni  
modo perhibent herbarij, iuncum marino similem: à  
quo & iuncum marinum multi uocant eam. Tragos  
alia est quā nos hirculum uocauimus inter nardos:  
item alia, sitodes, hoc est cerealis cognominata, in-  
ter frugesque dicta.

OXYSCHOENOS ET IUNCVS  
PALVSTRIS.

**I**uncus palustris Græcos ad funes usos, nomini  
credamus, quo herbam eam appellant, unde fu-  
nambuli *χοινοβατοι* ab ijs dicuntur. Quinauigauere  
in Indos Alexandri milites, iuncos lapideos uide-  
re per litora, simillimos nostratibus. Iunci uterque tur-  
gentem quodam cacuminis callo præferunt: mox  
coherentia quædam uelut oua parient, pediculis  
circa spicaceis, in quibus uascula rotunda, leuiterque  
hiscentia, & in ijs semen nigrum cuspidis effigie, non  
dissimile asterisco, duntaxat exilius, radice longa,  
quæ crassior multo sit, quā maribus cognomina-  
tis. Caput huic cepis, & gethyo simile, integumen-  
tis modice rubentibus. Iuncus palustris, hoc est,  
in multa genera conciditur. Oxychoe-  
nos proprie is est, quem marinum iuncum uoca-  
mus. Sterilem masculum existimant, secundum  
fœminam. Is qui semen nigrum habet, melancranis  
appellatur, quasi iuncus atriceps: melancrena dictus  
Straboni. Vnde funditoribus Balearicis amenta  
quod & Phileta meminit. Hic sine alijs generibus  
nascitur ex suo semine, sicut is quem marem defixo:  
namus, ex semetipso, cacumine in terram defixo:  
nam oxychoenon & holoschoenon eodem cespite  
contemplatum se Theophrastus & admiratum tra-  
duntur. Holoschoenon mariscum à magnitudine  
(ut puto) nostri uocant, quem admodum & mari-  
scas ficus, autore Festo, quæ Græci busyca, hoc est  
grandiores & fatuas ficos, ob id & tegetes, ut Plini-  
us inquit, & omnino utilissima, quoniam mollis car-  
tantia, lucerna: lumina, præcipua medullæ ampli-  
tudine iuxta maritimas alpes tæta, ut inciso uetere im-  
pleant

pleant penē unciam laticudinem: in Aegypto uero triborum longitudinē, non aliā utiliore: ob id cribrum significatur, iuncum effigiant ut inquit Horatius. Idem autor in Aegypto scribi iuncis nec aliter affirmat. Videtur autem palustris iuncus idem cum scirpo esse, nec in fruticum inquit Plinius, nec in uenere caulium ue, neq; in herbar; alio ue ullo q̄ suo genere numerentur iure. Scirpi fragiles palustresq; ad regulum & tegetes, e quibus detracto cortice, candelæ luminibus & funeribus feruunt. Firmior quibusdam in locis etiam rigor: nancq; uelificat, non in Pado tantum nauaræ, uerum in mari piscator Africæ præpostero more uela intra malos suspendens, & mapalia sua Mauri tegunt, proximeq; æstimanti hoc uideantur esse quo papyri usu. Ob id etiam sunt apud nos, qui scirpos interpretentur quos Græci biblos, id est papyros uocāt. Sed fruticosi generis sunt ut Festus ait: unde prouerbiū quoq; natum sit, nodū in scirpo quæri. Habent Græci & aliter ex iunci nomine prouerbiū *χονείον κεναντωνδύσων*, hoc est funiculū rubrica tinctum: contra reos desidæ, q̄ Athenis qui non in tempore ad concionem uenissent, rubricato sine in foro comprehensi notabantur, & mulcābatur. Huc uidetur alluisse in Pœnulo poëta Plautus, cum de cortis uilibus diceret:

Appuli herbam cuius unum ad radicem folium haberi diximus, iecorariā siue ficatellam cognominant, folio succi pleno & crasso, ita nominatam, quia iocinoris fibræ similis aspicitur. Diuersa est eodē nomine apud nos in littore passim nascens, & olitorio foro ieiunior; tempore uenalis, he deraceo ferē folio, flore purpureo, lili; pusilli effigie. Conuoluit herba se quibus appropinquat. Soluit aluum cocta, & cruda uoleris modo accepta. Sunt & lichenes sui equis, calli, de quibus secundo libro dictum.

PARONYCHIA. DCLXVI.

**H**anc & neurada cognominari docent autores. Quid autem sit neuras muliebribus malis quæstita Hippocrati, non liquet plane, *πυρρὸς μὲν ἰσὶς ἴρων πύρρως, καὶ ἀκινρον, καὶ σμύρνων*: nisi quis (quod & ferē affirmo) non neurin, sed nerin, hoc est nardū montanum legat.

CHRYSOCOME. DCLXVII.

**C**hrysome sine folijs, sine semine solo scapocomas habet fulgore auri, unde nomen. Vocatur & Diosgenia, hoc est Iouis barbā.

CHRYSOGONON. DCLXVIII. HELICHRYSOS. DCLXIX.

**H**elichrysos & heliochrysos à Theodoro aurelia uocatur, ad solis repercussum comatib; in orbem folijs fulgore auri, à quo nomen.

Alij à uirgine Ephesia quæ hoc flore prima coronauerit Dianam. Coronari eo & deos Ptolemæus rex Aegypti diligentissime curauit. Vestes odore cōmendat non ineleganti. Existimationē & gloriam parere coronatis flore creditur, si unguento se perfundant ex auro, quod apyron hoc est ignem nō expertum, uocatur. Floret ferē cum uiola nigra uere. Flos auri modo fulget. Radix summo terræ corio innixa, folio candido, caule tenui & duro: non ut Theodorus inquit, semine, qui carpon, non caulon in Theophrasto legerit. Galenus hanc amaranthi nomine significat, nec aliter uocauit: ob id corymbos eius nunquā marcescere Plinius scriptum reliquit. Philostratus ex amarantho coronari sepulturas quoq; solitas affirmat, idq; Thesalos instituisse primos ad tumulum Achillis.

CHRYSANTHEMOS. DCLXX.

**C**hrysanthemus nec forma, nec uiribus à buphthalmo superius indicata differt: uerba tantum mutata sunt, eodē manente sensu: ut ne Dioscoridis quidem caput suspicentur aliqui. Illud notauero, à Dioscoride quidem uocari hanc etiam chalcitin: sed an sit eadem, quæ Plinio chalciton in uinis nascens, & iocinori trita imponi iussa, nescio.

PERISTEREON. DCLXXI.

**P**eristereon à Græcis uocata, q̄ columbæ in ea manserint: item peristerium, unde columbaris uocatur: item Lucinia, & lustrago, & militaria. Sunt qui petonomon à uolucrum pastu nominent: & à colorum uarietate panchromon: à nostris uerbenā & uerbenaca, siue, ut arbitror, corrupte uerminaca dicitur. Item ferraria non ferā, etiam si Dioscorides ita nominasse uideatur, quandoquidē secundum huius herbæ genus ab ipsomet Dioscoride sideritis appellatur. Hac & Iouis mensa uerrebatur. Verbenā porro & sagmina Romani hoc est gramen ex loco sacro, præsertim ex arce capitoli; cum sua terra euulsum, in publicis remedijs & in sacris legationibus, cū ad hostem clarigatumq; mitterentur, ferebant: coro

EVRIPICE DCLXIII.

**E**uripicem non desunt qui tropicem appellent inter recentiores: quorum pleriq; ut eruditōis suæ periculum faciant, multis partibus rei Latina; efficiunt.

LICHEN IN SAXIS. DCLXV.

**L**ichen siue lechen est muscus, de quo hic, itēq; herba alia nascens in petrosis: nomine utriusq; inuento, quoniā contra lichenas remedijs omnibus anteponuntur. Folium herbæ unum ad radicem statum, caule uno paruo, longis folijs dependentibus. Vtians recentiores herbarij hepaticam appellant,

491

492

493

495

COROLLARII,

natis ita foecialibus & patre patrato, uel foedera facturis, uel bella indicuris. Sed omnes quoque frondes sacratas purasque per abusionem uerbenas uocabant. Dioscorides duo facit genera, rectum & supinum. Plinius marem & foeminam: mari caules reddendo plures & tenues, itemque cubitales & angulosos, demum quaecumque Dioscorides supina: nisi quae rariora mari folia quae foeminae adijcit. Quidam non distinguunt, sed unum omnino genus tradunt. Vtraque sortiuntur Galli & praecipuum responsa. Hac perunctos magi putant imperare quae uelint: amicitias conciliare: Colligi circa canis ortum debere, ita ut ne luna, aut sol conspiciatur, fatis ante & melle terrae ad piamentum datis, circumscriptam ferro effodi sinistra manu, & in sublimem tolli. Siccare in umbra separatim folia, caulem & radicem. Vtrumque genus in planis aquosis nascitur. Diuisumque foliorum utriusque similes quidem omnino queruis, sed maiores. Rectum erui praecipitur, sole arictis signum meante: non quidem ad omnia, sed ad medicamentum illud, quod propterea criogenes pastillus dicitur.

PERISTEREON SUPINA. DCLXXXIII

496 **P**eristereon *verba* hoc est supina, frequentior est quam superior. Latissimus est quorundam error, existimantium uerbenam & peristereon priorem esse, quam olitores sclaream modo uocant: de qua uerba nihil dixisse (quod sciam) uehementer miror. Folium ei betulae lanuginosum, ferratumque in modum cristae, flos spicaeus est caeruleo purpureus, odorata tota & uulgaris: nisi quis hanc alectorolophon, id est, cristam gallinaceam interpreteretur. Alectorolophos, inquit Plinius, folia habet similia cristae gallinae plurima, caulem tenuem, & semen nigrum in siliquis. Mutat colorem, sed ex nigra albicare incipit, & intumescit, ac exit. Utiles tussitentibus & oculorum caligini. Solidum semen conijcitur in oculo: nec turbat, sed in se caliginem contrahit: hanc Plinius. Hoc quidem ipsum facere uidetur semen eius, quae uocant herbarum sclaream, folio cristae simili ac nigro semine: uerum non in siliquis, sed in folliculis siue capitulis post florem: nisi quis siliquis in Plinio pro uasculis quibuscumque accipiat.

ASTRACALOS. DCLXXXIII.

497 **A**stragalus aliter a Plinio describitur, folio longo, incisuris multis, obliquis circa radicem, caules terni aut quaterni, foliorum pleni, flores hyacinthi, radices uillosae, implicatae, rubetes, praedura. Nascitur in petrosi & Arcadiae Peneo, siue ut Galenus & Paulus, Pheneo. Colligitur exitu autumni cum folia amiserit. Siccat in umbra.

HYACINTHVS. DCLXXV.

**H**ycinthi cum uiola nigra erumpunt uere, sed ante rosam, ut ferere omnia, quae in coronas a montibus petuntur. Exeunt & cum gladiolo, sed eximie in Gallia, ubi & hygginum eo tingitur: nam colos in ueste hyacinthinus non ex hoc tantum hyacintho, ut ferere creditur, sed & uiola, quae syluestris hyacinthus quoque dicitur, traxisse nomen uidetur Plinio utique: nisi quis in eo ianthinum malit quam hyacinthum legere, ut Martialis: Coccina famosae donas & ianthina moechae. De quo in castigatione Pliniana diximus. Hyacinthi & albi & ferruginei, hoc est caerulei uisuntur: nam & lapis frutici cognominis, caeruleo nitore fulget, ut Solinus inquit, ut qui coloris caeli dixerunt hyacinthinum, de caeruleo uideantur accepisse. Porro tam syluestres quam urbani plurimum du-

rant. Comitatur florē hunc duplex fabula, lucē praeferes eius quae Apollo dilexerit, aut ex Aiacis literarum editum ita discurrantibus uenis, ut Graecae literarum figura ea legatur inscripta. Pausanias florem qui natus sit extincto Aiace apud Salamina, credi refert editum primo, nec hyacinthum, sed literis hyacintho similem uideri, ex candido rubentem ac lilio minore. Idem autor cosmosandalon dici florē apud Hermonionenses Trezenis confines, quem ipse hyacinthum uidetur interpretari. Eo flore coronatos festa quae Chthonia uocant, agere. De cosmosandalis Cratinus & Clearchus. Palladius hyacinthum & irim & gladiolum a similitudine foliorum uocari dicit. Qui Seruium grammaticum accusant quod hyacinthum esse dixerit, quae Vergilius uacinium in carmine uocari, Dioscoridem accusant affirmantē hyacinthum a Romanis uacinium appellari. Plinius quoque: Vacinia, inquit, aucupis Italiae feruntur, Calliae uero etiam purpurea tingendis seruique uestibus. Item alibi: Transalpina Callia herbis tyrium atque conchylitium tingit, omnesque alios colores. Item alibi: Mire, inquit, hyacinthus in Gallia prouenit: quo ibi pro cocco hygginum tingit. Est autem hygginus color, a quo Graeci uerba uocant. Quae appellantur hoc tinctas colore. Quod fit ut recte ferat grammaticus hac parte, uacinium Maroni pro hyacintho acceptum fuisse: nec obstat quod nigra dicat poeta: quando purpuream quoque uiolam est, ubi autores nigram uocare soleant.

PAPAVER RHOEAS. DCLXXVI.

**P**apauer *rhoas*, hoc est erraticum, capite, ut Theophrastus inquit, unguis pollicaris amplitudine, legitur uiridiusculum ante messem herdet. Hoc & satiuus ascribitur, quae inter syluestria & satiuam melius fortasse quasi medium constituas: quoniae spon te quidem, sed in aruis nascatur. Admonendi tamen sumus, rhoeadis cognomēto non hoc tantum papaueris genus uenire solum, sed & alia duo syluestria, ut mox liquebit: hoc, quoniae flores eius breui decidat: illa quoniae fluat ex ipsis contulnato scapo succus lacteus, opion appellatus.

PAPAVER SATIUM. DCLXXVII.

**S**atium omne magis rotundat capita: id syluestri longum, ac pusillum ad effectus omnes ualentius. Optimum in siccis, & ubi raro pluit. Papaueris satiuum tria fecere genera: candidum, cuius semen totum in secunda mensa cum melle tragematis loco edebat. Hoc & panis rustici crustas ouo affuso commendabat. Alter: nigrum, cuius scapo inciso lac exprimitur. Tertium rhoeas, de quo diximus, quae nisi maturuisset, edomitum existimari nullo modo posset. Galenus & Dioscorides papaueris genera sex enumerant, rhoeada, ceratium, aphrodes satiuum siue thylacitum, & duo alia syluestria: capite sessili unum, oblongo altero, quae & rhoeas uocant aliqui: propterea quod & duobus quae situm lac, scapo inciso fluat.

DE OPIO ET MECONIO. DCLXXVIII

**D**iffert meconium ab opio, si proprie loquaris, sicut apud nos succus a lacte, quod & lachryma quoque dicitur. Succus & meconium uocatur, qui decocto uel crudo papauere, ut in ceteris exprimitur. Lac uero & opion, quod caule inciderit formatur & papauere nigro, ut Diagoras suadet, cum turgescit: ut tollas, cum deflorescit. Incidi iubent sub capite & calice: nec in alio genere ipsum inciditur: capite & calice: nec in alio genere ipsum inciditur: aut put, Humor hic & herbae cuiusque lana excipitur: aut si exigua

si exiguus est, ungue pollicis aut lactucis, & postero die magis quod inaruit: pastilli siccantur in umbra. Accenditur syncerum difficiliter & crebro extinguitur. In aqua innatat nebula. Aestiuo sole sudat & se diluit, donec simile recenti succo fiat. Confectum in posca coit. Mnesides optime seruari putat hyoscyami semine adiecto: alij in faba. Adulteratur hoc Alexandriae. Thebanum opium celebrari ad multa uideo, praesertim in collyrijs duobus, quae Lynceus & Proteus ab Aegineta Paulo cognominantur. Sicut Hermolaus & Antoninus ab Aetio, in quae non opium modo, sed acacia quoque poscitur ad repercussum. Achaicum quoque Asianumque opium auctores Graeci nominant.

P S Y L L I V M. DCLXXXIII.

**P**syllium radice tenui, superuacua, farmetofum, fabae grauis in cacuminibus, flores canino capiti, ut Plinius, non dissimiles, ob id cynocephalon uocatur, & cynoides. Corrighendū enim locum in Plinio putamus, ubi non floribus, sed folijs canino capiti similibus describitur: alioqui in exemplaribus manu scriptis floribus non folijs. Semen in baccis est figie pulicis, unde nomen. Prouenit in uitiarijs. Mendosum & illa quoque parte Plinij existimo, cum dicit psyllibus lacteum succū esse, qui densatus in gummi, & sumptus cum melle, uomitiones faciat, praesertim quibus bilem trahat. Quid enim sint psylles non comperi.

S T R Y C H N O N. DCLXXXIII.

**S**trychnon, siue ut Galenus trychnon, satium, quod & melan hoc est nigrum, cognominant, a nostris solanum dicitur, familiare cibis, in Aegypto maxime. Nihil mali corporibus esse praedicat Xenocrates, cui hoc salutare non sit. Flos huic est candidus, acini siue poma potius herbacea, & quadante nus aculeata, in quibus semen. Hoc Romae uidimus in horto oratoris galli.

S T R Y C H N O N H A L I C A C A B V M. DCLXXXV.

**S**trychnon halicacabon folijs ocimi describitur a Plinio, commendatum quidem & hoc cibis ab alijs quibus, licet hortense praeratur. Radice halicacabi bibunt qui sunt uaticinandi callentes, qui furere ad confirmandam superstitionem aspici se uolunt. Aspidum naturae intantum aduersa haec herba est, ut radice propius admota soporitur.

S T R Y C H N O N S O P O R I F E R V M. DCLXXXVI.

**S**trychnon hypnoticon, id est soporiferum, ab alijs smorion, ab alijs moly appellatum, coronarijs in Aegypto expetitur, inuitante similitudine florum hederae. Velocius hoc ad mortem quam opium: Inuenio & strychnen & eubepaton, & callion uocatam: nostri uescariam a folliculis: uel quia uesciae proficit & calculis. Theodorus omnes strychnos uescarias appellat. Radix huius sanguinis modo rubra, Theophrasto candida, cum inarescit. Semen coccineum, folia malicotonei laetuae uel caprinae, sed hirsuta, magno cespite, in rupibus sepulcretisque nascitur. Genus hoc Dioscorides libro primo halicacabum uocauit: eademque ad uerbum ferē scripsit, quae nunc in soporifero leguntur. Sed halicacabus tamen uera est, quae proximo capite superius descripta est, ut Galenus inquit. Laudant hoc a loco ad fruendum, & tamaristo.

S T R Y C H N O N M A N I C O N. DCLXXXVII.

**S**trychnon manicon, insaniosa herba, quam doryon, siue potius dorycnion uocabant: quia cuspides in praesens eo tingerentur, passim nascite. Alij perisson appellabant: folium eruae maiusculum, capite gethyi maiore pilosioreque, ut Theophrastus scribit, qui hoc edant uideri sibi pulcherrimos affirmans. Hoc & coronarijs placebat. Erythron dicebant & neurita, qui nequiter occultabant, ut inquit Plinius. Frutex est surculosus uerius quam herba, ut Plinius tradit, folliculis magnis latisque ac turbinatis, gradibus intus acino, qui maturefcit Nouembri mense.

D O R Y O N.

P A P A U E R C E R A T I T I S. DCLXXXIX.

**P**apauer ceratitis, siue ceraticon hoc est corniculatum, syluestre est, cubitali altitudine, folio uerbasci nigri, minus atro, radice breui & corti cosa: Tempestiuum messibus: folia huic minora & tenuiora quam ceteris syluestribus. Nascitur & nitroso loco, & glaucion a quibusdam appellatur, haud proprie.

P A P A U E R A P H R O D E S. DCLXXX.

**P**apauer hoc Heracleon siue aphrodes, hoc est Herculei & spumofum dicitur: cuius folia herbae radice, quam Graeci struthion uocant, similia sunt Dioscoridi Theophrastoque, ut multi censent. Et quia struthion etiam passerem significat, Plinius hac parte, folijs, inquit, si procul intuearis, specie passerum representantibus. Verba porro Theophrasti haec sunt: Papauer, inquit, Heracleon φάλλον ἔχει θύον σπρσθον, & ἄλλοι οὐκ ἴσασιν, hoc est, folium habet quale struthos, quo lina caudafaciunt. Plinius haec non de radice, ut dixi, quae lanis demum lauandis aptissima est, curans eas, & conferens candore mollitiisque, ut tradit ipse Plinius xix. libro, sed de passeribus intelligit. Ex ipso autem papauere lina, inquit, splendor trahunt. Quia tamen Plinio contradicere non prius audeo, quam si possum, contempler oculis, passerem an radice speciem papauer illud praebear, uerbum Graecum posuimus in Latino, ut liber esset exquisituris arbitrium. Semen huic spumeum. Aestate tunditur in pila. Utillimum hoc, medicamento nobili quod diacodion & asteracen uocant. Etenim capita papaueris, & codias, & asteriscos Graeci appellant. Quin & humanum caput poetae interim codian uocant, ut inquit Pollux. Et autem huius papaueris, aut cuiuscumque syluestris capitibus cxx. In aquae caelestis sextarijs tribus biduo maceratis, in eademque decoctis, deinde siccatiterumque cum melle coctis, ad dimidias partes uapore tenui. Addidere postea drachmas senas croci, hypocistidis, thuris, acaciae, & passii Cretici sextarii. Aetius papauer hoc, ut arbitror, intelligit, cum mecaproditon commendat herbam, contra uiperas in potu praebens, fortasse quia uomitionibus probetur.

H Y P E C O O N. DCLXXXI.

H Y O S C Y A M O S. DCLXXXII.

**A**lter Dioscorides (ut Galenus inquit) hyoscyamon apud Hippocratē uidetur interpretatus, id quod ille υψοκυμου κισθηδον, hoc est fabae semen appellauit. Hyoscyamon uero Graeci uidentur appellasse, hoc est fabam suillam, propterea quod, ut Helianus ait, pastu eius herbae resoluantur & conuelantur apri: Sed remedium nouere, aquas enim statim aduocant, & caneros uenantur, atque ita protinus

D O R Y O N.



## DORYCNION. DCLXXXVIII.

515 **D**orycnion, siue dorycnidion, tam per c. q̄ per ch. etiam pro strychno manico acceptum à quibusdam ueteribus inuenio. Dioscorides & Galenus uidentur aliud ab eo genus existimasse: dictum fortasse ita, q̄ cuspidestelorum in sicere mos esset illo, ut in manico strychno diximus. Dorycnio gustus lactis est, & contracto emanat.

## MANDRAGORAS. DCLXXXIX.

**M**andragoræ fructus niger, sapore quodam uini, effigie oui: non ut Theodorus putat racemi, *Bos pux od d'is* aut *Boi u' d'is*, pro eo quod erat *wo d'is*, in Theophrasto legens. Fœminæ folia hirsuta, radices carnosæ, tenere, cubitales fere. Mala hæc fert auellana: nucum magnitudine: mas arsen, & hypoplomon quoq; dictus; folio latiore, ut lapathi satiuæ. Cauter' effosuri contrariū uentum tribus circulis ante gladio circumscribentes ad occasumq; spectantes. Succus non ubiq; inuenitur, sed ubi potest. Circa uindemias quæritur. Odor grauis eius, sed radicis & mali grauior. Succum excipiunt deciso caulis cacumine: adeo caulem habere nō dubitant, etiam si Dioscorides id negat. Hic & hirsutus fœminæ tribuitur. Foliis succus roscidorum pestis est, ut inquit Plinius. Mandragoram conclamati frigoris uenenū esse nemo non scit. Inuenio herbæ nomē andraclon à similitudine uirili dictæ: an eadem hæc sit cū mandragora, non legi: sed est cur esse sentiam: quippe cū & anthropomorphon dicatur, nisi quis andraclon, quia frangat, & occidat hominē, dictam putarit, cuiusmodi uim multæ habent herbæ: nam & annus uitæ lxxij. ut est apud Maternū, andracles uidetur appellatus, quia duplici ratione climatericus sit, & maxime frangat homines. Alioqui ab hominis effigie andricelon potius q̄ andraclon dici potuisset: in quo & illud notandū andricelon apud Græcos, ut Aristoteles & Iulius Pollux testātur coloris genus est, quē nos purpurissum dicimus: atq; ita placuisse Theodoro quoq; nostro liquet.

## MORION IDEST ALTER

## MANDRAGORAS. DCXG.

**D**e morio mandragora nihil habeo quod addi possit ijs quæ à Dioscoride notantur: sed quoniam mala terrestria & canina mandragoræ fructus appellantur, in mentem subeunt, quæ uulgo melenzana uocitamus hoc est ut ipse puto, mala in sana; de quibus nihil ueteribus scriptū fuisse iam desino mirari, q̄ multa huiusmodi reperio, sicut hercle multa quondā fuere, quæ modo uel ignorantur, uel certe non habentur. Mala ergo insana & frutice uulgari sunt, passim nascente, ut melones & cucurbitæ: pari quoq; cultu, folijs prope ficulneis, flore oblongo, specioso, candido. Manditur uulgo pomū ex oleo, sale, pipere, fungorum modo coctum.

## ACONITVM. DCXCI.

516 **A**coniti primū genus pardalianches, & thelyphonon, siue potius theriphonon cognominatur: cæteræ Theophrastus simpliciter, & si ne aconiti mentione thelyphonon, & scorpion à radicis similitudine uocauit, geniculatū tradens graminis modo, locis umbrosis, & cætera quæ hic à Dioscoride traduntur. Hoc solum genus à Plinio demōstratum est, hirsuta leuiter eius folia prodendo. Vocatur & myoctonos: quoniam & longinquo mures odore necat. Inuenio & mycophonon uocari genus herbæ,

quam & sciada quidam nominant: nec quæ sit ea docent, præterq̄ q̄ Phanas in libro de stirpibus hæc habet uerba: Pileari forma sunt semen, anisi, fœniculi, coriandri, caucalidis, cicutæ, pastinacæ, sciadis quæ & mycophonon uocant. Plinius & Theophrastus mycophonon cui neruosus est cauliculus. Aconitum porro Theophrastus in Creta & Zacyntho nasci maxime putant, de lycoctono, ut arbitror, locutus: sed optimū in Ponto circa Heracleam, ubi monstrat Heraculis ad inferos aditus, quasi ex spumis Cerberi canis ortum. Hoc à thelyphono, ut testatus modo sum, differre arbitror: constat enim folio significat intubum: q̄ Aëtus nō seridis ( id enim significat intubum ) sed iridis syluestris accipit. Radice non nucis, quoniam eam rus transtulit, sed gammari marini specie, uentū eam ryras pro caridas, uel carabidas legisset. In quo notandum carabos, qui & graphæi sunt, interim pro locustis, interim pro gammariis à ueteribus acceptos, ut Athenæus autor est. Carides uero squillæ sunt, quas & curidas, & coridas, & colybdenas quidam uocant: etiam si marinum genitale Nicander colybdenam putauit. Aconito sane breuis herba, nec superfluens, sed ut frumento: semen ei tamen in spica non est. Nascitur ubiq; nectamen in cautibus nudis, quas aconas uocant, unde aconitū nonnulli uolunt appellatum. Alij quia in petrosis parte plurima nascēti, nullius uita puluis esset. Alij à pago, siue oppidulo, siue portu Periandynorū ad Heracleam ita nominato. Alij quoniam uis eadem in mortem esset, quæ coribus ad aciem ferri decutiendā, statimq; admota uelocitas sentiatur. Fructū eius & folium nihil nocere prædicant: uim mortiferam in radice haberi. Ad erodendā uti ea medicos: præparari uero posse ut tollat biennio, anno, mensibus sex, tribus, duobus, uno ( ratione etiam peritioribus occulta ) miserius perire, qui poro eos ditius uitam extrahant. Differri, celeratq; fumentibus exitium, pro ut sero ut ocyus collectū fuerit. Debellari pestem eam nō alia radice, ut quidā exprompserunt, sed aut uino, aut melle, successu raro: alioqui repero in uisceribus ueneno, ceu pari inuento, non perimit, sed colluctatur cum eo tantum: Ita duo uenena commoruntur, ut animal superfit. Omnium poro uenenorū ocyssimum esse aconitum, ut tactis quoq; genitalib; fœminini sexus animalū, eodem die mortem inferat, quo modo interemptas à Calphurnio bestia dormientes uxores, M. Cælius obiecit. Fugitiuos eo in uinculis uti solitos desponso animo aconitum seruantibus, instituta capitis pœna. Quod autē sit herbæ genus aconitas uocari, non reperi: etenim ut Athenæus inquit, grammaticorū mos est, poetæ & autores alios enarrantū, cum quid huiusmodi occurrerit, quasi conuiuendo præterire, nihil aliud stantes q̄ aut lapidis, aut animalis, aut floris genus esse: quod sit ut parum fidei grammaticis in hac eruditionis parte semper habuerim. Aconitū inuenisse prima dicitur Hecate, uenenorū insigni crudelitate fœmina, quæ Persam patrem Solis filium perinde crudelissimum ueneno sustulit, autor Diodorus: propterea q̄ Ouidius in Metamorphosi cum herbam dixit Hecateida, uidetur aconitum accepisse.

## ACONITVM CYNOTONON. DCXCII.

517 **H**uius aconiti neq; formā, neq; medicinas Dioscorides exequitur: librariorū, ut arbitror, culpa fuit, tria capita scribentū, cum duo tantū aconiti summa

summa genera dicatur Galenoteste, pardalianches & Lycoctonon.

ACONITYM LYCOCTONON. DCXCIII.

**D**E Lycoctono, cuius species tres haberi constat, in primo aconiti genere differui, Theophrastum & Plinium secutus. Lycoctonos dicta est, quia lupos enecat. Habent & nostri rustici ad eundem usum, lupariam uocatum, folio uitis, multas habente diuisuras, & maculas candidas, flore oblongo, luteo. Aëcius: Aconitū, inquit, sunt qui aconitomon, & irin syluestre, & pharmaciaden uocent, radice ferē graminis. C I C V T A. DCXCIII.

**C**icuta Græce conion: inuisa & hæc publica Athenensium pœna. Semen habet noxiū. Caulis eius uiridis, & urit plerumq; ut in platanis, Leticior sæpe binis cubitis. Hinc & spatium, quod est inter cannae, ut Seruius existimat, genicula, cicutam uocari à Marone. Folia coriandri tenuiora, semen anisocrassius, radice nullius usus, ut Plinio uidetur. Semini & folijs refrigeratoria uis, quæ si enecat, incipiunt extrema corporis algere. In uino pota irremediabilis existimatur. Succus exprimitur folijs floribusq; tunc enim maxime tempestiuus est & melior. Semine trito expressus, & sole densatus, nocentior q̄ semē ipsum, ut in Thapsia: cum in reliquis contra sit: necat enim sanguinem expiſſando. Hæc altera uis est, & ideo sic necatorum maculæ in corporibus apparent: ad dissoluenda medicamenta utuntur illo pro aqua. Fuit autem cicuta herba, cuius gustatu exercitus M. Antonij cum fame laboraret, penē sit extinctus in Parthia, nō traditur: alioqui remediū, ut Plutarchus ait, in uino tantū erat. Plinius quoq; Maxima, inquit, cicuta uis terrę Parthorum, mox Laconicæ, Creticę, Asiaticæ. In Græcia uero Megaricæ, deinde Atticæ. Thrasias & discipulus eius Alexias & hanc & cætera uenena temperabant, ita ut sine aliqua offensiōe aut tæbe tollerent in quantū uis tempus dilata morte. In cicuta præcipiebant, ut e Suis aut prægelidis opacisq; locis ad hūc usum reponeretur. Chij, ut Theophrastus scribit, non terebant eam, ut cæteri cum regmine, sed hoc detracto, tūsam & tenui cribro emissam ex aqua propinabāt. In Ceo insula mos fuit, ut sexagenarij senes conuocatis necessarijs, solenni sacrificio cicutam epulati, & coronati biberent: Strabo autor: ut ferē in Theophrasto non Chios, sed Cios legendū putem. Cui consuetudini se Valerius q̄q; Maximus secundo libro interfuisse tradit, in eius insulæ oppido Iulide. Cicutam sunt qui etiam e phemeron, a celeritate interitus uocant, ut Photion autor est. Recentiores cicuta duo faciunt summa genera, aquaticæ frigentis naturæ, terrestris calidæ. Terrestris duo item genera, maius & minus: sed quoniā autorem nullum præferunt idoneum, uereor ne ( ut ferē solent ) hallucinati fuerint: alioqui cicuta similem diximus esse myrrin herbam, ob id cicutariam à nomine appellatam, calentis ingenij: nam uerba illa Plinii: Caulis, inquit, cicuta uiridis, & urit plerumq; ut in platanis: quia sensum nullū cōmodiorem habent, coreximus ex Theophrasto ad hunc modum: Caulis cicuta uiridis e Suis plerumq; Athenas perlatus, q̄q; cicuta uis est & illa ( si Celso credimus libro quinto ) exedendi corpora: ut forte seminibus & folijs frigida sit potestas, cauli feruida. Illud uero minus tolerabile, q̄ Mauritanij uel eorum interpretes, illud rutæ ge-

nus syluestris, quod Dioscorides & Plinius armala uocari scribunt, ipsi pro cicuta capiūt. Sunt qui, ( q̄ Galenus ait tercio libro *ηρόσωρ* ) cicuta sturno cibum, homini uenenū esse, cōuerterint: Hyoscyamū esse turdo cibū, homini uenenū, quo nihil esse potest fœdi, imperiti, absurdi. SMILAX. DCLXXXV.

**S**milax siue taxus, est ubi à Theophrasto & Dioscoride milos appellata sit, folio eterno, extremis latibus & lateribus sinuato ut quercus & paliuri, & omnino ilicis, molliore tantū profundioreq; differt & materia ab ilice, q̄ soluta & tenera in operibus est taxo, præsertim in Arcadia, ubi & nigra est ac punicea. Flauet in Ida tam similis cedro ut imponat mercantibus, præsertim medulla. Germē ei maxime ferotinum. Floret paulo ante solstitiū. Fructificat à uergiliae obitu. Facillime augetur, proceram, similis abietis, minus ex celsa, sed alis crebriorib; foliū q̄q; ut scribit Plinius, abietis, sed pinguius ac minus uirens: Strigosa, tristis & dira, nullo succo, baccifera. Radices ei graciles, per summa cespitiū breues. Circa Idam rara, in Macedonia & Arcadia frequentior: Rotundo fructu, & paulo ampliore q̄ faba, colore ruffo, tactu molli, ueterinis lætifero non item ruminantibus. Sunt qui eum quoq; mandant suauis cibo, & innocentē prædicent. Umbrosissimis locis prouenit. Fumus ex eo murres perimit. Mari fructus, ut Plinio uidetur, noxius, lætale quippe. Baccis in Hispania præcipue uenenū inest. Vasa etiam uiatoria ex ea uinis in Gallia facta, compertū est mortifera fuisse. Sunt qui taxica hinc appellata putent, quæ nunc toxica uocantur, quib; sagittæ tinguntur in Arcadia ueneni uel ferentissimi. Repertū innoxiam fieri, si in ipsam arborem clauus æreus adigatur. Conglutinamēta siue subscudens ex ea scrinijs & subfellijs parantur: nunc & arcus & scorpiōnes: nec taxus uulgo sed literæ prioris immutatione naxus & naxius quoq; dicitur, quod nomen & Dioscoridi fuisse cognitū uideo, ubi uenena libro sexto numerat, eodē loco nō taxū sed toximum à Romanis dici credidit: nec thymalō ut hic, sed thymilō scribendū, q̄d & Aëtius q̄q; sequit. Paulus thymiō. Galenus taxū etiā dici cacton inquit. Paulus cacton spingē esse, quā Dioscorides lib. vi. uocauit axon, cuius pappi recetes in cibo sumpti strangulāt, in quibusdā exemplaribus ixiæ noiati. Verisimile est hāc esse cactō de qua Theophrastus & Plinius loquunt: Cactos, inquit, Siciliæ tū nascitur suæ proprietatis, cuius in terra serpunt caules e radice, lato folio & spinoso, q̄s uocant cactos: nec cibo desquamatos fastidiūt, gustu amari uiculo: sed & seruati sale uescēdo sunt. Vnū caulē rectū habent, qui pternix dicitur eiusdē suauitatis, sed uetus stas impatientē. Semē ei lanuginis quā pappo uocāt: q̄ detracto & cortice, teneritas cerebro palmæ similis relinquit. Vocāt scaliā, siue ut Plinius a scaliā. Aliubi Plinius: Sūt, inquit, & cedre palmæ: q̄q; sylue germinates rursus ab radice succisæ. Dulcis medulla earum in cacumine q̄d acru appellāt, ex cæpta q̄ uiuunt, q̄d nō alia. Vocant aut chamgriphesetiā à Theophrasto folio latiore ac molli, ad utilia utilissimo, copiose in Creta, sed magis in Sicilia. Nūc uulgo Siculū Romanū: ciphilionē mercatu ei frequētinoiati. Aliq; palmidū ab quadā palma spadicū similitudine, ut ex quibus scopæ sūt. Margylliō Hispaniæ mō appellāt credo, quia bacculas rubētes margaritis similes ferāt, dumulos uocatas, quibus filo immixtis semine supplicatiōes pcesq; suas numerāt. Plinius quodā loco: Margarides

ridēs, inquit, palmæ breues, candidæ, rotundæ, acinis q̄ balanis similiores, quare & nomina, inquit, à margaritis accipere: diuersum tamen genus hoc ab Hispano illo fecerim, q̄ in meridiano tantū orbe margarides nascuntur, & quidē una tantū eius arbore in Chora, ut idē Plinius affirmat. Iam hoc q̄ dixi palmidum nocari, non Siciliæ modo peculiare, sed Ægypto & Hispaniæ. In Italia quoq; nasci perhibent non procul Terracina. Mirum quod traditur in Ægypto ipsi setiam palmæ quarundā innascenti truncis, sed minoris operis ad mandendū. In orbe reliquo duorum generū, sed eodem cespite proueniunt mas & fœmina. Sexum distingui semine quod pappo, ut diximus appellat. Fallit hoc imprudentes, opertum cortice multiplici, tunicis ferrugineis interuestibus. Cortex folij modo in latum ex angusto panditur, & armatur aculeis: ideoq; latum & spinosum à Theophrasto dictū est. Ex huius crassitudine in Ægypto charta modo tingitur uilis, ad contegendas inuoluendasq; segestriū usu merces. Ex tunicis quas intercurrere diximus in eadem prouincia, funes rudentesq; nectuntur. Caulis ipse ceduus quotannis, alioqui adolescit crassitudine intantum, ut arboris iustæ truncum æquet ambitu.

## A P O C Y N O N. DCLXXXVI.

520

**A** Pocynon semine acuto, diuiso, lanuginoso, graui odore, uirgis minus longis q̄ hedera. Quadrupes necat, si uescatur, omnes. Est & uenenu hominibus. Dicitur & cynocrambe à Galeno, ab aliquibus hippomanes: q̄q̄ & uirus defluens ab equarū inguinibus, quo tempore amoris infania feruntur, hippomanes appellant. Apud Hesiodū certe hippomanes herba est, quæ edentes equi aguntur in furorem. Dicitur & capparitis hippomanes. Est & saltationis genus apud comicos apocinon, sed scriptura distinguitur.

## NERION SIVE RHODODENDRON. DCLXXXVII.

**N**erion Sabina quoq; herba dicitur. Sempiternum fronde, caulibus fruticosum. Mel insānum è Ponto contrahitur, rhododendri flore, quo scaturit syluæ. Hoc ne nomē quidem apud nos inuenit Latinū, ut Plinius tradit. Galenus hanc intelligit quoties rhododaphnen nominat aut nerion, duobus eam locis prodens. Photion rhodoniam quoq; dici meminit: quosdā tamen rhodoniam interpretatos inquit fuisse uitam, flauas uuas ferentem. Dioscorides rhododaphnen à quibusdā uocari spongon scribit. Aëtius spongitin herbam dicendo, procidentia sedis utilem, quid intelligat haud scio.

## F V N G I.

DCLXXXVIII.

251

**F**ungi cortice, medulla, neruo, uena, carent, pediculo admodum æquali: q̄q̄ qui ex ijs pezicæ à Græcis uocantur, nec pediculū nec radicem habent. Fungos Græci mycetas uocāt, nec distinguit: quanq̄ Paulus etiam boletos cognouit, bolitas appellando, quibus & principatū inter fungos dedit, si cut secundum locū ijs qui amanitæ nominatur. Sūt & egritæ, sed industriæ fermento in ipsis populi nigrae truncis diluto aqua, protinus coalescentes. Quorundā facile noscuntur uenena, diluto rubore, rancido aspectu, liuido intus colore, rimosa stria, pallido per ambitū labro. Non sunt hæc in quibusdā: sicciq; & nitri similes ueluti guttas in uertice albas ex tunica sua gerunt: uoluam eam terra ob hoc prius gignit,

ipsum postea in uolua, ceu in ouo est luteū, nec tunica minor gratia in cibo infantis boleti. Rumpitur hæc primo nascente, mox crescente in pediculo corpus absumitur, raroq; unq̄ gemini ex uno pede. Origo prima è limo & acescente succo madentis terræ, aut radicis ferme glandifere. Initio spuma lentior, deinde in corpus membranæ simile, mox partus ut dixim⁹. Deprehendisse perniciosas, nisi agrestes possunt, atq; qui colligūt. Caligaris clauus & rubigo ferri aut chalybis uenenatos faciunt. Boletis ortus occasusq; in clauditur septem diebus. Fungorū lentior natura & numerosa genera, nec nisi ex arborū fere pituita. Tutissimi qui rubent, callo minus diluto q̄ boletis rubore, mox candidi uelut apice flaminis insignibus pediculis. Tertium genus suillis accommodatū uenenis. Quidā ris: non item fago aut robore, aut cupressu. Omnia colos liuidus: sed ijs aberit argumentū ueneni quod si miliores arbori fico fuerint. Noxterunt fungi, qui in coquendo duriores fiunt. Innocentiores qui nitro ad diro coquentur, si utiq; percoquantur. Imbribus proueniunt omnia hæc. Sticcantur pendentes suillis iuncta trāssixi, quales à Bithynia ueniunt. Succines noua culis & argēteo apparatu fungos ipsæ suis manibus delicia coquebant: unde Græci hos deorū cibo nasci dictitant, ut Tranquillus in Nerone meminit. Porphyrius non cibum sed filios deorū fungos & cubera uocabat, quia profenire uiderentur sine semine: Nata forte diuersitas, quod uerbu deorū & eū qui alit & eum qui alitur significat, accentu modo commeante. Porro deorū & cibus & alumni ideo uideri possunt, quoniā & eos quos pater ignotus est, filios terræ dicimus, quod quidem & Cicero in quadā ad Atticum epistola confirmat de Lica. Reciores alia quoq; nomina uel genera dedere: ouatos, ab ouī similitudine: spongiolos, à spongia: digitellos, à digitis: porriginosos, à porrigine: pezicas quasifiles & pediculis carentes. Laciniæ priuatim dicuntur è castanea, magnitudine spectabiles, ut singuli sufficiant. Innocentissimi sunt è rubis & carduis uere nati, rotunditate clusili, quos inde prunulos, & spinulos appellant, & cardeos. Oritur & è saxo, id est, lapide lycurio, siue lycæo uulgari uoce dicto fungus, admirabili natura. Præciditur hic in esum, & alius subnascitur anno toto: pediculi pars relicta duratur in silicem, atq; ita semper crescit lapis, restibili secunditate: nec credidimus anteq̄ domi natos ita mādūcaremus. Nouum & hoc uita sibi cōperit, inuicemq; multa perdit: q̄q̄ est ubi Plinius hoc in esum, & alius subnascitur Pliniana xxij. libri diximus. Sunt & ignitari qui dam fungi, & quibus strigilium uice tostrina utitur.

## C O L C H I C O N.

DCLXXXIX.

**C**olchicon & ephemeron, de quo mox prodicitur, Hermodactyligenera à neoterics uocantur. Galenus & Paulus ephemeron duplex faciunt, Dioscoridem sequuti: unum desibutorij ueneni ui, de quo hic: altesq; quod irin syluestrem cognominant, de quo proxime dicemus. Colchicon sane haermodactyli porro, ex quibus pilulæ ad podagras tan toperere cōmendantur ab Aëtio & Paulo, quinquefolij sit an ephemeron, parum mihi constat: alioqui recetiores pro ephemerone accipiunt. Dioscorides quinquefolij Hermodactylon q̄q; dici, & morbis articularibus & coxædici cōuenire prodit, ephemeron tumoribus.

## EPHEMERON.

DCC.

re masculinum prodidit.

## VRTICA SIVE ACALYPHA.

DCCVII.

**E**pheMERON folijs liliij minoribus, semine superuacuo: dictū ita, quod intra diem iugulet, ut Theophrastus putat. Sed illud alteri genus est & Colchicon proprie crediderim, folio ellebori. Radicula omnibus nota. Seruorū in desperatione confugium. Hoc ipsum Colchicon & Plinius ephemerū appellacione intelligit, quoties medicinas contra ephemerū impactum cōmemorat. Ephemerū radix longa, non ut Colchico rotunda. Quidam ephemerū uocabulo delibutorij ueneni compositionem quādam capiunt, ut Aëtius testatur.

## LENS PALVSTRIS. DCCII.

**L**ens palustris φαινός ἢ τελευτότων ἢ Græcis uocatā, sine radice, sine folijs: etiam si id quod in ea fructificat, simile folio conspicitur, minus habili humore, q̄ ut in eo folium consisti possit. Quidā genus aliud non quidem in aqua nascens, sed in uliginosis dilutisq; maius eo tradunt, carens folio, ἄσπιον φαίνον hoc est sylvaticam lentem uocantes.

## AIZON MAIUS.

DCCII.

**A**izoon maius aliqui Iouis caulem siue oculū, alij digirellum, alij spegetō siue hypogesson, quod in subgrūdijs ferē nascitur. Aliqui amemnon à sollicitudinis depulsu. Sūt q̄ trithales à terthales & erogennetō à uerno tēpore, aut qm̄ a maioris conueniat. Latini & sedū maius, alij sadum, Opili⁹ Aurelius sesuuiū, nonnulli semperuiuā, uulg⁹ auricularē. Huic crassitudo caulis plusq; pollicaris: folia carnosa, larga succo, leuia, oblonga. Sedum herbam furit marino deo. Fuit & alter Glaucus in fabulis, qui Dracone medico monstrante, contactu herbæ, cuius non redditur nomen, reuixerit sub Minoē.

## AIZON MINVS.

DCCIII.

**A**izoon minus herideis & herifithales, & chrysothales uocatur, à quibusdam tres siue trithales quia ter floreat. Hoc in muris parietinisq; nascitur & tegulis. Fruticosum à radice & sursum usq; ad cacumen, folijs angustis, succosis, radice inutili. Vermicularis uulgo dicitur. Sunt qui iessitin, ut Plinius, aut hysitin, aut isoteos, tribus enim modis scriptum inuenitur, forteq; gessitin melius ἄπὸ τῶν ἰσῶν appellas, hoc est à grundis: quando & maius quoq; aizoon hypogesson dici ostendimus, hoc est subgrundiarium.

## AIZON LEPTOPHYLLON SIVE PORTVLACA SYLVESTRIS. DCCIII.

**T**ertium genus aizoi, andrachne agria, hoc est syluestris portulaca dicitur, de qua etiam superius ἴisdem uerbis à Dioscoride scriptum est.

## COTYLEDON. DCCV.

**C**otyledon paruula herba, cauliculo tenero, folijs pinguibus. Nascitur in maritimis petrosifq; uiridis: non est hæc, ut quidam rentur, ea quæ uulgo cimbalaris appellatur: etiam si cimbalion à Dioscoride uocetur. Est autem cimbalaris herba folioteus anguloso, hederaceo, flore paruo, purpureo, in muris terræ nascens, quam quidem nonnulli genus alterum capni dictæ faciunt, ut in capno testatumus.

## COTYLEDON SECUNDA. DCCVI.

**C**otyledon secunda, caule longiore sed pergracili, gustus asperrimi. Huius usu Hippocrates in cibo foemininum sexum concipi, sicut prior

**V**rtica ex omnibus aculeatis generibus notissima est, acetabulis in flore purpuream lanuginem fundentibus: sæpe altior binis cubitis. Mittor foemina est. Inter syluestres quæ dicitur cania acrior, caule quoq; mordaci, fimbriatis folijs: quæ uero etiam odorem mittit, Herculeana uocatur. Semen omnibus copiosum, nigrum. Mirum sine ullis spinarum aculeis lanuginem ipsam noxiam & tactu tantum leui, prurimum pustulasq; adusto similes existere. Notum est remedium olei: sed mordacitas non protinus cum ipsa herba gignitur, nec nisi folibus roborata. Incipiens quidem ipsa nasci uere, nō ingrato, multis etiam religioso in cibo est, ad pellendos totius anni morbos. Syluestrium quoq; radix omnem carnem teneriorem facit simul cocta: quæ uero ex ἴis mitissima, & folijs non mordentibus lamium, siue aononium uocatur, à quibusdam urtica iners & mortua. Album hæc habet in medio folio, sacris ignibus utile. Quidam è nostris discreuere genera temporibus, autumnale appellando, & reliquas ad eandem rationem: celebrat & marinam cognomine Plinius ad uesciæ uitia. Condit laudes urticæ, Phantias physicus, utilissimam cibis coctam inueteratamq; professus. Si quadrupedes foetum non admittant, urtica naturalia earum fricanda monstrat. In Oeta monte steriliū nec iniri se patientium caprarum ubera teretes ea lac eliciunt. Ex urtica in Aegypto fit oleum. Semen colligi messibus oportet. Alexandrinum maxime laudatur ad omnia. Vrticam Hippocrates nidam uidetur appellasse, cum alij cni dam uocēt. Est ubi clidam legas corrupte ut censeo: nisi aliud genus sit: Grana, inquit, clidē sexaginta clysteræ uuluis inijciantur, quas bilis infestauerit.

## GALIOPSIS.

DCCVIII.

**G**aliopsis: & galion uocatam inuenio hanc.

## GALION.

DCCIX.

## ERIGERON.

DCCX.

**E**rigeron à nostris ferē trissaginis specie describitur, & cum mollitia nasci fertur in tegulis murisq; cauliculis subrubentibus, lanugine qualis est spinæ, inter diuisuras capitū exeunte. Ob id Galli xuseam, Callimachus acanthiden, alij pappum uocant. Hæc deinde Græcis de ea constare Plinius affirmat, alios erucæ folijs, alios roboris, sed minoribus multo dixisse. Item radice alios superuacua, alios neruis utili, alios potu strangulante. Nec desuere qui alterum genus facerent, nec quale esset demonstrarent, dantes contra serpentes bibendam: edendam uero comitalibus. Aggredimur medicinas, quia notæ desunt. Nicander uidet aut hanc intellexisse, cum geraon pogona dixit: nam & nos senecionem uocamus, aut tragopogoni similem herbulam, quæ uulgo barba senis dicitur, aut chrysocomen quam & Iouis barbam appellamus: quæq; & arbor quædam est quæ Iouis barba dicitur, in opere topiario tonsilis, & in rotunditate spissa argenteo folio: aquas odit, ut Plinius describit, nec adijcit plura.

## THALICTRON.

DCCXI.

Thali.

529 **T**halictroon cauliculum habet crassitudine papa-  
ueris, ut inquit Plinius: rutæ, ut Galenus: cubi-  
ti, ut Dioscorides: librarij similitudine uocabu-  
lor: deceptis. Nos rutæ Galenum secuti uertimus.

BRVON THALASSION. DCCXII

**B**ryon thalassion cognominatur, ut à bryo dif-  
ferat in arboribus nascente. Marina herba hæc,  
sed in terra tantum nascitur & scopulis, folio  
herbido ac lato, nec lactucæ dissimili, rugosiore tan-  
tum uelut cōtracta, sine caule, sed ab ima radice prin-  
cipio alio atq; alio plusculis exeuntibus folijs.

PHYCOS. DCCXIII.

**P**hycos non habet alia lingua nomen, ut Plinio  
uidetur: etiamsi fucus inde apud nos dictus es-  
se uideatur, quoniã alga, inquit, herba fit poti-  
us, hic autem frutex: q̄q̄ est ubi maris algam uocet,  
& fucum marinũ lactucæ similem, qui conchylis sub-  
sternitur. Genus ei triplex, unum folio lato uiridi, ob  
id prasson uocatum, ab aliquibus zoster, radice foris  
pilosa, intus squamatum compacta, prælonga & cras-  
sa, ut cepis & gethyo. Alteræ simile fœniculo, nec uiri-  
de sed pallidũ, sine caule, rigens tm̄ atq; stans, & eò  
copten à duritia uocatũ. In testis fractis saxisq; nasci-  
tur terra, ut mari tamen alluatur: nam superius inua-  
dit haud procul litore. Extra Herculis columnas ma-  
gnitudine mirabili. Latitudo quæ manu comprehen-  
di nequeat. Fertur hoc fluctu extrinsecus in nostrũ  
mare prasson, ut diximus, uocatum: quia pari fron-  
de fit. Annuum esse traditur. Vtrunq; præcipiti uerno  
enasci, per ætatem uigere, autumno flaccescere, emo-  
ri hyeme. Tertiũ gramini simile est, radice longa, ob-  
liqua, geniculata, caule harundinis, longe minus q̄  
cetera, alij breuius. Tria genera folio distinguunt: pri-  
mum lato, secundũ longo, quod & rubens fit: ultimũ  
crispo, quod & pelagion & Cretense nominatur: quia  
spongiarj urinatores ex alto id petant. Circa Cretã  
in petris copiosissimũ & præstantissimũ, quo & tæ-  
nias & lanas & uestes inficiant, prouocante purpur-  
as q̄diu recens tinctura est, ita colorem alligans, ut  
elui postea non possit: ob id & pseudoconchylion à  
Democrito uocatur, & flos siue coccus marinus, & à  
Strabone in Arabico sinu minium, hoc est ut Nicæder  
uitur, bryon muscum q; Laudatissimũ à parte aquil-  
onis, quemadmodũ & spongia. Phycos autem ma-  
rinum siue thalassion cognominatur, ut à phycos, id  
est fucus metallicus distet. Refrigerantis apud Galenũ  
est naturæ metallicum, & cerussæ proximũ uiribus,  
etiam tenuitate penetrandi uincens, de quo nihil Di-  
oscorides. In Aristotele de animalibus, littoralem her-  
bam, hoc est quæ littus oleat, uidetur intellexisse The-  
odorus cum uertit littuum, id quod illè *θίρα* uocat: fie-  
ri tamen potest ut littus ipsum & odor eius, in eo uo-  
cabulo accipiendus sit.

POTAMOGETON. DCCXIII.

530 **P**otamogeton. Castor hanc aliter nouerat, te-  
nuis folio, uelut equinis fetis, thyrso leui & lōgo,  
in aquosis nascentem, cuius radix strumas tol-  
lebat. Potamogeton aduersatur crocodilis: Itaq; secũ  
habent eam, qui uenantur eos.

STRATIOTES. DCCXV.

**S**tratiotes gemina est: aquaticus, de quo hic agi-  
tur: & terrestris, millefolij cognomine, de quo  
statim post dicitur. Est autem stratiotes aquati-  
cus, herba militaris, in Aegypto tantum nata inunda-  
tione Nilj. Diuersam ab hac militarem aliam existi-

mo, quam alij eandẽ, quæ & lactoris, aliqui similem  
dicunt. Est autem lactoris nota uulgo, ut inquit Plini-  
us, plena lactis: quod degustatũ, uomitiones concit-  
at. Hæc & lactaria, & anabula nunc dicitur, oleæ fo-  
lio sed minore, flore luteo. Sed an una aliqua sit hæc  
ex ijs, quæ tithymali nominantur, considerandum  
relinquo.

STRATIOTES TERRESTRIS

VEL MILLEFOLIA. DCCXVI.

PHLOMOS. DCCXVII.

**V**erbascum, siue phlomos, siue ut Galenus plo-  
mos, etiam in niue nasci posse creditur. In al-  
bo aliqui marem, in nigro fœminã uolunt in-  
telligi. Caulis uerbasco erectus, semen inutile. Tertiũ  
porrò genus non nisi in syluis inuenitur, cui herba  
quæ Romæ blattaria dicitur, tam est similis, ut sæpe  
fallat pro ea capta. Est autem blattaria folijs minus  
candidis, cauliculis pluribus, flore luteo. Hinc forte  
natum, ut Dioscorides uerbasco syluestri blattas cõ-  
trahi prodiderit. Medicinæ huius capitibus sequenti mē-  
tione collocantur.

PHLOMIDES. DCCXVIII.

**P**hlomides. Distingui genera hæc penè superua-  
cuum est, cum sint eiusdẽ effectus omnia. Thy-  
rallida uero & lychnitis ex argumento appel-  
lant, quoniã ad lucernas conueniunt: proinde ipsa lu-  
minum ellychnia Græci & phlomos, & thryallidas  
quoq; uocant, ut inquit Pollux.

AETHIOPIS. DCCXIX.

**A**ethiopsis caulem habet concavum, semẽ can-  
didum, radices plenas, molles. Quæ ex Aethi-  
opia uenit, eximia est, ilico proficiens. Colli-  
guntur radices autumno, siccantur in sole aliquot die-  
bus, ne situm sentiat.

ARCTION. DCCXX.

**A**rcion nascitur in petrosiss. Ab Vrso nomen  
obtinet: aliud omnino q̄ quæ uulgo branchia  
ursina dicitur: ueteribus omiffa, etiamsi ebi-  
fisi modo suppuratoriam uim habet, folijs tam diuer-  
sis, ut singula eorũ multa esse uideantur radice gluti-  
nosa, multiplici, subalbida.

ARCION. DCCXXI.

**A**rcion siue prosopites, personaciam quidem  
in Latino sonat, sed pro petasite tamen capi-  
tur à Plinio dicente: Folio psonaciæ nullũ est  
latius, grandes lappas ferentis, quas non in arcion, sed  
in petasite cernimus. Petasiten interpretor, quã uul-  
go bardaniam, & lappam maiorem uocant: arcion,  
quæ ungula caballina dicitur. Plinius differentiã in  
nomine tenuem constituit: petasiten personatã, arcio-  
nem, persolatam appellando: Persolatam, inquit, quã  
nemo ignorat, Græci arcion uocant: folia habet ma-  
iora etiam cucurbitis, & hirsutiora, nigriora q; & cras-  
siora, radicem albam & grandẽ: quæ omnia ferẽ cũ  
Dioscoridis arcio conueniunt. Nominatur & persola-  
ta, siue persolyton à Plinio herbæ genus Aegyptiæ,  
in hortis feri coronamentis solitum, duobus generi-  
bus, mas, & fœmina: in hiberi subdita ea Venerẽ uiro-  
rum maxime prodendo. Illud communerim maio-  
ra esse personatã, hoc est petasitæ ac bardanæ, & per-  
solatæ, hoc est arcij & ungulæ caballine, fastidien-  
tis personatæ candidã, digitali crassitudine, fastidien-  
tis odoris: persolatæ brachiali & odoratam, flore in spi-  
ca purpureo. Galenus & hanc & superiorem eodem  
arctij nomine appellat. Quod autem personacia sit  
quam

quæ Lucius Columella personam uocari scribit, ne dubitem facit quod utilem pecori, quod uipera momordet, scarificationi superpositam commemorat: quod et Plinius probat, et propterea à nonnullis echion quasi uiperariam tradit appellari.

## PETA SITES. DCCXXII.

Petasites dicta uidetur à petaso, pileum significante apud Græcos: unde petasati, hoc est pilea tiam apud Catullum enim ita Castor et Pollux dicuntur. Nec aliud in Mercurio petasus est quæ galerus: quæ Lactantius grammaticus et alas et talaria continere credit in ea uoce, quasi petasum pro pinna capiunt, cum legendum sit non petasum, sed petalon, quocumque loco pinna significatur: ita enim Græci etiam frondem uocant, ut est apud Iulium Pollucem. Multos decepti corruptus in Plinio locus: Alcamenes, inquit, Phidias discipulus æreum petasum fecit, qui uocatur encrinomenos: alij petalon, alij petasum legentibus: cum legendum sit pentathlon, quem nostri quinquentionem uocant, ut est apud Festum, quod et codices manu scripti, et primis impressi formis habent. Quod genus et Myronis et aliorum operibus ascribitur, ut eodem capite Plinius indicauit. Petasones porro dicimus, quas Græci pernas, et nostri pernas uocant, ut Athenæus inquit. De petasite multa prolixè diximus, credentes hanc Latine personaciam uocari, et Græce à quibusdam echion, ut ait Plinius: nisi quis non echion, sed arcion scribendum propter similitudinem cum arcio contenderit, cui non contradico ipse.

## EPIPACTIS. DCCXXIII.

Epipactis, siue quod idem est, elleborina inter frutices à hanc Græciæ quæ à Plinio reponitur.

## CAPNOS. DCCXXIII.

Capnos siue capnion, hoc est fumus, duplex: alia hic descripta, nascens in hortis, et segetibus hordeaceis: alia et nomine et effectu similis, quas pedes gallinaceos uocant. In parietibus et sepibus genitæ, ramis tenuissimis sparsisque, flore purpureo, ut inquit Plinius, quam nonnulli modo cimbalarem uulgo dictam, nescio quæ recte, interpretantur, folio hederæ prætenui, ut in cotyledone commonui mus. Hanc autem capnon, quæ nascitur in sepibus chelidonium phragmitem uocare moris est Aëtio, ad exanitiones partium in iocinore curuarum utilem dictam, ut puto, quoniam succo discutit caliginem, ut chelidonia: et ob id in medicamenta oculorum additur: ut in collyrio Marciani eam chelidonia capnida cognominantis. Quod si eadem probetur esse cum cymbalari, ut quidam conijciunt, etiam illa similitudo constat, quod folium hederæ habuerit, quale chelidonio minori contigit: propterea confiderari cupio, nunquid non similis, sed eadem omnino sit capnos hæc cum chelidonio minore. Multa certe paria competio. Ceteræ ex eo quod capnon Plinius à nostris pedes gallinaceos uocari scribit, magnus plethorog inuast error, existimantes capnon à Dioscoride monstratum, non aliud genus esse, quæ uulgo sanguinaria et galli crus dicitur. Pudenda et poenitentem ea quæ galli crus uocatur, gramini est tam similis, ut ab eo forte non admodum seiungi possit: nisi quod folio minore cernitur, et fibris potius quam radice nititur. Id autem quod in utroque summo frutice trifarin gallina cecis pedis imitationem habet, candidius in

hac quæ in gramine conspicitur.

## LOTVS SATIUA. DCCXXV.

Lotus satiuæ non nisi post annum ex semine suo nascitur. Est et lotus syluestris, itemque lotus Aegyptia: herbe omnes, de quibus paulo post agendum nobis erit: nam de loto arbore iam diximus. Quæ sint in Columellæ horto lotæ Phrigiæ luminibus gemmantibus, haud scio reddere. Apud Herosperios Aethiopas nasci tradit herbam lotum uocant Artemidorus, qua uescentes quamlibet siticulosam et squalenti tractu sitim arceant: ob id et Lotophagi Aethiopes, ut inquit Strabo, nominati sunt.

## LOTVS SYLVESTRIS. DCCXXVI.

Lotus syluestris inter aculeatas, ut puto, constituitur, caule foliato, ut crepis ab radice. Quæ sit crepis hondum comperi. Crepulam certe dici quæ sit acanthos topiaria, Dioscorides affirmat.

## CYTISVS. DCCXXVII.

Cytisus siue cytisum hederæ modo uincit et stragulat fata: contra cytiso pestis alimon. Densa cytiso medulla, ebumque prouocans. Non ex alio pabulo lactis maior copia aut melior: incommo dum tamen tantisper dum florer, ut inquit Aristoteles: quoniam sit urentius. Perquam modica eius herba quadrupes pinguescunt, ita ut iumenta etiam hordeum spernant, nec aliud minoris impendi est: uel mediocri solo prouenit. Seritur semine et caule. Perficitur triennio. Florere desinit uerno æquinoctio, cum et metitur. Aspectu, si quis breuiter exprimere uelit similitudinem, angustioris trifolij. Frutex hic in Cythno insula inuentus, inde translatus est in omnes Cycladas, mox in urbes Græcas, magno casei prouentu, ut mirum sit rarum esse in Italia, æstus, alboris, grandinum, niuisque, omnis demum iniuriæ sine noxa patiens. In tactum quoque hostibus propter nullam gratiam ligni. Ab Antinomacho Atheniensi magnis laudibus extollitur. Apium examina cytiso eliciuntur: quæ Democritus et Aristomachus eas prædicent nunquam de flore cytisi pabulum contingere. Columella cytisum, et zeas, et carnicin, et trifarin uocari scribit: esse geminam: hoc est satiuam, et alteram suæ spontis.

## LOTVS AEGYPTIA. DCCXXVIII.

Lotus herba Aegypto uernacula est, caule fabaceo et petasato, folijs densa congerie stipatis, breuioribus tantum gracilioribusque. Flores ei similes, ut Theophrastus inquit lilio, ut Dioscorides hordeo. Librarioribus in alterutro culpa crinon procrithe contra ue scribentium. Copiosi in se facti, comprimentes se ad occasum solis, aperientesque ad ortum per uices, donec perficiantur capita, et flos ipse decidat. Fructus in capite papaueris, incisuris omnibus alio modo, nisi quod crebriora intus grana. Radicem corsion uocant, opertam nigro cortice, qualis et castaneas tegit, interius candidum corpus: quod decoctum cibo gratius est quam crudum, siue aqua siue pruna: nec aliunde magis quam purgamentis eius sues crassescunt. Illud sciendum, auctore Theophrasto, genera huius plura inueniri, distincta flore, fructu, caule, folio: ut nomen ferè tantum commune habeant, ratio naturæ tota dissentiat. Loton qui arborem putant tantum esse, de qua uolumine primo diximus, uel Homero coarguuntur, qui inter herbas subnascens, deorum uoluptati loton primam

nominauerit. Est & lotometra, quæ fit ex loto sata: ex cuius semine simillimo porri atq; milio, panibus in Aegypto pastoralibus maxima aqua lacte uel subactis, negatur quicquam esse salubrius aut leuius dum caleant. Refrigeratus maiore negotio concoquitur, fit ponderosus: eos qui uiuant pane illo, nec dysenteria, nec tenasmo, nec alijs in uentre morbis infestari prædicant. Incolæ & capita ipsa loto aceruata putrefaciunt: mox separant à putaminibus lauando, & sic cata tundunt, eoque pane utuntur. In Euphrate scapus & flos usque in medias noctes à uespera mergitur: ut ne dimissa quidem manu comprehendi possit. Vertitur deinde, paulatimque subrigitur, dehiscente flore ad folis ortum, ut plane à terra absit alte. Hanc loton in coronas uenire diximus in myrto: propterea Cratinus eam stephanonia uocauit: etsi Attici omnia foliacea stephanomata solent appellare. Antinoias uero dicta ab Antino, qui è Bithynia fuisse dicitur, per diu Adrianum ferè tempora, qui & memoriam uiri coluit, in Aegypto ab eius nomine uocata, delubris etiam in honore eius dicatis, apud maritimos in Arcadia, quod crimen inde Bithyniam habuisse crederentur: ut illud tamen quod diximus aliubi sciamus, lotum non quæ cœruleum, sed quæ similem rosæ florem edat, inuenturum, Antinoium proprie uocatum, in assentationem Adriani principis poeta Alexandrino, qui finxisset è leonis cruore, quem Adrianus grassantem in Libya necasset, editum, & Antinoion dicendum, alimentis annuis ex musæo constitutis. Huius rei partim Athenæum, partim Pausaniam auctores habeo. Diminutiua in Paulo forma lotariū rubens legi ad pforas utile: nisi quis non de loto Aegyptia, sed de syluestri potius accipiat. Pastillus est siue orbiculus apud eundem Paulum dialotarion uocatus ad genitalium fedis que uitia.

## MYRIOPHYLLON.

DCCXXXIX.

**M**yrriophyllon quæ ferè millefoliam significat, alia tamen uidetur esse ab ea, quæ inter sideres Achilleon & millefolia cognominat: itemque ab ea quam in Ethruria millefoliam uocari diximus, & ab ea quæ militaris: alioqui Græci hanc myriophyllon, illas uero chiliophyllon appellare conueuerunt.

## MYRRHIS.

DCCXXX.

538 **M**yrhis, & myrrha, siue murra, ut ego arbitror à nostris appellata, nonnulli smyrin. Florem habet cicutæ, cui & cæterò simillima est, minor tantum & exilior. Hanc sunt qui chærephyllon siue chærefolium modo nominatam, & in hortis passim nascentem, intelligant. Plinius chærefolium aliud uidetur genus accepisse, cum inquit: Serri æquinoctio autumnus chærefolium, quod pæderota Græci uocant, acerrimum sapore, igneque affecto, ac saluberrimum corpori: quæ uerba hæc postrema de sinapi dicta uideri possunt, de quo statim autor idem loquitur. Columella horto suo breue chærephyllon appellat. Myrrhis proprie cicutaria Latine dicitur, ut in geranio testati sumus. Inuenio & myllam gen? herbe, cuius radix paruo bulbo similis dicitur, contrahendi effectu uuluis apposita, cum farina lolij. Miror hanc in Dioscoride nusquam legi, cum tamen Hippocrates id prodat, & Galenus medicinas eius à Dioscoride accepisse fateatur. Aëtius radicem syluestris lapathi mylen appellatam prodit, utilem decocto in mobilitate, & dolore dentium.

## MYAGROS.

DCCXXXI.

**M**ragros siue melampyros, herba ferulacea, ex cuius semine oleum etiam fit. Paulus Aegineta præter hanc genus aliud facit herbæ, quæ myaron appellat, & melampycon, eiusdem per omnia cum myagro naturæ, ut librariorū fortasse culpa euenerit myaron pro myagro, & melampycon pro melampyro scribentium.

## OENAGRA.

DCCXXXII.

**O**enagran, & cenagron, & cenotheram, & cenotherin, & cenuthurida, & cenotheriden uocamus: aliqui oenar. Sit hæc & que dicitur centurta, qua corui & canes inebriatur, ut Aelianus inquit, non affirmarim.

## CIRSION.

DCCXXXIII.

**C**irsion potius quam ut quidam legunt, cirsion à uaricibus dicta est, quibus utilis existimatur: ita enim uarices ab Hippocrate dicuntur, quas Aristoteles ixiis uocauit. Huic herbæ similis est quæ hircina lingua uulgo dicitur, sed caule tamen rotundo, non anguloso ut cirsion. Nec dissimilis huic uidentur quam porriginem siue borraginem olitores nostri uocant, flore interim purpureo, cirsion interim cœruleo, quæ si cirsion non est, mirum quam obrem sit indicta ueteribus, quæ sit & uulgatissima & cibo gratissima: nisi quis buglossæ generibus contribuat.

## ASTER ATTICVS.

DCCXXXIII.

**A**ster Atticus, siue inguinaria, folijs oblongis, duobus aut tribus, passim in uepribus nascens, ut Plinius scribit, argemonion à quibusdam uocari dicens. De hac Galenus bis uidetur scripsisse medicinas: uno loco astra Atticon uocans, altero ubi bonion. Qualis autem Pausaniæ sit herba quæ in Mycenensi agro ad Iunonis sanum asterion uocatur, flumine terram illam rigante, quia in ripis nascitur, cuius folia lunoni sacra in coronas sibi neceunt acco dictus, folio ferè uitis, seu maluæ potius erraticæ, ad radicem maiore, pluribus sed minoribus diuisuris, Florem fert in modum stellæ in luteo uiridem, pusillum, & herbæ suæ similem. Ad herniam puerorū & vulnera commendant hanc. Eius decoctum, que uirgines uideri uolunt, insident. Veteribus dicta indicta fit haud scio.

## ISOPYRON.

DCCXXXV.

**I**sopyron, & phasiolos, & phasion quæ dicitur. Alia uidetur herba esse quæ Theophrastus ison uocat, Theodoros more suo, æquum: duplici ratione discriminis, niger aut candidus: quæ & medio, inquit, colore fructus quæ cernuntur, & flores in purpuram inclinant, uirgis & folio tenuioribus atque leuioribus. In Aëtio ision dicitur herbam quandam uideo, cuius cibo sit tuita detrahitur: nec satis animaduerto an eadem sit cum iso. Alexander quæ in problematis, si locus memoria non excidit, ision herbam inter olera dinumerat.

## VIOLA PURPUREA.

DCCXXXVI.

**V**iolam Græci ion pro flore, uiolarium ioniam pro fructe appellant. Nicander in georgicis ion uocatam credit uiolam, quia nymphæ quædam Ionie florem eum Ioui primū dedere muncas, non prora: ut ruta, silymbrium, serpillum, eoque omnes phrygana, hoc est sureuli siue cremia uiole dicuntur, excepta nigra, quæ hoc capite describitur.

Viret

Viret hæc perpetuo, & ut quidam ferunt, si certo gere colatur, anno toto. Seritur plantis ut olus. Vere floret post leucoion, & ante flāmeam. Cum ion Græci dicunt, nigram siue purpureā ferē intelligunt. Humilis hæc & latiore folio, statim ab radice multa carnositate exeunte, sine ramis: ob id vulgò loripedem violæ appellatæ Græcis, ut ab ijs ianthina uestis & violacea diceretur. Alia uiolarum genera in leucoio reddimus. Violas Sarranas à colore cum purpureis eadem esse apud Columellā arbitror. Purpureas uaciniæ & hyacinthum dicit Seruius grāmaticus ex ista mat. Dioscorides quoque hyacinthū Latine uacinium purpureas uiolas, duorum generum haberi: alias inter loripedes siue sessiles, de quibus hic agitur: alias inter leucoia, odoratasque omnes esse. Sed & candidarum quoque gemina hæc discrimina cernuntur: alię loripedes, alię leucoia. Leucoia intelligo, quas Mauritanica cheiri appellat: loripedes, quæ vulgò claudæ nominantur, & Maurice senephigi.

quod caddiscum uocabant, demitti consueverant: quod & Venetijs hodièque seruatur: Pollux autor. Leontopodion hæc & in uetustissimo Dioscoride appictam uidimus, simillimam herbæ, quam uulgus ex nostra consuetudine calendulam appellat, ut eadem omnino esse uideatur. Leonis habere nomen uerisimile est & illam, quam ita carmini suo Columella inseruit:

Et hiantis sæua leonis  
Ora feri. Et alibi:  
Oscitat & leo.

Nec præterea quid de ipsa prodam, habeo.

HYPGLOSSON. DCCXLV.

**H**ypoglosson & hypoglossa dicitur. Acinos fert rubentes rusci modo. Vidimus & hanc. Corollæ genus hypoglossidas uocari diximus in myrto, aut ex hac herba, aut è lauro Alexandrina, quam & hippoglossida appellabant. Hippoglossis dicitur & morbus linguæ Hippocrati, quoties tumore obduruit, ita ut salua deuorari nequeat.

ANTIRRHINON. DCCXLVI.

**A**ntirrhinon & anarrhinon & antirrhizō, siue an arrhizō, simile lappæ tradit: quidā lino, ut arbitror, corrupta lectione, pro aparina. Radice nulla siue minima, flore hyacinthi Plinio. Galen⁹ hanc & bucranion, hoc est bubulum aut utulinum caput dici meminit.

CATANANCE. DCCXLVII.

**C**atanance Thessala est herba. Huius secunda specie ab herbarijs nostris inuenitur bistorta nomine.

TRIPOLIUM. DCCXLVIII.

**T**ripoliū ab aliquibus eadem existimatur quæ polium, errore manifesto, ut ex earum descriptionibus apertissime cognosci potest. Radix crassa tripolio.

ADIANTON. DCCXLIX.

**A**dianton capillus Veneris à Theodoro dicitur: frutex topiarius, æstate uiret, bruma non marcescit. Nomen ei ab aduentu, quod foliū eius perfusum mersumque aqua, simile tamen sicco uideatur. Radice tam parua, ut possit nulla existimari. Locis opacis prouenit. Perdices in bellum armantur huius herbæ cibo. Callitrichon & polytrichon à capillo dicitur quem tingit, crispum densumque faciens. Dicitur & saxifragum: non tam quia nascitur in saxis, quæ calculos mire frangit: sed nigrum magis, quod & breuius est, & trichomanes priuatim appellatur, de quo statim indicabitur. Adianton candidum est & maius nigro, & polytrichon proprie cognominatur, & ab Hippocrate calliphyton: etiam si est ubi calliphylon scribatur. Folia utriusque filicis inferiora, aspera ac fusca sunt, contrario inter se posita frequentia: umbrosas petras, specus, & manantia saxa diligit.

TRICHOMANES. DCCL.

**T**richomanes adianti genus alterū, callitrichi cognoscit, breuius & nigrius, tenuissimis iuncis, radice minima, gustatu feruens. Primum uero genus adiantum polytrichon uocatum, iucos albos habet, & folia plura maioraque: frutice quoque maior est, ut prædiximus.

XANTHION. DCCLI.

**X**anthion & phasganion uocatur à Galeno & Paulo, phasganion à Dioscoride, philanthropos ab Aëtio, nunc lappa in uersa & minor à nostris

343 CACALIA. DCCXXXVII.

**C**acalia putant esse, cuius semen à Plinio margaritis minutis simile reddatur: dependens inter folia grandia, in montibus ferē nascentē. Hanc Galenus cancanon uocauit. Differt ab hac acacalis, item caucalis, de quibus ante dictū est. Paulus caucalis, non canconū, sed cancano simile esse tradit.

PSEUDOBNION. DCCXXXVIII.

344 CHAMÆCISOS. DCCXXXIX.

**C**hamæcissos uocant hederā non attollentē se à terra. Spicata est tritici modo hæc, & hederā siue id est hederā terrestris appellatur.

345 CHAMÆPEUCE. DCCXL.

**C**hamæpeuce non chamæleuce, ut ferē habent codices, legendum arbitror: quoniam chamæleuce populago sit & bechion: chamæpeuce uero laticis folio similis ostenditur, unde nomē, quasi laticis pumila.

BVGLOSSON. DCCXLI.

**B**vglosson, & buglossos, & buglossa dicitur. Calo linguam bubulam appellat: utilem infitionibus obtegendo cortice, ne imber in librum permānet.

346 CYNOGLOSSON. DCCXLII.

**C**ynoglosson topiarijs operibus gratissima est: dicta, quia caninas imitur linguas folio. Est ei similis alia, & quæ ferat lappas minutas.

PHYTEUMA. DCCXLIII.

**P**hyteuma negat se descripturæ Plinius, quasi superuacua, & ad amatoria tantum utilem.

LEONTOPODION. DCCXLIII.

**L**eontopodion si amatorijs tantum nascitur, dictū uerisimiliter uidetur à leontopodio, de quo Plinius ita scribit, ut ab eo aluum fisti, bilem purgari prædicet, femine lymphatica fieri somnia. Campefitri & gracili solo nasci, lithæron & coripetron ab aliquibus uocari: nisi de hac loquutus intelligatur, cum dixit: Silebitur à nobis & cemos, cum sit usus eius, inquit, ad amatoria duntaxat: quandoquidem leontopodion & cemos uocari Dioscorides hoc loco testis.

347 Cemos autem uidetur appellata ex floribus siue calycis figura: quoniam pyxidacula Athenis ita nominabatur, per quam suffragia in subiectum uasculum,



COROLLARIJ,

nostris. Non uidetur quibusdam xanthion ab aparina superius descripta differre. Sed cur obsecro Dioscorides & Galenus & cæteri diuersas habuere, duobus locis seorsum de ijs prodentes? Quid q̄ in omnibus Græcis exemplaribus aparina ex interuallo stellata pingitur quasirubia? Xanthium multo aliter ostenditur, folio atriplicis, uel ut quidam scribunt, etiam solani?

AEGILOPS .DCCLII.

553 **A**egilops necat hordeum, in quo maxime nasci amat. Festu cago à Gaza dicitur. Plinius auenam Græcam uocauit. Hæc non nisi post annum ex semine suo gignitur: uere pilosum ei foliū ut lolio, non tamen ut illi pingue. Immitis aspectu, solum emaciat. Radice culmo q̄ multiplici, melius in cultu erumpit. Remedium, ut arua biennium quiescant, tum planè luxuriat eam admissum pecus obterat & consumat.

BROMOS .DCCLIII.

554 **B**romos & hæc auena est, syluestri fere habitu ut ægilops. Nascitur inter uitia segetis, spicam ferens, radice copiosa & multiplici, culmo sparsa. De hac & inter fruges legumina q̄ secundo libro diximus.

GLAVX .DCCLIII.

**G**laux olim eugalacton ex facto uocabatur. Rami serpunt in terram. Est à quibus nō glaux sed glax & galax, ut à lacte nominata pronuntietur. Hac descriptione inuenitur herba in nostris littoribus ad Medoacum omnino similis: nisi quod florem habeat aureum, non purpureum.

POLYGALON .DCCLV.

555 **P**olygalon & polygala dicitur. In caule summo folia, ut diximus lenticulæ, gustu astricto.

OSIRIS .DCCLVI.

**O**siris & Osiris ramulos habet nigros, & folia item nigra Plinio. Semen quoque primo nigrum, post rubescēs, cognita mulieribus smegmate, quod à Galeno & Paulo & Aëtio cacorema, siue à populis corema dici putant.

SMILAX TRACHEA .DCCLVII.

**S**milax *ἰξία* hoc est aspera milax à Galeno dicitur, ut à smilace pro taxo differat. Ergo smilax hederæ genus est Cilicia cognomine, importata enim ex ea terra est in Græciam, folio in acumen pinnato quidem, sed & in angulum depresso, nec tamen anguloso, hederaceo, paruo, & ubi pediculo ad alligatur, ferè madido, medium callum spinæ modo tenuem habente, stamina q̄ non porrecta ex eo, ut in cæteris folijs, sed circa eum coacta in orbem, ab an nexu pediculi, ex quo & iulus quidam gracilis & cō uolutus, pampini modo emittitur: flore candido lili um olente, fructu solani aut melothri, aut etiam nū labruscæ. Racemis ut hederæ pendentibus, aut uix potius: quoniam ab eodem limite pediculi acinorū exeant. Acinis colos ruber, complexis nucleos binos maioribus ternos, minimis singulos. Nigri sunt nucleiatque duri. Peculiare habent racemi q̄ latera cau lium sepiunt, q̄ unus omnium grandissimus propendit summo caule, ut in rhamno atque rubo. Flo re huius coronarij utuntur, quanq̄ syluestri, ut & spi næ acutæ. Hactenus Theophrasti de smilace sententia. Plinius: Folia, inquit, smilacis & hederæ in coronam mentum se dedere. Smilacem hanc, & autophoron & asperam cognominari uideo penes eum, Coronā

ex ea factam impari foliorum numero, capitis doloribus mederi: Quidam, inquit, duo genera smilacis dixerunt: alterum immortalitati proximum, in conualibus opacis scandentem arbores, comantibus acinorum corymbis, contra uenenata omnia efficacissimis: huius lignum ad aures leuem sonum reddere. Alterum genus culta amare, & in ijs gigni, nullus est factus, ut mox dicitur. Infausta smilax omnibus sacris & coronis, quoniam sit lugubris: uirgine eius nominis propter amorem iuuenis Croci mutata in hinc fruticem. Id uulgus ignorans, plerunq̄ festa sua polluit, hederam existimando, sicut in pocis, aut Lībero patre, aut Sileno, qui omnino nescit quibus coronetur. E' smilace codicilli quoque fiunt. Plurima hæc in ipsis Tempe uiret saxa operiens, conspicuo nitore in oculis tenens, ut Aelianus inquit: quanquam de smilace, quæ dolichos sit, uideri potest Aelianus dixisse. Est autem dolichos, quam Plinius siliquam syluestre uocauit, id quod tribus autoris eius locis inter se colatis autumo: unus est libro eius decimo octauo: Sili qua, inquit, omnis dira adhaerendo: alius decimo septimo: Et circa, inquit: Tempe Thessalica, quæ poly podion uocatur, & quæ dolichos. Tertius libro trigesimo primo: Circa Thessalica, inquit, Tempe mirum siliqua syluestris amplecti radicibus fontem eum dicitur, semper florens purpura. Vitruuius tamen herbam, quæ circa Thessalica Tempe nascitur, non herbam, sed arborem intelligit: In Thessalia, inquit, fons est profluens, ex quo nec pecus ullum gustat, nec beluarum genus ullum propius accedit: ad quem fontem proxime est arbor florens purpureo colore.

SMILAX LIA .DCCLVIII.

556 **S**milax siue milax *λεία* hoc est leuis, diuersa est ab ea, ut præmonui, quæ smilax *ἰξία* hoc est hor tensiana dicitur, de qua & alio loco demonstra tum est. Leuem Plinius amare culta, & in ijs gigni scribit, sed nullius effectus esse. Galenus similes eam uires habere prædicat quas aspera.

MYRTVS SYLVESTRIS .DCCLIX.

557 **M**yrtus syluestris differt à satina baccis ruberibus breuitate que: ideo & chamæmyrsine uocatur. Eadem & oxymyrsine, atque ruscus, siue bruscus uulgo, sed corrupte. Inter herbas sponte nascentes idoneas cibo numerat, & ex qua fuscum, inquit Verrius apud Festum, ut ruscum scopi. Ruscum, inquit uirgulto, fructibus amplius paulo herba est, exilius uirgulto, fructibus non dissimile iunco. Huius colore mulieres uti solitas Cato meminit. Hanc & acoron idem Plinius, sed Dioscorides acæron uocari scribit. Scio fructum huius cubebas Maurice uocatas credi: quod quam uerum sit, diligenter animaduerti cupio, præsertim ab ijs dissentiens, qui hoc affirmant. Galenus certe id quod cubebas medici appellant, ipse carpesium uocauit: duorum generum: Ponticum & Laertium, à montibus Pamphyliz, ubi frequens est, ita dictum. Inueni ri hoc, & in Sida copiosum tradit: oppidū, id est Pam phyliz. Naturam & effectum ei reddit quales ipsi phi, gustum quoque similem tenuioris etiam num, hoc est subtilioris substantiæ: propterea & plus uirū in eo esse purgandis & exterēdis intestinis, quæ sint occlusa: non tamē par uirtute penetrandi casig, nedū cinnamomo, etiam si Quinto, inquit, ita uidebatur. Urinā cit, & renes calculis laborantes liberat: quo ar gumēto

gumento Mauri sylvestris myrti baccas carpesium, & cubebas esse putauerunt: præcipue cum nec Dioscorides carpesium, nec Galenus myrtum sylvestrē usq̄ nominent. Est autem odoratū semen carpesium, hoc est cubeba. Fœtent sylvestris myrti baccæ, dum recentes sunt. Ossea in ijs duritia. In carpesio nihil à nobis primum comperta, longiorē moram duce- re. Illud in transcurso dixerim, carpesium, si ore conti- neat, clarā uocem facere pronuntiantibus: ob id Bernardus Iustinianus, homo in primis doctus & eloquens, nunq̄ sine hoc semine concionabatur: sed illam uocem prædicant: maiorē in coitu uolupta- tis fit in ea titillatione mens cōmora, nisi doceamur quemadmodū nos Venus adminiculator, & uiolen- tior transuersos auferat. Paulus, & carpesiam uoca- ut quandoq̄. Nam opocarpsium hoc est lac ē car- pæ, siue carpatho, ut Dioscorides appellat, siue car- pæsa, interim, & carpesia, ut Paulus, ex eodem sit ge- nere an diuersum, non constat: illud certum est, inter delibuta uenena poni eum succū, libro huius ope- ris supremo Est & carpsii lini genus: quod ut Pau- sanias ait, solum ex omnibus igni non corripitur.

## LAVRVS ALEXANDRINA. DCCLX.

Laurus Alexandrina carpophyllos quoq̄ dicit, quoniā super dorsum folij fructificat. Propria nascitur circa Idam, unde cognomē Idææ. Plu- tima & circa Heracleam Ponti. Frutex topiarij & co- tonarij est operis.

## DAPHNOIDES. DCCLXI

Daphnoides & ipsa laurus est sylvestris, bac- cis ē nigro ruffis: sed alij eam pelargon, alij ce- phalon, siue Stephanon Alexandri uocant, herbarij nostri laureolam, & hanc & sequentē. Folia huius crassiora Plinio q̄ laurus, graciliora Dioscoridi. Nec illud præteribo, Dioscoridis mihi uerba nō uide- ri, quibus dicitur, alypo similem hanc herbam esse flo- ribus nymphæ. Inuenio & qui alypoides hanc uocēt.

## CHAMÆDAPHNE. DCCLXII.

Chamædaphne folio tenui: eadem quibusdā & uincaperuina est, herba topiaria: semper ui- dens in modū lineæ folijs geniculatim circun- data, ueteribus inopia florū supplere solita: cui & comeduntur asparagi: porro mihi alta uidetur es- se uinca peruinca, q̄ chamædaphne: q̄ uincaperuin- ca non artollitur, sed serpit, ac se in modum lineæ, ut prædixi, porrigit, flore in purpurā cœruleo. Chamæ- daphne assurgit in cubitalem altitudinē, ut Dioscori- des & Plinius confirmant. Potest tamē etiam chamæ- daphne dici uincaperuinca, id quod & Plinio pla- cet. Sed ut testatū sit tamen, aliud, non idem omnino genus esse: alioqui & medicinæ quoq̄ nō nihil uari- ant. Hydropticis, & auribus, & aluinis prodesse uinca- peruinca dicitur. Chamædaphne capitis doloribus, urinx, mensibus sciendis, ardoribus stomachi, tormi- nibus.

## ELLEBORVS CANDIDVS. DCCLXIII.

Elleborus candidus, hoc est ueratrum, frigidis gaudet. In Anticyra cōmodissime purgari fru- ctu eius, quod sesamæ habet similitudinē, The- ophrastus tradidit: sed hoc sesamoides uocatur. Co- turnicibus semen ellebori gratissimū scribit Aristote- les: quā ob causam antiqui eas damnare mensis: nunc queruntur. Nigrū à candido radice tantū dif-

ferre arbitrantur pleriq̄: alij etiam folijs, quæ candi- dum continuo radici annexa, & humi sparsa habeat, caule ferulaceo, breuiore q̄ q̄ albuçi. Plurimū nascit̄ in Oeta monte, & optimū uno eius loco circa Pyrā. Secundus locus Pontico: tertius Heleatico, quod in uitibus gigni ferunt: Quartus Parnasio, quod adulte rant Aetolico ex uicino. Sunt qui & Masseleoticum inter hæc laudent. Albi cum succiditur caput aggra- uat: ideoq̄ celeriter effodi præcipitur, & allium præ- sumi, & uinū forberi: quod Dioscorides & in nigro ser- uat. Leguntur autem tenuissimæ radices breuesq̄, ac uelut decurtatæ etiam hæ: nam summa quæ est crassissima, cepis similis, canibus tantū purgandis idonea est. Veteres radicem, corticemq̄ carnosissi- mum eligebant: quo tenuior eximeretur medulla. Hanc humidis spongijs operam turgescentemq̄, in longitudinē sindebāt: deinde fila in umbra siccabāt, ijs utentes: nunc ramulos à radice sua grauissimi cor- ticis ita dantes. Inciditur forficulis ellebor, & cribra- tur. Cortex remanet. hoc summoto medulla cadit. Album optimū, & quod celerrime mouet sternuta- menta: sed multo terribilius q̄ nigrum. Durare uim utriusq̄: triginta annis putant. Necantur albo muscæ trito, & cum lacte sparsa. Galli sagittas in uenatu tin- gunt elleboro, circuncisq̄: uulneribus teneriorē senti- ri carnem prædicant. Herophilus ellebor fortissi- mo duci æquabat: concitatis enim intus omnibus, ipsum imprimis exire: ideo errauisse antiquos parci- us id præbendo, cum celerius erumperet, quod largi- us daretur. Reddi post quatuor ferē horas incipit: to- tum opus septenis absoluitur. Nigrum equi, boues, fuesq̄ cauent, cum impune candido uescantur.

## ELLEBORVM NIGRVM. DCCLXIII.

Elleborum nigrū sunt qui & Ectomon Melampo- dion uocent. Hippocrates certe haud aliter fe- re q̄ ectomon appellat ueratrum ipsum, præ- cipueq̄ nigrum. Porro Melampodion iccirco dicit, quia Melampodem inuentorē habeat, quē alij diui- nationis peritū, alij pastorē fuisse tradunt: & furētis Proxi filias Elegen & Celænen, dato caprarū lacte, quas elleboro purgatas animaduertisset, sanasse in Arcadia prope fontem Clitoriū. Caulis ei similis can- dido. Folia, ut Theophrastus quodā loco tradit, etiā laurinis similia. Vbiq̄ provenit. Religiose hoc colligi- tur: nam & gladio circumscribit, & ad ortū spectat, q̄ eruit: precatur, ut id liceat sibi, concedentibus djs, fa- cere. Veratrū & nigrum & candidum ex Anticyra cō- mendant scriptores & poëtæ. Anticyra uero hæc in Locride siue Phocide sita est, ut scribunt Pausanias & Strabo. Nam & aliubi legitur Anticyra, hoc est si- nu Maliaco, & prope montē Oetam, ubi elleborum quidem præstantissimū, sed in Phocidis Anticyra me- lius paratur admistione, ut inquit Strabo, sesamoi- dis, de quo statim dicemus: propterea in Phocidis Anticyram non in Oetam elleborum poturi sece- debant.

## SESAMOIDES MAIUS. DCCLXV.

Sesamoides maius à similitudine nomē accipit. Hoc nascitur in Anticyra, nec alibi quod inuene- rim. Hoc & elleborum à Theophrasto dicitur, ut in candido notauimus.

## SESAMOIDES MINVS. DCCLXVI.

Sesamoides minus, folio minore q̄ sesami: nasci- tur in glareosis. Hoc & sesamoides candidum à Galeno dicitur.

COROLLARIUM,  
CUCUMERIS SYLVESTRIS  
SIVE ANGVINVS. DCCLXVII.

**D**E cucumere sylvestri, siue anguino & erratico, dictū in satiuo est. Illud hoc loco meminimus, halidem à quibusdam uocari ut inquit Dioscorides, anguinū cucumerē. Ego balin, & balidem lego dici florem quendā, & alio nomine ballithum, qui mortuos uitæ restituat, ut & de Arione fabulantur. Photionē habeo grammaticū, q̄ hoc affirmet post Pliniū, demonstratā à dracone, qui ea herba catulum sibi occisum reddidit saluti. Cucumerem sylvestrem bubalion quoq; dici, autores sunt Dioscorides & Hippocrates. Est ubi caprificum ita dici legas: errore nato, q̄ caprificus *ἀπρία ἕνν* appelletur: sylvestris uero cucumis, *ἀπριόσιος*. Alius quoq; flos habetur bellis nomine, pratensis & candidus, & quadātenus rubens, aduersus strumas efficac, ut Plinio uidetur. Sit autē bellis idem qui & bellius siue bellio, & ipse flos pratensis, quē Plinius quinquagenis quinibus barbulis pastillicantibus coronatū scribit, animaduertendū puto: q̄q̄ em̄ luteus uidetur à Plinio describi bellio uolumine primo & uigesimo: bellis uero cādidus sexto & uigesimo: non tamen ita in omnibus Plinianis codicibus luteum eum esse legimus. Quidā luteum ei semē, nō ipsam florem audiunt, & paralyfin utulgo dictā interpretantur: qui & primus ueris flos, & margarita cognominatur, & hyeme quoq; tota nascitur, ex occidente, ut quidā existimant, in Italiam conuectus. Quinquagenas tamē ei ternas, non quinas barbulas inuenio. Laudatur ad paralyfin, à q̄ & nomen: itemq; ad podagras, & ischiada. Paralyfi uocatæ florem habet similem, paucioribus tantum barbulis. Flos qui, quoniā à longinquo conspicuus ē, paradelos uulgo dicitur: folio enim non admodū diuerso: nisi q̄ serratum est huic, non paralyfi. Sunt qui buphtalmon & bonis oculū appellant: nam qui Antipatrem uulgo dictū rentur eum esse, liquidō fallitur: cum sit Antipater surculosus, & flore luteo, quasi cunilaginis minore: folia roris marini laciōra, minusq; longa: Christophorianā & oculum Cōsulis nōnulli uocant. Huius illa proprietates, q̄ flores post nates alius tolluntur, q̄ prius nati: de cuius rei argumēto uideri posset aliquibus, hanc herbam esse quā Plinius impiam uocari tradit: Herba, inquit, impia uocatur incana, roris marini aspectu, thyrifi modo uersita & capitata: inde alij ramuli assurgunt, sua capitula gerentes, ob id impiam appellauere, quoniam liberi supra parentem extollantur. Alij potius ita appellatam, q̄ nullū animaleam attingat, existimauerunt. Hæc, inquit, inter duos lapides trita feruet, præcipuo aduersus anginas succo. Nec tentari unquā eo morbo qui gustauerint, itaq; & suis dari: quæq; medicamentum id noluerint haurire, eo morbo interire. Sunt qui & in auium nidis inferi aliquid ex ea putent, atq; ita non strangulari pullos auidius deuorantes, hæc Plinius. Ceterum q̄q̄ similitudo in ea proprietate sit, multa sunt inter utranq; discrimina: Primum q̄ impia incana est herba, Antipater non est: alterum, q̄ trita non feruet: tertium, q̄ nec capitula nec thyrifos gerit, sed flores duntaxat.

ELATERIVM. DCCLXVIII.

**E**Laterium Theodorus agitatorium conuertit. Nullum medicamentum longiore uo durat, ducentum enim annos uim eius pollere Theo-

phrastus asserit. Melius quò uetustius, usque ad quinquagesimum. Lucernas adhibetum extinguit, hoc enim ueri probatio est: si prius q̄ restinguat scintillare sursum ac deorsum cogat. Pallidum præstantius ac leuiter amarum. Huius causa maturus secatur: alioqui semen exilit, oculorum etiam periculo. Harū dine ueteres incidebant. Tradunt hoc succo tactis radicibus uitium, non attingi uuas ab auibus. Ad hunc succum cucumis anguinus autumnno carpitur.

STAPHIS AGRIA. DCCLXIX.

**S**taphis, siue astaphis agria hæc est, quæ pituita ria quoq; dicitur, Cornelius Cellus uuam Tami niam intelligit falsō: maturefcit enim semen huius cum uindemia, nigrescitq; cum Taminie acini rubescant, & in apricis nascatur, & ampelos agria sit, non staphis agria. Hæc non nisi in opacis. Paulus Galenum secutus, duplex genus facit staphidis, satiuū & sylvestre: ut satiuum sit, quam nos uuam passam uocamus, quinto uolumine reddendam. Astaphin quoq; Attice loquuntur, ostaphin uocabant: sicut omithā pro mintha, siue menta: & ostacum pro astaco. Est autem astacus is, quem nos gammarum quoq; dicimus. Porto est locus in Aetio ubi legis staphidia agriam, mendose, ut suspicor, pro staphide agria: quoniam ad uitia pforasq; capitis commendat eam: Nisi quis staphanida putet esse quam à nostris cynolam uocari diximus, hoc est cynosbaton: utiq; si hæc, ut rubi manatibus in capite psidio esse potest.

THAPSI A. DCCLXX.

**T**hapsia liquor expressus efficacior q̄ semē: in Africa uehementissima hæc est. Semen ferule Thapsiam aliqui uolebant esse falsō: sicut em̄ genus est, inani caule, nec excedente baculi longitudinem. Thapsia ob humoris abundantiam opus suū, ut Galenus autor est, serō perfcit. Facile corrumpit. In Theocrito poeta thapsos legitur genus herbarum, in gendis lanis utile, qua & capillus flauescat: hanc & xylon Scythicon, hoc est lignum Scythicum à Sappho dici putant, uulgo chrysoxylon. Diuersum porro an idem sit thapsos quod thapsia, iudicandum relinquo. In Aristotelis tertio Rhetorico, hy popiō sunt è Græcis qui pro thapsia, uel alia herba capiant rubente: nos pro sugillatione uertimus.

SPARTVM. DCCLXXI.

**S**partum siue spartion, genistam nostri uocant: fortasse quia genu modo flexilis ad nexus sit, uel quia genibus medeatur dolentibus, multiplici tunica um cortice, sponte nascens, & quæ ferinequeat, proprieq; aridi soli iuncus, & terræ uitium: quia nihil ibi feri, aut nasci possit: noxium animalibus, præterquam cacuminum teneritate. In Hispania spartum & pro fune ipso capitur, ut merinthus merindusq; à poetis. Sint duo sparti genera, unum quod genistam uocamus: alterum quod in Hispania & Africa funibus nascatur, leucea siue lygea potius dictum ab Athenæo, dubitauit ante nos & Plinius. Dioscorides certe cum sparton dixit, genistam uidetur intelligere, cuius florē in coronas addebant, apibus gratissimum. Semen quoque ipsum Græci sparton eodem nomine appellant. Asia è genista facit lina piscatoria, egregie durantia, frutice madefacto decem diebus. Hæc & uites alligat, ut Galenus inquit. Sparti quidem usus multis post Homerum seculis institutus uidetur: quoniam cum sparta dissoluta dixit, significauerit potius lata. In agro Theba-

Thebano copiosa, ut Varroni, Plinio & Gellio quæque placet. Nec ante Pœnorum arma, quæ primaues, uel loro, ut in Liburnia, uel canabo, & stuppa. ut in Græcia: non sparto futas esse constat. Serilla certe nauigium est Histricum ac Liburnicum, à conferendo nomen habens: quia lino spartato stipatur, ut Pacuuius cum dixit:

Sparteis futa serilibus:

funiculos incellegerit, qui sparto conserantur: autor Pompeius Festus. Idem napuras funiculos ex stramentis uocari tradit. In Africa exiguum, & inutile gignitur. Carthaginensis Hispaniæ citerioris portio non tota, sed quatenus parit, montes quoque sparto operit: hinc strata rusticis eorum, hinc ignes facesq; hinc calceamina & pastorum uestis. Ad reliquos usus laboriose uellitur in hyemem uix: Facillime tamen ab Idibus Maijs in Iunias: hoc maturariis tempus. Ager unde colligitur minus triginta passuum in latitudinem patet, à litore Carthagini nouæ, minusq; in longitudinem: longius enim uehi prohibent impendia: ideo spartum aliter etiam diuulsum natura interpolatur, rursusq; quamlibet uerustum, nouo miscetur. Sparto nihil ferè utilius nauium armamentis, machinis ædificationum, alijsq; desiderijs uitæ: inuictum in aquis & mari, sicut in sicco funis è canabe.

## S I L Y B O N.

DCCLXXII

Silybon aut silybos spinosa perinde ut albus chamæleon, cui est similis: ne in Cilicia quidem, aut Syria, aut Phœnice ubi nascitur, coquere tanti est: ita operosa eius culina traditur. In medicina nullum Plinio usum habet.

## B A L A N V S M Y R E.

## P S I C A.

DCCLXXIII.

Balanus myrepfica, siue, ut Plinius & Aëtius appellat, myrobalanos, hoc est glans unguentaria, ex arbore fit, cui folium, ut inquit Plinius heliotropij: ut Theophrastus (nisi librariis corruptis) myrti: ut Dioscorides, myricæ, duntaxat oblongius. Arbor grandis incorruptaq; sed contorta. Unguentarij corticem glandis eius prestant odoris gratia: medicis nucleos tundunt affusa paulatim calida aqua, etiamsi Theophrastus inuiles esse dixit. Galenus unguentarios uti scribit expressæ carnis succo, medicis quoque utilem esse, carnem eius pro uomitorio sumentibus affirmans. Glans ea magnitudine, & aspectu capparum, aut nucis porius auellanæ similis: lignum robustum, usu præcipue nauali, in Arabia nascens. Syriaca dicitur, & est candida. Contrà in Thebaide, nigra: præferbaica. Inter hæc Troglodytica uilissima est. Sunt qui Aethiopicam his præponant, glandem nigram nec pinguem, nucleo que gracili, sed liquore, qui exprimitur, odoratiore: nascentem in campestribus. Aegyptiam cuius & Hippocrates ipse meminit, pinguiorem esse, & crassiori cortice rubentem: & quantuis in palustribus nascatur, breuiorem ficioremq;. Eduerfo Arabicam uiridem ac tenuiorem: & quoniam sit montana, densiorem. Longe autem optimam Petram ex oppido quod uocant Petram. Plinius & alij nigro cortice, nucleo candido. Differt à glande unguentaria, quæ nux odorata siue muscata

uulgo dicitur, incognita ueteribus, ut existimo, de qua in macher.

## N A R C I S S V S. DCCLXXIII.

Narcisso folium albuci terræ proximum, sed latius, ut lilio: pingue, frequens, angustum, caule sine folijs herbeo. Flos in cacumine post arcturum & circa æquinoctium, ac uere: item post liliam & uiolam flammeam uocatam; membrana inclusus ceu uasculo, ampliusculus, nigricans, oblongus: qui defluens sponte germinet, præsertimq; defixus in terram manu. Seritur & radice ampla, rotunda, carnosâ. Caulis, & cum eo flos erumpit, ut in croco, antequam folium: quod non antequam reflorescat, cernitur. Caulis cum flore suo emoritur. Radix bulbo assimilis: nisi q; non est squamata. Narcissus ter florendo, tria sætionum tempora demonstrat. In coronamenta flore ueniens, à narce hoc est torpore dictus, quoniam caput grauet, non ut fabulæ, à puero. Plinius duo genera constituit: unum flore candido, calice purpureo: alteri cætera eadem tribuit, sed calicem herbaceum: Omnes, inquit, serotini: post arcturum enim florent, ac per æquinoctium autumni. Duo hæc, inquit, genera medici præcipiunt, quasi & alia sint, quæ non recipiant, hoc est, ut arbitror, genus illud quod uere aut ætate nascitur, ut ex Theophrasti sententia prædiximus. Sciendum porro est, cum florem eius nigrum à Theophrasto dici legimus, non de flore ipso quem candidum esse conuenit, intelligi, sed de semine, quod & membrana contegit, & nigrum ac prælongum esse constat: quo in terram cadente propagat se, atque ferit narcissum. Eumachus Cyrenæus in Rhizotomico etiam crocalon & acacalida narcissum uocari tradidit. Nam crocos in Hippocrate ad ulcera uetera & uulnera recentia probata, quid aliud sit quàm narcissus, nō ideo: nisi quis crocum pro crotone hoc est cici, capiat in eo. Iulius Pollux autor est Theophrasti morem fuisse, liriū pro narcisso dicere: Homerum uero liriū appellatione complecti florum omne genus. Narcissum ab adolescente suimet amore capto, & in eum florem conuerso natum in Boetia Thespienses garrunt, fontem Donaca monstrantes, ubi se speculari puer stultissimus, qui umbram suam à se nesciret distinguere. Coarguit hanc fabulam uetustissimus poëta Pamphilus, qui Proserpinam multis annis antequam narcissus esset, captam à Plutone cecinit carpentem narcissos.

## H I P P O P H A E S. DCCLXXV.

Hippophaës siue hippophyes & hippopheon Hippocrati. Galenus hanc, & gnaphon & stybon & styben quoque dici putat. Nomen uideretur accepisse, quoniam forte accommodata sit equorum naturæ: quemadmodum & ea quæ hippophæston uocatur, post hanc dicenda: sunt enim unius ferè generis in binas diuisi species. Vtrunque nostri lappaginem, ut arbitror, appellauere. Similis, inquit Plinius, anagallidi lappago uideretur, nisi esset ramosior, pluribus folijs, graui odore: quæ talis est mollugo dicitur: quæ uero asperioribus folijs, asperugo. Nervorum quidem causis utilem hippophæston Dioscorides affirmat. Plinius lappaginem quæ dicitur mollugo: unde colligunt nonnulli eandem esse hippophæston, & molluginem.

## H I P P O P H A E S T O N. DCCLXXVI.

I 4 Hippo

575 **H**ippophæston hæc uidetur quæ Plinius hippophyes Theophrastus sequutus appellauit: tributam ei proprietatē scribendo, quod fructū spinosum habeat. Nascitur in spinis ex quibus fiunt æneæ, ut idem inquit fulloniæ, capitulis inanibus, folijs multis, herbacei coloris: radiculis candidis, quarum succus exprimitur æstate. Idem Plinius sextodecimo uolumine hanc non hippophyes, sed planē, ut Dioscorides, hippophæston nominat inter herbas quæ fruticibus alijs circumuoluunt sese: quod notatur, inquit, & in spina fullonia hippophæsto calculis inanibus, folijs paruis, radice alba, cuius succus ad detractiones in comiciali morbo utilissimus habetur: qui locus in Plinio de præuate legebatur ante nos, ita ut ut ne intelligi quidem posset à pericis. Paulus nõ hippophæston per i, sed hypophæston per y, scribendum putauit.

## C I C I. DCCLXXVII.

576 **C**ici ab ea differt quæ cici à Plinio & cuciphoron à Theophrasto dicitur. Cici folio & caudice in Aegypto palmæ similis: quando & eius folijs utuntur ad textilia. Differt quod palma indiuidua est: at hæc cum adolefcit, in brachia ramorum spargit: quæ pari modo & ipsa finduntur, uirgis breuibus neq; multis. Pomo rotunditas quæ manū impleat, colos fuluus, cõmendabili succo ex austero & dulci, nec congesto ut palmulæ, sed discreto: lignum intus grandis firmatq; duritiæ, ex quo stragulares annulos detornant, ut Theophrastus inquit: aut uelares, ut Plinius. In eo nucleus dulcis dum recens est. Siccat<sup>9</sup> durefcit ad infinitū, ut mandi non possit, nisi pluribus diebus aqua maceratus. Materies non ut palmæ rara, neruosa, uirens: sed spissa, carnosa, grauis, dura, crispioris elegantia: & ob id in magno honore Persis, ususq; ad lectipedes. Hanc à Theophrasto & Persicā textilem uocari, Thebaica præfectura copiosam si qui arbitrantur, coniecturam potius quæ rationem sequuntur. At cici arbor quæ Herodotus fillocyprum uocauit, ricinus à nostris dicitur, ut ipsum quoq; animal, canibus præcipue infestum, quod & cynoraistra Græce dicitur & croton: quæ Theodorus crotonas re diuos conuertit, non ricinos. Fertini etiannū hodie, ut ex Didymo Zenotele accepimus, qui nobis à sacretis est & anagnostes, uernaculo uocabulo rhaitas canum uocant. Dicuntur & cynomyæ à quibusdam. Sed & ouibus molestos esse ricinos testis est Cato. Vulgus ipsum eos Græco nomine appellat cica. Galenus cica dici uult etiam bestiolas quæ frumentum corrodunt, quæ cætus cion dicatur. Is uermis etiam cis uocatur, ut infra quoq; diximus. Hippocrates hanc arborem uidetur intellexisse cum crotonidæos radicem in medicinas quasdā adhiberi cõmonet. Aliqui non solū cici, sed ciceam quoq; nominant. Ab hac arbore conficta iurium uocabula cicilendrū & cecimandrū in Plautina fabula si dixerim, diuinare potius quæ docere uidear.

## TITHYMALI SEPTEM. DCCLXXXVIII.

577 **T**ithymalum & tithymalus penultima producta, meconion à quibusdā uocatur: nostri lactucam appellant caprinā marinamq;: aliqui lactariam, quia & Græci galactida nuncupare soleant. Lacte tithymali inscripto corpore cum inauerit, si cinis inspergatur, narrant apparere literas: & ita quidam adulteras alloqui maluerunt, quæ codicillis. Vfus iā & in castra & obfessas urbes tranſit,

## CHARACIAS PRIMVM GENVS TITHYMALI. DCCLXXXIX.

**C**haracias ramos habet digitali crassitudine quinq; aut sex. Semen legitur autumno cū comā: succus, incipiente pomore lanugine. Tam feruentis hoc naturæ, ut per se extra corpori impostum pustulas igniū modo faciat, & pro caustico in usu sit. Nascitur & in maritimis. Alia omnino est characias, quam uulgaris sermo charanciam appellat: quoniā septi modo in hortis fenestrisq; per cancellos opere topiario digeritur: de qua ne uerbum quidem apud ueteres habitū inuenio. Balsaminam Liguria, Padani uocant: Hierosolymitanū pomum, Etruria, folio uitis minore, pampinis item uitium, turbinato utriusq; fructu, uisenda cute, carnosa uertucosaq; per uersus, cucumeris pusilli, & bucini marini quadam similitudine, malo uerius ac tubere quæ grandi bacca, aut folliculo puniceo: maturo colore, sanguineo q; succo. Inanitas contracto. Semina intus aliquot lentiusculæ figura continet rubentia, ex quibus oleum exprimitur ad uulnera præcipuum.

578 **T**ITHYMALVS MYRSINITES DCCLXXXIX. **T**ithymalus myrsinites à Theodoro myrtaria conuertitur, mollioribus folijs quæ myrti. Colliguntur comæ huius hordeo crassescente. Fructus demetit cum messum maturitate. Hic nõ pariter maturefcit, sed pars sequenti anno, & nux uocatur: inde cognomen dedere Græci, caryitin. Est ubi Theophrastus clematiam, hoc est sarmentulam uocari, folijs humi sparsam, palmi longitudine: nisi quis corruptū locum putet, legendumq; non clematiam sed carytiam cenſeat.

**T**ITHYMALVS PARALIOS DCCLXXXI. **T**ithymalus paralios à Theophrasto coccos appellatur, folio rotundo, semine candido, quouua incipiente stringitur.

**T**ITHYMALVS HELIOSCOPIOS DCCLXXXII. **T**ithymalum helioscopium semine albo, columbis gratissimo, quod colligitur nigrescente uua. Nomen accepit, quoniam capita cum sole circummagit.

**T**ITHYMALVS CYPARISSIAS DCCLXXXIII. **T**ithymalus cyparissias, canle gemino aut triplici: nascitur in campestribus.

**T**ITHYMALVS DENDROIDES DCCLXXXIII. **T**ithymalus dendroides, aliqui leptophyllon cognominant, maxime cauliculis rubentibus, & semine copiosissimum.

**T**ITHYMALVS PLATYPHYLLOS DCCLXXXV. **T**ithymalum platyphyllon alijs corymbiten, alijs us longiora sunt folia.

**P**ITYVSA DCCLXXXVI. **L**ATHYRIS DCCLXXXVII. **L**athyris folia habet multa lactucæ similia, tenuiora, ut Plinius tradit: germinibus crebris. Semina piperis magnitudine, facilia purgatu.

**P**EPILOS DCCLXXXVIII. **P**eplos ex una tenui radice fructificat. Hanc & meconion & meconitin ab Hippocrate uocari, Galenus autor.

**P**EPLIS DCCLXXXIX. **P**ortula

**P**ortulacas syluestres uocari herbas treis inuenio: unam quæ sit aizoi species: alteram cognomine Telephion: tertiam peplin siue peplion, de qua præsens mæcio. Quid autem sit diplion Aëtio, qui ad autorem id refert Aretæum, haud scio: Terendum cum aqua, inquit, in angine morbo diplium, & subiecto linamento imponendum pectori, quoties præfocatio rimetur. Sunt apud Græcos inter quos Isacius qui peplium pro senna modo appellata intelligant. Ego diuersum puto genus, cum senna filiquas & in his semen ferat, peplis non ferat. Alia est & senicula siue sanicula uocata, transalpina herba, folio uitis aut apij rubentibus, in sine sectionum maculis quibusdam, surculis quoque rubris ad radicem, quæ multis ei fibris subest: capitulis in summo frutice pulillis subnigris. Huius succum uulneratis in potum commendat. CHAMAESYCE. DCCXC.

**C**hamæsyce pumila ficus est, quasi terræ sicum significans.

S C A M M O N I O N. DCCXCI.

**S**cammonia, siue ut Cicero & Plini<sup>9</sup> quæ appellat scamoniū: quanquam scamoniū pro succo eius quoque capitur. Frigida amat loca, pingui tamen & arido solo nascens. Lachtymam e radice sua fundit, folijs albis pinguibus, radice nauoseosa. Circa canis ortum succo excipitur. Adulterant tithymali marini succo, maxime in iudæa, quod etiam strangulat, sumptum. Vis bimo, nec ante nec postea. Laudatur natione Colophonium, Myrsium, Friennen se, specie autem nitidum, cito liquefcens, uetus redolens, somniosum, linguæ tactu lactescens, & cum diluitur albescit. CHAMAELAEA. DCCXCII.

**C**hamælaea frutex est petrosus. Sunt ei (ut quidam habent codices) mora odorata Plinio. Quidam folia ei amara & odorata scribunt. Si millimum huic oleum inest ut oleastro, cuius & baccas quoque similes habet, ob id à quibusdam oleastellum & olea cilibraca uocatur autore Columella, sirapam inde condi solitam scribente. Sunt qui succum in Gallia aut Italia nascentis eundem esse cum Euphorbio putauerint: sed hic multum infra illum est. Ex hac & granum cocci plerique falso nasci existimauerunt. Nostri & hanc, & thymelæam præcipue casiam uidentur appellasse. Theophrastus cneoron, nigro id apud nos casiam interpretate, cuius duo genera feruntur: candida, cui folium cutis modo quadantenus oleagineum: nigra carnosum, tamarici similius, siue ut in Theophrasto quidam (quos probo) legunt myrto. Candida magis humi se spargit & odorata est: nigra sine odore. Radix ambabus alta, prægranatis: rami copiosi, crassi, surculosi, ab terra prorsus aut paulo supra emicant admodum lenti, ut quibus ad uincendum pro iunco utantur. Venere in coronameta folio. Post æquinoctiū autumnū germinat, atq; florē mittunt qui diutius eis est. Hæc tota de cneoro siue casia Theophrasti sententia est. Dioscorides cestron & cneorō uocari thymelæā prodit. At ego nō cestron, sed cestron legendū arbitror: Hippocratis & Galeni, & codicū ueritatem fretus autoritate: Hoc ipso nomine cellus appellatur, quo casei scabuntur: quæ & tyrognefcis & cobelis quoq; is dicitur Polluci. Liparonis herbae meminit Aëtius, & Alexandria sic uocatur, quā aliqui cestron, inquit, nominat, ad ulcera capitatis manantia uehementer utilis. Nec indicat is autor qualis ea sit: utrum uel à thymelæa siue cneoro

diuersam an eandē putarit. Recetiores ut plerique oia chamelæā & thymelæā cū daphnoide turpiter cōfundunt. THYMELAEA. DCCXCIII.

**D**e thymelæa granū siue coccū Chidiū enafei constat, myrti magnitudine, colore & specie foris, autore Dioscoride, nō farris, ut in Plinianis codicibus deprauate legit. De thymelæa nō nihil & superiore prorsus mentione diximus.

S A B V C V S. DCCXCIII.

**S**Abucū medulla carere aiunt nōnulli. Theophrastus carnosam ei adiungit. Fruticosa uirgis arbor: quæ anniculæ donec folia deciderint in longitudine crescant, in sena maxime cubita: post id tempus, in crassitudine fundatur. Lignū fungosum, & cū inaruit, leuissimū, medulla molli, quæ tota uirgulis eximitur, baculorū usu. Siccatur durat, inoffensum & aquis redditur, etiam decorticatū, quod ei sponte arido contingit. Caudici crassitudo galeæ. Cortex leuis, tenuis, spissus, quæ uocant canopū, cuius à Græcis in Iuliani oxymelite fit mentio. Radices tellure summa, nec multas, nec grandes agit. Foliū minus, quod quidem pars est maioris, molle oblongum & habet, ut laurus latifolia, maiusculū tamē latiusculum & subit & situ medio rotundius, ex acutū serratum: foliū uero maius, quod ex illis minoribus quasi coalescit, pediculo uno crasso & neruoso geritur, ceu ramulus, folijs utrinq; geniculatim & ordine iugatis, uno in uerticibus relicto singulari. Subruffa hæc & fungosa, & de singulis petiolis uniuersa collabūt. Sūt & in ramis nouellis internodia sed quasi rudia, inarticulata. Flos cadidus, ex flosculis minutis faui specie cōgestus, e pediculi fissura, graui odore, quæ lili. Fructus quoque racematim pediculo unico dependet action uocat: qui cum ematur uit, nigrescat. Immaturus color uix acidæ, paulo maior quæ eruum, humore lento. Manus capillum & inficit. Grana intus sesamacea, nō ingrata turdis sturnis: locis potissimum opacis & iuxta aquas gignitur. Differt à ferulaceo genere, quæ plus ligni ac succi habet quæ ferula. E sabuco magis canora buccinam tubamque credit pastor ibi cæsa, ubi gallorū cantū frutex ille nō exaudiat. Dictam puto arbore à sambuca musico instrumēto, quod alij pectida uocant, alij magadin, ut in harundine notauimus. Sambuca porro ab autore uidetur appellata, cui nomen sambyx fuerit. Vsam tamen ea primā omnium Sibyllā perhibent. Arbor utiq; ipsa non sambucus, sed sabucus dicenda est, si Sereno Quinto credimus.

E B V L V S. DCCXCIV.

**E**buli siue chamaetes, hoc est, sabuci pumile foliorū decocto, muscæ necatur: nam & colibuli macerant aqua, ut ea sparsa culices abigantur. Baccas flores uel ebuli aut sabuci uidetur intellexisse Plautus cū dixit in Captiuis: Laridū, Atq; ebebulas foueri focolis feruētibus: nisi quis herbulas in eo uersu lecitare malit: aut quæ propius est uero, epulas. Ouidius: Epulisque foci miscere calētes. Aut hanc aut ualde simile esse puto, quæ Plinius actean uocauit xxvij. uolumine: Actea, inquit, graui foliorū odore, caulibus anisi geniculatis, semine nigro ut hederæ, baccis mollibus. Nascit in opacis, & asperis, & aquosis: datur acetabulo pleno interioribus foeminarū morbis. Pro eo quod Dioscorides in caulibus umbellas & capitula chamaetes habere scribit, Plini<sup>9</sup> caules anisi reddit ei: quæ nō caulibus anisi, sed asperis in plerisque legitur codicibus. Sed exemplaria quædam uetusta legunt anisi, nō asperis. PXCXQ

COROLLARI,

590 P Y C N O C O M O N. DCCXCVI.  
Pycnocomon caule tenui, modico.

A P I O S. DCCXCVII.

591 D E apio herba cognomento ischas, quæ thaphani sylvestris genus est, uolumine secundo locuti sumus: ubi omnia hæc ad uerbum ferè uidentur esse repetita. Plinius oposcillam uocauit: ut arbitor, corrupte pro apios ischas.

C O L O C Y N T H I S. DCCXCVIII.

592 C Olocynthis cucurbita est sylvestris, plena ipsa, nec inanis, ut somphos: minor, quæ satiuua, primo herbacea, mox pallida, quæ et utilior est: quæ ad eius sunt medicina. Hippocrates sylvestrem cucurbitam sicyonem, et quæ fundo careat, et specie globosa et uniformi sit, sicyan et *μυκόν* hoc est insectilem appellat: interiorum uero partem eius, spongiã.

E P I T H Y M V M. DCCXCIX.

593 E Pithimum flos est thymi, sed non omnis. Differentia, quod hic herbaceus, alterius thymi candidus. Aliqui eum hippopheon uocant. Quidam aliter epithimum tradunt sine radice nasci tenui, similitudine pallioli rubens.

A L Y P O N. DCCC.

594 A Lypon et alypea, et ut Paulo placet, alypias, cauliculus est molli capite, non ab similibus betæ, ut inquit Plinius, acie gustatu ac lentum, mordensque uehementer et accendens. Caput id est radice eius betæ similem intelligo, non folia: quippe quæ minuta ei sint, ut Dioscorides affirmat. Deprouate in Plinij uigesimo septimo libro aliphon, et alypo legebatur, antequam ipsi locum indicarem.

E M P E T R O N. DCCCI.

E Mpetron hoc phacoides à Dioscoride, praefoides à Galeno et Paulo cognominatur. Ferè in saxo nascitur. Recentiu uires sunt: uetustate perdit eas. Lapillos qui sufferuefiant, unã rumpi affirmant: quod et in saxifraga quoque diximus ex Plinij sententia, ut qui nihil differre ab ea iudicari: quæ ad quidem medicina, quas seorsum in utraque mentione Dioscorides enumerat, ipse uniuersas empetro huic assignat. Aut igitur ita sentiendum est, aut Plinium errasse confitendum. Paulus certe Dioscoridem secutus, mentiones duas habet, quasi duorum generum. Galenus unicam empetron, Aëtius etiam epipetron uocari solitum affirmat.

A M P E L O S A G R I A. DCCCII.

595 A Mpelos agria hoc est uitis sylvestris, cæditur horis omnibus, sed præcipue autumno. Radice acri, ut Theophrastus scribit, folio spisso, candicante, geniculata, rimoso cortice, uuis rubentibus cocci modo, ut Plinius uigesimo tertio uolumine. Hæc et pro amuleto, cuius sit proprie uua Taminia. Radix et acini coria perficiunt: gelidissimaque eorum est natura: ut errauerit Theodorus, qui uerba illa in Theophrasto *φρακτὸν καὶ τὸν ἀκριν*, interpretatus ita sit: fructu defoliant arbores: cum legere debuerit non *ἀκριν* hoc est arbores, sed *ἀκρια*, hoc est corium: nec defoliant, sed depiant et subigunt. Pars acinorum æstu moritur, priusquam reliqua, qui et solstitialia dicuntur. Vniuersi nunquam maturescunt, et si priusquam tota uua maturescat detur cibo. Genere gallinaceo fastidium gignit, uuas appetendi. Flos huius in racemis candidus dependet, solani per initia: post diuiditur in uitis ferè imaginem, sed oblongum. Est ei si-

milis, sed in salictis nascens ad eisdem usus quæ salictastrum uocatur, contra hominum et quadrupedum scabiem. Plinius uigesimo septimo ita descripsit: folio duro, cineracei coloris, uiticulis callosis, rubentibus qualiter flos, quem Iouis flammam appellamus in uiculis, ferens semen punici mali simile in acinis, ad eisdem effectus: propterea et recentioribus uere quæ hanc et flammulam et Iouis quoque flammam uocant. Est et labrusca uitis sylvestris una species, cenanthen ferens, duorum generum, albi et nigri, ut Dioscorides post docebit. Ne uiculis decipiat Pliniana lectio: Labrusca, inquit, cenanthen fert satis dictam, quæ à Græcis ampelos agria appellatur, spissis et candicantibus folijs, geniculata, rimoso cortice, fert uuas rubentes cocci modo, et reliqua: his uerbis Plinius uigesimo tertio uolumine duos fructus non unum designat, labruscam et quæ ampelos agria uocatur.

A M P E L O S L E U C E. DCCCIII.

A Mpelos leuce, hoc est uitis alba, quæ et bryonia et bryonias à Columella: et madon ab alii quibus uocatur, et chetlosis ab Hippocrate, melothron (ut putant) à Theophrasto, in coronas folio admissa. Quidam psilothrum dicunt: quia pelles confici huius acinis quemadmodum et labruscæ possint. Huius sarmenta longis et exilibus internodijs geniculata scandunt. Folia pampinosa ad magnitudinem hederæ diuiduntur, ut uicium. Radix alba, grædis, thaphano similis. Semen in uua raris acinis dependet, succo rubente, postea crocino. Succus radice colli-gi debet ante maturitatem seminis.

A M P E L O S M E L A E N A. DCCCIII.

A Mpelos melæna, id est, uitis nigra, quam proprie bryoniam uocant, alij gynecanthen, aut aproniam, similem priori præter colore, ut Plinius existimat. Sunt et in folio discrimina, ut Dioscorides, et ipsa quoque res demonstrat. Huius semine nigrum asparago simile. In fructibus, et harundinetis maxime nascitur. Alij si quis in uilla eam extruxerit, fugere accipitres, tu tasy fieri aues uillicatas. Hæc etiam tannum siue tamum quidam uocari putant, et uulgo tamarum. Q. Columella:

Lubrica iam lapatos iam tami sponte uirescunt. Sunt qui tamnum quoque scribant, non tamum aut tanum.

P T E R I S. DCCCV.

P Teris hoc est filix, marcescit simo iniecto, et ob id pecoris incubitu, quod et in Medica herba nonnulli tradunt. Nullus filici incisa succus. Radici gustus est dulci astringens. Vna hæc est et ex ea filices exeunt, bina etiam cubita excedentes longitudine: hanc marem existimant. A filicibus filecta, ut à caricibus carecta dicimus. Est autem carex et quæ mollissimæ texuntur cathedra, folio fere harundinis uliginoso, et palustri solo plurima. Seruius caricem describit acutam et durissimam, sparto similem. A filice felicones dictos existimant, quos ueteres pro medicinalibus et inutilibus accipiebant. Dicebantur et felicit calices à filice.

T H E L Y P T E R I S. DCCCVI.

T Helypteris alterum filicis genus feminam appellat. Folijs hæc breuior, mollior, densior, caliculis naliculata. Vtriusque radicibus sues pinguescunt, quæ sunt eis longæ, obliquæ, nigræ, præcipue cum inaruere. Siccant eas sole, uergilij occidibus effusas, nascitur ubiq, sed maxime frigido solo: utriusque lateribus

596

598

600

lateribus pinnata, unde Græci nomen imposuere. His cimices necantur. Serpentem non recipiunt. Vfus radicis in trimatu tantum, nec ultra nec citra. Laudant in utroq; sexu Macedonicam, deinde Cassiopiam.

## POLYPODION. DCCCVII.

**P**olypodion nostri, ut Theodorus putat, filiculam appellant, in Plinio ita legens: Ego filiculā dicendum arbitror cum ex Dioscoride, tum ex filicis similitudine: tum ex Catone, qui feliculam uocauit, ad deiciendam aluum præberi iubens eam. Eodem modo & Columella nominauit, unde uinum polypodites quoque ad eundem usum fit, præcipuū in Phœnicie oppido eius Byblos, ut inquit Aëtius. Post imbres semper emicat hæc herba: floret, & semen non fert.

## DRYOPTERIS. DCCCVIII.

**D**ryopteris folio subdulci. Diuersa huic, sed similis est, dryophonon à Plinio uocata, cauliculis tenuibus, cubitalibus, circumdati utrinq; folijs, pollicari amplitudine, qualib; oxymyrsine, sed candidioribus mollioribusq;, flore candido sabuci. Edunt cauliculos eius decoctos, semine uero pro pipere utuntur.

## CNECOS. DCCCIX.

**C**necos à Theodoro cartamum sermone uulgi dicitur. Multis caulibus, ramisq; se spargit. De syluestri diximus in atractylide. In cneco penulare illud à Theophrasto redditur, & syluestre tenerius, leuius, & semine copiosius habetur: satium durius, spinosius. Cnicon Italiæ ignotam, ut Plinius scribit, Aegyptus maxime celebrat, oleo nō cibo gratam: hoc faciunt ex semine eius, quo & psitaci nunciantur. Cnecos melius q̄ cnicos dicitur: nam & cnacon à seminis colore Theocritus pro candido, siue flavo usurpat. Democritus & omnino chymici florem cnicici echumenion appellant. Iidem elydrion herbā nominant: nec quæ sit ea docent, præterq̄ q̄ lutei sit coloris. Inuenio tamen in opisthographis medicinalibus quibusdam pro chelidonio minore acceptam elydrion.

## LINOZOSTIS. DCCCX.

**L**inozostis siue parthenion, à Mercurio inuentus est. Ideo apud Græcos ἐπιουήριον & ἐπιουήριον Borávlav multi uocant: caule utriusq; generis cubitali intertendum, sed ramoso in cacumine, geniculis densis: se-

men in geniculis dependens, foeminae solutum & candidum: mari, iuxta genicula stans, breue, rarius, contortum. Folia ocimo angustiora, sed maribus nigriora, foeminis uero candidiora. Radix superuacua, præ tenuis. Nascitur in campestribus cultis.

## CYNIA.

## DCCCXI.

**C**ynia non est ea quam Theodorus canariam interpretatus est, ut in culice docuimus. 604

## HELIOTROPIVM MAIVS. DCCCXII.

**H**eliotropium à Cornelio Celso solaris herba dicitur, æterno folio: particulatim ut ocimū floret: ideotq; per q̄diu. Incipiens ab imo per solstitium circumagit se cum sole, ut nomen indicat, ut ortum eius mane spectet, & eius iter ad occasum usq; persequatur: sed & nubilo die. Noctu uelut sideris desiderio contrahit cœruleum, ut Plinius ait florem, album subruffumq;, ut Dioscorides. Genera eius duo: maius heliostrophon cognominatum, & minus: q̄q; utrunq; semipedalem altitudinem non excedit. Semen in folliculis messibus colligitur. Nascitur non nisi in pingui solo, cultotq; maxime. Colos heliotropij unus est & tribus fastigijs in quæ conchylium diuisere ueteres: nostri uerrucariam appellauere, ut ualētem contra uerrucas. Si terram furculo huius circumscribat aliquis, negant scorpionem egredi. Imposita uero herba aut inde omnino respersum, protinus mori. Formicas certe agri efficacissime necari heliotropio monstratum est, oppilatis herba earum foraminibus. Succum huius excipiunt estate hora sexta, miscentq; cum uino, ut sit firmior. Multa magi de ea, sicut de cognomine quoque gemma, pollicentur: sed hæc propositi nostri haud sunt.

## HELIOTROPIVM MINVS. DCCCXIII.

**H**eliotropium minus, tricoccum priuatim appellatur. Vbiq; prouenit, folijs non solum minoribus, sed etiam in terram uergentibus. Semen & huic effigie scorpionis caudæ, de quo & scorpiuron ei nomen est. 605

## SCORPIOIDES. DCCCXIII.

**S**corpionides à Plinio scorpios uocatur, ex argumento nomine accepto. Est & alia eiusdem nominis effectusq; asparagi cognomine, sed in totum spina: nullum enim folium habet, caule asparagi, cacumine aculeato. 606



# HERMOLAI BAR-

BARI PATRITII VENETI, ET AQVILEIENSIS PATRIAR-

che, in Quintum Corollarij librum, PRAEFATIO.



ITES IAM ET EX HIS VINVM VEL PRÆCIPVVM HOMINI bonum, si temperamentum ad sit, exequimur: in quo tamen si diligētius estimare uolumus, uita sine ne causa maxime operosa fuerit, ceu naturæ providentia nobis defuisset, tanta aquarum profusum tium copia, tot fontibus, tot lacubus ac fluminibus: & ne accusare eam posses, coelestibus etiam aquis irrigata sepe terra. Nec uero quicquid est (præterquod & opere maximo, & impendio paratur) unde plus flagitiorum ac scelerum sit. Nam quæ pedes, quæ lingua nutent, quæ surimus, quæ mente mouemur, quæ denique unus oim animantium homo libidini ac rei Veneræ semper indulgeat, uino acceptum ferre par est. Iam assiduus morbos, repeminas mortes, & uenena epota cui uerius adscribas? ut arcana per hoc prodita, & animi secreta prolata, & testamenta nuncupata, tunc maxime taceam. Illa uero monstrosa eorum sitis, qui in ostentationem uiri um nudi cados hauriant, uomitumque; repetito sitim etiam per gladios prouocent, quasi uina per di melius non possint quam per humanum corpus. Quauis melius uitæ consulturi, si omnino abstinerent. Nunc uero, (si dijs placet) & irrita menta temulentiaë quæ sita. Nec nostratia iam placent, ipse alpes ac maria penetramur, desinat qui solerti sine omnes etiam terrarum angulos indagant. Quis imò proposita his premia, qui scitissima deserant. Nec hactenus restincta sitis: ipsis etiam poculis magnitudo est sua, formaque; qua maxime tenuitas uiri bibendo blandiatur, assignata: se largius placet, ebrietatque; premijs uel poenis inuitatur. Huc accedunt uasa adulterijs calata, formæque; obscenæ his redditæ, tanquam temulentia ipsa ad inflammandas libidines non sufficiat. Innocentius certe Maometheæ sectæ homines hac in parte agunt, qui uino penitus ex lege abstineant. Nec uero nostris olim heroibus uini usus tam probatus quam non interdictus. Frequentia in eo nimia, ac temulentia maxime prohibita: plerisque; tam constantia penitus abstinentibus, ut salutem uini pocillo promissam neglexerint. Romani ueteres id in sacris modice primum usus parum, quod & nos retineamus sacratiore mysterio: ut interim sciamus foeminae eorum omnino interdictum: casamque; ab eo coniugem, quia uini loculos resignasset: & tamen nulli tunc subsessores alieni lecti timebantur oculi. Genes certe multi uini usum consensu reiecerunt, multis etiam ad malorum remedia uites ademptæ: nunc certatim passimque; in id omnis uerunt. Coacta etiam per summam iniuriam tellure illa ferre quæ nolit, & acerbius incusata, quæ præcipuum uitiorum foemitem non generet. Quid quæ lautities aut uictus elegantia nulla iam existimetur ubi uinum desit? cuius similitudinem per ipsas fruges, & aquam multi ad septentrionem populi appetant. Adeo uero nulla iam pars mundi ebrietate uascat: siquidem ipsum aquæ saluberrimum alioqui liquorem noxium fecerimus. Quod si ignorare homines, quantum nobis uini haustus obsit, id saltim ex morbis ingruentibus aduertant, medicis nihil prius aut acrius interminantibus quam eius usum, pollicentibusque; nos eò citius conualituros, quò fortius abstinebimus, & postea naturæ maiestatem cotidie ream facimus, probraque; illi ingerimus tanquam noxia parienti. Illa uero statim animantibus omnibus aquam dederat, & nostrum hoc scelus unum est, uini inuentio, meritis interim supplicijs affecto, qui primus excogitasset. Ex quo apparet quæ perniciose res futura esset, quæ ab ipso initio in autoris calamitatem redundarit. Ceterum quæ in hoc iure hominem accuses, tam in metallicis, ac lapidibus perquirendis ad uitæ utilitatem, solertiam atque; industriam probes: quæ pars coronidem labori nostro attulit. Quare ut sartum (quæ aiunt) opus etiam ad perpendicularum redderem, ruit ipsa & cæsa euoluisse fastidium nullum fuerit: nec rerum humilitas obstitit, dummodo prodessem: uitæ enim hominum ac usui omnem operam, industriam, uigiliasque; meas iam pridem dicaui. Deus faxit, ut quo animi candore ac propensione hæc prodidimus, eodem ab alijs estimemur. Sed quicumque; genius forsque; operis futura sit, conscientia certe nostra plurimum uoluptatis etiam defuncto allatura est: quædo omnia à nobis ea mente ac studio laborata sunt, ut iuuarem: ut tamen in super uacuis diligentiam meam non obstrinxerim, quam præ stare consilij nostri nunquam fuerit.

# HERMOLAI BARBARI PA-

TRITII VENETI, ET AQUILEIENSIS PATRIAR-  
CHAE, COROLLARIUM LIBER QUINTVS.

VITIS SATIVA A. DCCCXV.



**VITIS SATIVAM** Græci *κλεινον κισσον*, & *αινοεν*, & *αινοεινον* id est urbana nam, & vinum ferentem uocant, item clematida & clemacem interim & cenanthen, ut placet Iulio Polluci. Superuacuum genera eius persequi, quia totidem uitium affirmatur esse quot soli. Nascitur passim & in alto uitis, & propinqua littori. Durare uitem ad infinitum restitit, Theophrasto autore ad Elephantinem, ut idem scribit, & Varro mutuatur. Non decidunt uiti folia, neque circa Memphin. Ad Deltam quoque Nili ferè tota uiret semper, quod & alijs quoque satis accidit. Capnia uocatur unum uitis genus, quæ uiam nigram ex candida, & candidam ex nigra sine prodigio ullo ferat. Infans uites appellantur, quæ ad florem usque perduranc: quoniam in his alia maturescunt, alia turgescunt, alia florent: Smyrnæ triferam à se uisam, M. Varro etiam prode. Vitis candida melius reddit, quæ lætius fuit germen: quod quidem & huic & fico proprium. Vitis capreoli tribuuntur: uicia, quos & clauiculas & pampinos uocamus, Græci helicas: is est coliculus, ut Varro inquit, uiteus, intortus ut cincinnus, à capiendò dictus, quoniam ad locum capiendū fursum uersus serpat: sicut uitis dicta primo, quoniam inuitatur ad uuas parientdas: & à pariendo parilemā, deinde palma literis immutatis. Est autē palma maior flagellus, unde nascuntur uuæ, palma unius inuersione literæ à uenti statu dicta, ut idem Varro inquit. Eadem uitis caprea nominatur, quia capreoli pareret. Vicia & pabuli genus est à uinciendo appellata, quæ item capreolos habet, ut uitis: & ad scapum lupini, alium uel calamum ad quem hæreat, id solet uincere: unde uicialia pro pabularibus & uicia dicuntur. Vicia tamen duplex, feminaris & pabularis uocata. Recentiores Græci biciam appellant, à nostris, ut putatis, paulò ante germinatum: parcior autumno, & hyemis initio: minus fecundæ crebrioribus oculis gemmantur solidioresque feruntur. Ipsæ appellamus uermes in uitis nascentes austrinis flatibus. Peculiaris uiti morbus tragos, hoc est hirculus, importuno uento germinibus abscissis, uel imperitia colentium oblatris. Theodorus articulationem uocauit. Hircosere porro uites dicuntur, cum infecundæ fiunt: quoniam & hircus animal, ut inquit Aristoteles, sterescit pinguedine. Uuæ ipsæ & pampini laborant crampo, qui similis rubigini est, sole post humores longos insequuto uehementi. Est & niuatio siue roratio, quoties uua deflorente nixit: præterea exaciniatio, quam Theodorus exuperantiam appellat, Græci *κίτριον*, quoties acinæ racemis defluunt. Sine granis in

terioribus uuas arte nasci autores Græci posse docuerunt, agigarton id genus uocantes. Vites arbutiugæ sunt, & simplices: arbutiugas Græci anadendritidas & dendritidas appellant: arbuta uero ipsa, siue ignobiliori uoce arboreta, idem Græci anadendritidas, & aminyxidas, & amamaxidas Epicharmus & Sappho: nam & arbutulæ testudinum (instrumenti nomen id bellici est) amaxa podes uocantur, in quibus rotarum uersantur axiculi, ut Vitruuio Pollioni placet: Quam non desunt qui genus uitis ammyxidas & amamaxidas accipiant. Alij uiam bumastion, alij hesperion uocatam interpretantur. Auoschas Parthenio uitem significat: Eratostheni, ramuseius cum racemo dicitur: Apollodoro uitis elinos: quo nomine Philetas & Nicander ramū eius non uitem ipsam capiunt. In Hircania feracissimam esse uitem mirati sunt scriptores, cum sit aquilonibus exposita: nam in Carmanis & Margianis Arianisque, crassitudo tantæ caudicis est, ut bini homines plerumque amplexi nequeant, bicubitalibus racemis. Vitem Boetij Thebis primum natam putant, qua & Liber pater.

VITIS SYLVESTRIS. DCCCXVI.

**DE** uite syluestri superiore libro diximus.

VVAE. DCCCXVII.

**V**uam Græci *σταφυλή* à Staphylo Liberi patris filio, ut Ptolemæus uoluit, appellant: Lenida etiam poetæ: nam & Lenæus dicitur is deus. Alia porro uua eliquescit in potum, alia eligitur ad uescendum: hæc aut in corbulam secernitur, ut inde addatur in ollulas, quæ in dolia plena uinaceorum traduntur: alia in piscinam picatis amphoris demittitur: alia in haram carnario suspenditur. Vuam Amineam minusculam, & maiorem & Apiciam commodissime in ollis condi putauit Cato. Eiusdem generis in sapa & mulso rectissime seruant. Duracinæ, Amineas & Scancianas affirmant oportunissimas esse quæ pendeant: quod genus omnes conditaneas & conditiuas appellamus. Vuæ in palea seruata pensilibus proximæ dicuntur. Vuæ uehementiores nigrae: ideoque uinum ex ijs minus iocundum. Suauiores albæ, quoniam aër à translucido facilius accipitur. Est & uua theriace uocata, quæ contra morsum omnium bestiarum proficiat: cuius rationem serendæ Palladius instituit. Florem uuæ in cibus dari gallinaceis præcipiunt, ut præterea non attingant uuas, quod & in labrusca diximus.

VINACEI. DCCCXVIII.

**V**inaceus Græce stemphylon uocatur. Dicimus & uinacea neutro genere, Palladius etiam foeminino uinaceam: hæc & floces appellantur, sicut in oliua flacces atque fraces. Vinaceos poetæ sunt qui brycia & brytea quoque appellant: quæ & pro fracibus oliuarum sumuntur. Stemphyla in Aristotelis Rhetorico secundo Gellius fecem ipsam & uinacis & oliuis expressam, floces & fraces dici scribit.

NVCLEI ACINORVM. DCCCXIX.

**N**vclei acinorum uua à Græcis gigarta dicitur: Palladius excrementa, & semina, & grana uuæ interiora nominauit. Ab acinis acinatum cum dici

tur esse quot soli. Nascitur passim & in alto uitis, & propinqua littori. Durare uitem ad infinitum restitit, Theophrasto autore ad Elephantinem, ut idem scribit, & Varro mutuatur. Non decidunt uiti folia, neque circa Memphin. Ad Deltam quoque Nili ferè tota uiret semper, quod & alijs quoque satis accidit. Capnia uocatur unum uitis genus, quæ uiam nigram ex candida, & candidam ex nigra sine prodigio ullo ferat. Infans uites appellantur, quæ ad florem usque perduranc: quoniam in his alia maturescunt, alia turgescunt, alia florent: Smyrnæ triferam à se uisam, M. Varro etiam prode. Vitis candida melius reddit, quæ lætius fuit germen: quod quidem & huic & fico proprium. Vitis capreoli tribuuntur: uicia, quos & clauiculas & pampinos uocamus, Græci helicas: is est coliculus, ut Varro inquit, uiteus, intortus ut cincinnus, à capiendò dictus, quoniam ad locum capiendū fursum uersus serpat: sicut uitis dicta primo, quoniam inuitatur ad uuas parientdas: & à pariendo parilemā, deinde palma literis immutatis. Est autē palma maior flagellus, unde nascuntur uuæ, palma unius inuersione literæ à uenti statu dicta, ut idem Varro inquit. Eadem uitis caprea nominatur, quia capreoli pareret. Vicia & pabuli genus est à uinciendo appellata, quæ item capreolos habet, ut uitis: & ad scapum lupini, alium uel calamum ad quem hæreat, id solet uincere: unde uicialia pro pabularibus & uicia dicuntur. Vicia tamen duplex, feminaris & pabularis uocata. Recentiores Græci biciam appellant, à nostris, ut putatis, paulò ante germinatum: parcior autumno, & hyemis initio: minus fecundæ crebrioribus oculis gemmantur solidioresque feruntur. Ipsæ appellamus uermes in uitis nascentes austrinis flatibus. Peculiaris uiti morbus tragos, hoc est hirculus, importuno uento germinibus abscissis, uel imperitia colentium oblatris. Theodorus articulationem uocauit. Hircosere porro uites dicuntur, cum infecundæ fiunt: quoniam & hircus animal, ut inquit Aristoteles, sterescit pinguedine. Uuæ ipsæ & pampini laborant crampo, qui similis rubigini est, sole post humores longos insequuto uehementi. Est & niuatio siue roratio, quoties uua deflorente nixit: præterea exaciniatio, quam Theodorus exuperantiam appellat, Græci *κίτριον*, quoties acinæ racemis defluunt. Sine granis in

cum dici uini existimo Veronensis agri, ut scribit Cal-  
siodorus alumnū, odoris saporisq; sua uisissimi, colore  
purpureo, ineffabili dulcedine, tactu quoq; densum  
atq; pingue: ut carneus liquor, aut potio esculenta ui-  
deri possit. Laudatur ex eodem agro & Rhetica uete-  
ribus in montanis Rhetorū, qui supra Veronā sunt,  
nascencia, ut inquit Strabo. Ipsos acinos Cato acina,  
Catullus acinas pronuntiant.

## VVA PASSA. DCCCXX.

Va passa Græce staphis & astaphis ἰμψῶ, hoc est sativa dicitur. Cæteræ Apameas inue-  
nio celebrari passulas.

## VVA OENANTHE. DCCCXXI.

611 Va oenante quā uites syluestres, hoc est la-  
brusca ferunt, laudatissima est in Syria, ma-  
xime circa Antiochiæ & Laodiceæ montes:  
item ex alba labrusca. Sunt qui principatū in unguē-  
tis dent in Parapotamia nascēti: deinde in Antiochia  
& Laodicea Syria: tertium locū ex montibus Medi-  
cis, quæ & utilior medicina. Quidā omnibus ijs præfe-  
runt e Cypro. Vitis ea, quæ massaris in Africa uocatur,  
nunc medicis, nunc odoribus tantū gigni Plinius af-  
firmat. Nascitur in Africa & uitis quā ubolima uocatur  
accolæ, oliua in uites insita, utriusq; fructū arboris se-  
rentem: hanc Græci & elgostaphylon appellat. Vinū  
oenanthinū fit duabus libris florū in musti cado ma-  
ceratis, qui post triginta dies mutatur, Oenanthen &  
a uitis dulce uinū ferentibus arbutinis maxime  
colligi quidā præcipiunt, nō syluestri tantū. Labruscā  
dici putant, q̄ in marginibus terræ ceu labris quibus-  
dam ferē nascatur. Vinū anthosmias, ab odore floris  
dicitur, nec idem cum oenanthino uino est: pro pre-  
tioso sane capitur a Græcis: eius mentio est apud Ari-  
stophanem & Hippocratē, & alios, uel promiscua,  
Hippocrates certe hoc etiā anthinen uocauit: aliqui  
anthinen pro anethino capiūt, ut Galenus inquit. Nā  
uinū cognomēto Hippocraticū Calliis maxime trās-  
alpinis gratissimū, fictitiū generis est, facili ratione.  
Cinnamomū, saccharū & carpesium teritur in fiscū:  
ex eo uinū liquatur, ut transeundo qualitates eas cō-  
bibat. Datur hoc epulis principalibus cum escharite  
pane bellariore uice, qui mos, sed in alio uino, peculi-  
aris Atheniensibus fuisse legitur.

## OMPHACIUM VITIS. DCCCXXII.

612 Omphaciū siue omphax, id est acor, siue acro-  
mentum uicē ab immatura uite dicitur, quæ om-  
phax a Græcis uocatur. Est & oleū omphacium,  
de quo inter unguēta diximus. Est Thasia, ut Dioscori-  
di uidef uua, e Pfytia, ut Plinio, probatur acor: cū sunt  
acini cicericis magnitudine, ante canis ortū incipiente  
pubertate. Pretium in libras sex. Solet & aliter fieri  
uam immaturā terendo in mortarijs, siccataq; in so-  
le: postea digeritur in pastillos.

## VINVM. DCCCXXIII.

614 Vinum Græce dicitur. Cratinus Maronē uo-  
cat: philalethen puerbia: quale illud est, uinū  
& ueritas: item illud, non habere uinū temo-  
nes. Pittacus ut æs frontis, ita uinū mentis esse specu-  
lum. Aristophanes uinū loco Veneris appellat: poē-  
tæ uinū etiam πικρὸν dicunt, quasi uibrare mentē faci-  
at: unde crapula, inquit Photion, dicitur ἡρεπῶδιν. Folia  
uitis priuatim oenaria uocatur a poētis, & sarmenta  
oenarides: ipsa porro uitis ab Hippocrate nominatur  
oenarion. Tenuissimū est id quod celerrime in uetera-  
tur: nam cui fumi amaritudine acescit ætas, in salu-

berrimū putatur. Quod generosus uinū est, hoc ma-  
gis uetustate crassescit, & in amaritudinē corpori mi-  
nime utilem coit. Saluberrimū Campaniæ, q̄dcunq;  
tenuissimū, utilissimū cuiq; uiribus edomitis sacco.  
Vinū alit uires, sanguinē, colorē: sicut lactis potus, ol-  
sa: frugū, neruos: aquæ, carnes. Simias & quadrupe-  
des digitatas negat crescere assuetas uini potu. Vinū  
de dando uino uolumen Asclepiades condidit, ab eo  
cognominatū: in quo utilitatē eius uix deorum po-  
tentia æuari posse pronuntiauit. Vinū succus est, q̄  
feruendo uires ē multo sibi fecerit. Mustū Græci μῆ-  
ρῶς, & γαμνιτὸς uocāt aliquē. Vinū oē aut mustū est, aut  
uetus, ut in prouerbio fit uinū mediam, pro aqua:  
quod & prandiū caninū dicitur apud Varronē & Gel-  
lium. In Plauti Cassina mendosus est senarius: Adibo  
canina mscæuam, spero meliore fore. Scribendū est  
non mscæuam, sed cœnā caninā, hoc est ab stemiā. In  
Latino agro, & Campano ad montē Vesuuium, qui  
Summani dicitur, uites modo habentur Græcæ appel-  
latæ, uino inde presso, quod Græcū nō ante dicitur, q̄  
anno post calcatas uuas acto. Vilius q̄ diu anniculū  
est: proinde q̄ uiannū quasi uinum anni eius hoc est:  
hornum uulgo tabernæ prædicat uendendum.

## VINI QUALITAS. DCCCXXIII.

DE qualitate & ætate uini dictū mox est. Vinū  
porro tenet Græci ἀπαλιν, Cato lene uocat:  
cui contrariū fit asper, ut idem autor appel-  
lat, hoc est σκληρὸν siue durū: nam & muriā quæ aspe-  
ra esset, dura cognominabat Columellæ Celsosq; nisi  
quis duram muriā, sicut durā picem non pro aspera:  
sed pro densa spissaq; accipiat, & utiq; pro gario: quā  
doquidē Celsus eam dysentericis cōmendat, sicut ga-  
rum Dioscorides. De uino temperado, q̄d lymphaticū  
& dilutū dicitur, aliq; alia præcipiūt. Hesiodus trespar-  
tes aquæ in unam uini miscet. Cæteri meraci: si fece-  
re, hoc est, ut quinq; in duas adderent: unde natum  
prouerbiū: ἡ πέντε πίνω, ἢ ἓξ, ἢ ἑπτὰ, ἢ οὐκ ἔστι ποταμός.  
Quod Plautus poeta festiuissimū significat cum de catione Græ-  
ca loquitur in Stichō. Vide, inquit, quot cyathos hos  
bibimus. Tum illi: quot digiti sunt tibi in manu. Can-  
tio est Græca: ἡ ὅσων πίνω, ἢ ἓξ, ἢ ἑπτὰ, ἢ οὐκ ἔστι ποταμός. Est au-  
tem sensus: ut aut duas uini partes ad quinq; laticis:  
aut unam ad tres bibere oporteat: ad quatuor non  
oporteat: ceu futurū sit dilutius, q̄ sanitatis usus exi-  
gat. Anacreon ut uinarijs poēta unam uini duabus  
aquæ temperat: alij aliter pro suo quisq; ingenio. Vi-  
num modice incoctū, ut Aristoteli placet, minus of-  
ficat ebrietatē uitantibus. Temulentæ sunt & animā  
tes aliquot præter hoiem: sues, uinaceis: corui & ele-  
nes, herba quā oenuttam Græci uocant: simia & ele-  
phanti, uino. Vinū cui nomē Samagonio, q̄d tradidit  
Aristoteles, tribus heminis & quidē lymphaticis, quæ  
draginta uiros inebriare dicitur. Ebrietatē Plato niq;  
nisi semel anno Liberalibus permittit in legibus. Ante  
decimū & octauū porro ætatis annū uino temperā-  
dum penitus existimat, ut ne gustetur quidē. Mnesi-  
theus Atheniensis medicus inebriari nunq; se dicit  
tamē diebus hilarescere permittit: quod genus cotho-  
nifimon a calicis nomine uocauit, ut dilutū nihilomi-  
nus, & sine bellariore comitatu biberetur. Ac prima  
quidē potio in conuiujs quia meraca erat, cum præ-  
fatione ἀγαθὸν δεικνύον, in honorē uide licet Libe-  
ri patris, nec tamē tota, sed quasi prægustanda præbe-  
batur: postrema uero quonia diluta esset, & salutaris,  
cū præfatione Iouis liberatoris haurebatur. Vinum  
aqua

quæ misceri Staphylus Siteni filius instituit: ob id  
Græcum vulgus non aliter uinum modo nominat,  
quæ crasium hoc est mixtum.

PASSVM, ET VINVM PROTROPON,  
SIVE CRETICVM, SIVE  
PRAMNON. DCCCXXV.

**P**assum hoc est γαυρόν, genera habet laudata psy-  
chium, & à colore appellatū nigro, melampsy-  
chium, quæ suum saporē, nō uini præferant: nā  
in quod additū est defrutum, glyxia appellatur Athe-  
næo. Sapa quā Nonius scribit uulgo dictā suo tempo-  
re melaciū, sit musto ad tertiā partem mensuræ de-  
cocto. Sicur γαυρόν siue ut Hippocrates ἰ. 4. 1. hoc est  
defrutum, ad dimidiam, & calenū ad partes 3 tribus  
duas redacto. Passum probant Ciliciū & Africū, & in  
Italia, ut quod Neapolitanū uocatur à Columella red-  
ditum, prouincijsq; finitimis: omnia t; hæc, ut Plinij  
uerbis utar post Græcū. Fiericertum est ex uua quam  
Græcificam uocant, nos apianā q; apes eam impo-  
pulari gaudeant. Hanc sunt qui muscatulā uulgo di-  
ctam interprentur. Item uenicula, siue ut Campā-  
nari dicunt, bircula, quæ & stacula & Numisiana appel-  
latur, passis & diutius in uite sole adustis uitis, staphi-  
dion, ut arbitror, uocatur ab Hippocrate aut feruente  
oleo. Quidā ē quacunq; dulci dū præcocta: q; si q̄tum  
uiuis expressere, adijciant uinacis a quæ puteanā, se-  
cundariū passum facient. Protropos accipitur etiam  
pro musto, quod spōte defluit ante q̄ calcetur uuæ,  
ut est apud Iulium Pollucem. Hoc protin⁹ diffusum  
lagenis suis deferuere patiuntur: postea in sole qua-  
draginta diebus torrent, æstatis secutæ ipso canis or-  
tu. Habetur & protropum inter transmarina uinum,  
quod Athenæus in Lesbō nasci dulce scribit, etiam  
prodromon uocatur ab aliquibus. At Pramnon, siue  
Pramnon Hippocrates & prior Homerus celebra-  
uit. Premebat hoc Smyrnæ regio, ut Alciphron Mæ-  
andrius scriptū reliquit, montano uico Latonæ pri-  
us dicato, postea Latorix, nomē id Amazonis. Extā-  
batq; id etiamnum Plinio prodente iuxta delubrum  
matris Deūm. Nigrū Galenus fuisse uoluit: Athenus  
quoq; nō crasium aut dulce, sed durū austerumq; ob  
id eo Athenienses minime delectari scribit Aristopha-  
nes: hoc tamē non Smyrnæ, sed in insula primū Ica-  
ro natum putat Seuius, in petra cui nomē Pramno,  
sed & pharmacitin dicit hoc ipsum quandoq; tradit.  
Pro ueneno est sapa, si quis ieiunus à balneis bibat  
eam. Polybius autor est Romanas mulieres nō uinū,  
sed passum bibere solitas ad restinguendā sitim. Pas-  
sum uero dictum, quia ex uiuis passis, siue quas in ui-  
te passis sunt aduri sole, premitur, simile Cretico & Ae-  
gostheni uocatis. Plautus: Murrinā, inquit, passum,  
defrutum, mellinam. Nonius murrinulum, siue murrin-  
ulam uocat: quā alij murrinam nisi uicium in exem-  
plari sit. Varrō: Mulieres, inquit, natu grandiores aut  
loram, aut garum, aut defrutum, aut passum bibe-  
bant, quā murrinā Plauto appellari putat. Est & mur-  
rina idem, quod & myrratū uocant aliqui: non utiq; à  
myrrha, sed à myro quod est odoramentum: ut post  
docebimus. Gellius: Mulieres, inquit, Romanas laure-  
am, passum, murrinā potasse: laurēā pro lora capiēs.  
Meminic Varro & potionis genus fuisse mitriclam.  
Nonius duas facit loras: alteram, quæ sit deuteria: al-  
teram, quæ lora constat. Lora uinū dulce, potionis,  
inquit, erat confectæ, mulieribus grandæuis aptum:  
quod in quibusdam codicibus loram, non loram scri-

ptum inuenio, distinctionis forte gratia. Laudatur à  
Græcis inter uina dulcia scybelites, & natū in Arca-  
dia Thyraū. De Cilicio uino mentionem hoc capite  
habuimus: forte aut hoc sit, quod ē Pifidia medicinæ  
usu cōmendabatur Ambladeū cognōmine ab oppi-  
do, ut Straboni placet: uino aut Aegostheni, de q̄  
supra diximus, nomē datum quidē uidetur ab oppi-  
do Aegostene, quod in Attica terra est. Ceteræ affir-  
mare non ausim, quandoquidē Carystū ex Eubœa  
quoq; posset existimari, Carysto ibi celebrata scri-  
ptoribus. E Laconia tantū uenit Carysto uilla id fe-  
rente, quod & Alcman poeta celebrauit. Laconicum  
uidetur fuisse initio: & quod monobasites dicitur: eti-  
amsi Creticū hoc nomine intelligimus, corrupentē  
uulgo id uocabulū, & uocante maluasiū. Moueor q̄  
locus ubi Tænarū in Laconia mōstratur, Monoba-  
sia dicitur hoc tempore, ditionis Veneræ id oppidū  
est, unde in Cretā directo ferē cursu nauigatur. For-  
te q; Monobasites uino datū nomē fuerit, nō q; ibi nā-  
scretur, sed q; illud primū ē Creta cōportaretur. Ae-  
tate nostra celeberrimū est quod Achaicū uulgo q̄q;  
dicitur: fortasse id quod ex Phliunte oppido quondā  
Achaix, Phliasium ab Antiphane prædicatū est: eti-  
amsi nunc aliubi quoq; feritur.

VINVM GYPSATVM. DCCCXXVI.  
Inum gypfatum à gypso dicitur, sicut à cal-  
ce calcatum: à marmore, marmoratum.

VINVM PICATVM SIVE RESI-  
NATVM. DCCCXXVII.

**A** uino resinato dicta inquit Plinius est cra-  
pula: siue quia caput tentet, quasi lucta eius:  
siue q; ipsa q̄q; resina, & flos eius crudus, qui  
uinis ad excitandā lenitatē additur, crapula q̄q; no-  
minari solet. Pugnacibus inquit Plinius, multis plus  
crapulæ inditur, lenibus parcius, à quo & uehemētia  
tini, atq; feritas crapulæ significat uocabulo. Phoriōis  
de crapula interpretationē aliam superius explicui.

VINVM PARACHYTON. DCCCXXVIII.

**V**inum parachyton, siue ut Plinius uocat, dia-  
chyton: si modo idem est, sit uuis in sole sic-  
catis, loco cluso per dies septē in cratibus, tot-  
tidem pedibus à terra alte noctibus à rore defensis;  
octauo die calcatis: optimi odoris saporisq; inter dul-  
cia: etenim parachyma Græci defrutū quandoq; ap-  
pellant: unde uinū originale, hoc est sine fuco, & si-  
ne dulci aparachyton & autiten uocant: q̄q; & alia si-  
gnificatio autitæ uini est, ut aliubi monuimus. Tima-  
chidas Rhodius uini genus passū dulce hypochyton  
in Rhodo uocari tradit. Nam uinū autoceras hoc di-  
citur, quod ita est exile, ut dilui non debeat, ut inquit  
Pollux. Porro nostri dulcia uina Liberi patris bella-  
ria uocabant.

PHALERINVM. DCCCXXIX.

**P**halernū quod Græci phalerinon uocāt, nec in  
nouitate, nec in nimia uetustate corpori salu-  
bre. Prima eius ætas à decimo: media à quinto-  
decimo anno incipit: à uigesimo capiti & neruis est  
noxium. Duo eius genera: austere, cui ruffus color:  
& dulce, quod tunc demū accidit, cū sub ipsam uin-  
dēmiā austrī flauerint, q̄ & nigrius efficitur. Athe-  
næus & Galenus autores. Phalerno Statinum simile  
est, tantum leuius. Simile & Venaphranum.

ALBANVM. DCCCXXX.

**A**lbanū quoq; duo sunt discrimina, subacerbū,  
& dulce. Vfus æque à quintodecimo ætatis  
m e anno,

COROLLARI,

anno. Inter Albanum Phalernumq; Labicano gloria, quod est dulce, ac pingue gustu sentitur, à decimo placere incipiente. Buxentinū Albano simile est, utiq; acerbo.

C E C V B V M. DCCCXXXI.

**C**ecubum iam non gignitur, frequens olim in Tarracina Fundisq; sicut & Setia. Parum à superioribus Scatana nō longo fuerunt intervallo: nam Signini nomē celebre alio sistendæ, in sexennium uetustate melius.

S V R E N T I N V M. DCCCXXXII.

**S**urentinū ueteres maxime probauerunt: sequēs ætas Albanū aut Phalernū: deinde alia aliq. Viriū plus Surentino, austeritaris Albano, uehementiæ minus Phalerno. Surentinū à xxv. anno poculētum faciunt: quoniā macilentū & aridū cum sit, ægre cōcocuitur, nec nisi uetustate castigatū uentibus prodest, quod & Tripholino accidit. Simile est & Aequanum. Celebrantur à medicis & Rheginum, Surentino pinguius, eoq; celerius ad bibendū utile. Item Priuernum Rhegino tenuius, & Phormianū Priuerno simile, duntaxat crassius, Tiburtino tenuitate deditur, idq; à decimo anno bibitur. Prænestinum Tiburti no pinguius. Gaurano præstantiā paucitas quoq; ipsa facit: ualidū hoc & præcrassum. Mariscum austeris. Austerum & Barbinū Athenæo, quod Balbinū dicitur, Balbiæ proueniens Plinio. È Campania prope Cumas uluanū commendant, quinto demū anno poculentum, leue, tam Calenū quod & Phalerno præferūt ad utilitates stomachi. Fundanū plus iusto alit: ideo parcius erat conuiuijs, q; & caput & stomachū tentabat. Sabinū leuitate præponebatur omnibus. Vsum eius à septimo ad quintumdecimū ætatis annū probabant. Nomentanū à quinto anno incipit: nec leue, nec admodū suauē. Spoletinum suauē, coloris aurei. Caulinum prope Capuam: fortasse id quod eo loco tradit Polybius anadendritin uocari, prælatū omnibus. Circa Neapolim Trebellicum. Herbulo color niger, non multos post annos candidus: delicatū hoc, & perq; leue. Tarentina, & quæcunq; illo tractu habetur, tenera sunt & dulcia, & amica stomacho, cuiusmodi lagaria non procul Crumento nascentia. Messalæ potu, & salute, ut Plinius retulit, insignia. Bereuenti fiebat infusum, quod Græce capnias dicitur, à Platone comico, quem admodū & uuæ fabror; ferratorum maxime fornacibus ex Africa, præcipua Tiberij Cæsaris cura.

A D R I A N V M. DCCCXXXIII.

**A**driana optima, ex intimo sinu Adriatici maris, quæ Pucina à loco ibi sito dicta sunt, & à Græcis pyctana, medicamentis aptissima: quibus Liuia Augusti cctogintaduos, quibus uixit annos, retulit acceptos, non aquosis: haud procul à Timauī fonte saxeo colle, maritimo afflatu, paucas coquente amphoras, Britanor; regi adeo gratum, ut quotannis deferendū sibi curaret. Mamertinū uero à colonis eius loci non Messenū, ut inquit Strabo, dicitur, etiamsi circa Messanā in Sicilia proueniat. Hoc & Italicum quoq; dicitur, etiamsi extra Italiam, ut Athenæus inquit, nascitur. Sculū est & Potulanū ab autore dictum, qua proxima est Italiæ Sicilia. In eadē prouincia & Taurominitanis honorlagenis, pro Mamertino plerumq; subiectis.

P R A E T V C I V M. DCCCXXXIII.

**P**ræcutia ex supero mari, sicut & Ancone nascens, & quæ à palma uua forte enata palmetia appellatur, ut Plinio placet. Cassiodorus: Vinū quoddā, inquit, Brutium appellauit, palmatianū laudare cupiens antiquitas. Nos styppsin, asper; sed gradatū suauitate: nam licet, inquit, inter uina Brutia uideatur extremū factum, tamē est bene generali opinionione præcipuū: est enim suauis pinguedine molliter crassum, uiuacitate finimum, nari uiolentū, candore perspicuum, quod ita redolet ore tractatū, ut merito illi à palma uideatur nomen impostū. Viscere deficta constringit, uulnera madida desiccet, lassum defictus reficit, Præcutiū multo præcipue conuenire dicitur, sicut Apamēnū Syriæ. Inter externa Syriacum est, & quod reges Persar; bibebant Chalybonū uocatum, ut Straboni placet. Hoc Possidonius in Damasco Syriæ nasci tradit, eorundē regum cura latū.

H I S T R I A N V M. DCCCXXXV.

**H**istrianoproximū natione Liburnici fuit, ex illa insula qd Agatharchides præfert omnibus.

C H I V M. DCCCXXXVI.

**C**hium & Chiores dicitur, hoc & Thasium. È uis gloria. Theophrast; Thasium quod magistra tus bibebant, anteponit omnibus. Tertio loco habetur Clazomeniū, postq; parcius mari condere cœperunt, utiq; post Homerica illa, Pramnon & Maronites, siue quod idem est Maronæū in Thraciæ maritima parte genitū, uicis tantū addito aquæ miscendum Homerus censuit. Vim eius ad Pliniū durasse legimus, prodentē fextarios singulos octogenis aequidilui: nigrū colore & odoratū, & uetustate pinguescens. Hinc, ut arbitror, Cratinus unum ipsum appellabat Maronē: nam monarites aliud uini genus est, Cappadociæ Melitena eius parte nascens, non postferendum nostratibus præstantia. Maronæū à Marone filio Euanthis satum publicatumq; Philostratus in Heroicis suis testatur. Pramnon à uite pramna dictum uolunt: aliqui à mansuetudine, quidā à caudicis crassitudine, quasi distinguatur à crucio uocato. Est autem crucium è uitibus altissimis, quales Aricidæ sunt acerbiusculū, & asper;. Porro Thracia putatur, & Ismaricum à Polluce, Biblinum ab Homero nominatū, siue q; Biblina ea terra diceretur, quæ nunc Tisara & Oesyma nominatur: siue, ut Epicharmopla cet, à Biblinis Thraciæ montibus uocatis. Seruius naxium id existimat quod Archilochus nectari comparatum scribit à Bimblino siue Biblio amne. Hoc in Sicilia Poliū siue Polæū appellari, quoniā à Polide Sicilyonio siue Rhegino qui Syracusis regnauit, translatum eō sit. Quidā à uite biblia quæ in Italia dicitur. Nam Byblos per y. oppidū est in Phoenice uerutissimū, ut quod à Saturno conditū putetur, ubi uinum quoq; medicamentosum ex herba fidecula conficitur, ut diximus. Differt à Maronæo Mareoticū in Aegypto, à Maria lacu dictū, ubi nascitur, ad uerustatem quoq; diffundi solitū: nam uicinū ei Lybicum appellatum, præfertimq; ad Antiphras notum, improbatum uel adagio quoniā minus uini q; maris habet, at Alexandria id uulgo bibunt præcrude ac zythū, ut Strabo inquit: etiamsi non zythoon, sed zygoin terpres in eo legerit, & ad pondera uini uino eo Alexandrinos ineptissime conuerterit: in quē errorem & Domitius Veronensis pronus corruit, in Propemptico Papintj, quod incipit: si qui;

Si quibus audaces amor est seruare carinas.

Omnia porrò transmarina septem in sex annis ad ue-  
luttatem mediam peruenire existimantur. Vino  
Chio ueteres in oculorum uitijis uti solitos, nomen  
ipsum indicat collyriorum quorundam, quæ Græci  
Chiaca cognominant. Hoc uinum & Ariusia à loco:  
& oprimum quod esset, aristæum uocabant: Iulius  
Pollux autor, Nigrum uinum in Chio primum fuisse  
Theopompus autor est: nam & uitem serere in eadē  
insula repertum putant ab Oenopione Liberi patris  
filio, qui & urbem in ea condidit.

## LESBIVM. DCCCXXXVII.

Lesbium sponte naturæ suæ mare sapit. Hoc &  
protropum dicitur quoties dulce est, itemq;  
prodromon: Athenæus autor. Quærat aliquis  
in Vitruuio quis sit uerborum sensus, cum dicit: Sed  
animaduertimus insulam Lesbion uinum protirum  
maloniam catace caumenen: item lydiam molliton.  
Corrupta lectio, quæ sic restituen da est. Sed animad-  
uertimus insulam Lesbion protropion, Mæoniam,  
Catacecaumeniten: Lydiam, Tmoliten dare. De pro-  
tropo dictum est superius: de Tmolite statim fiet mē-  
tio: de Catacecaumenite Strabo: Catacecaumene, in  
quit, regio est, quam alij Mysiam, alij Mæoniam ap-  
pellant. Dictam uero ita, qd nihil in ea præter uinum  
gignatur, idq; nobilissimū, ambusta uelut igni terra.

## EPHESIUM. DCCCXXXVIII.

Ephesium defrutum & mari conditur, ideo insalu-  
bre. Phygelites appellatum ab oppido propin-  
quo, quod Phygela Plini<sup>9</sup>, Pygellam pleriq;  
nominauere. In nomine sunt & transmarina, & Leu-  
cadium, & Sapia, & Thasium: quibus principatum  
dat Hermippus in oppido Opunte: quod & Plautus  
in Penulo demonstrat, sumptum ab Eubulo. Item  
ex Eubœa Sciatho, & e Peperetho insulis: qd postre-  
mum hoc multi sunt qui damnant. Jam e Syria Phœ-  
nicium uocatum quandoq; Cyclium, cuius & Xenop-  
hon in Ascensu meminit. Laudatur & Magneticū,  
& ut alibi diximus Mendæum: præterea ex Acantho  
urbem Cirimphium asperum contemnitur. Trœ-  
zenij, ut ait Aristoteles Anthedonidium & Hyperian-  
dium commendant, autorum suorum nominibus  
ab Alcephio, qui ex Alpei nepotibus fuit. Apyrum  
quoq; uinum ab Alcmane poeta memoratur: est au-  
tem apyron quodcumq; non est coctum. Laconica  
sunt Pentalophium à quinq; collibus, ubi nascitur,  
uocati: item Denthiadium, siue Denthis: & Oenun-  
tium, & Onoglis, & Stathinium à locis omnia, quæ  
iuxta Pytanen sunt oppidum eius terræ. Theophra-  
stus Erythæum molle salsumq;: idem Heracleoticū  
tradit odoratum atq; durum.

## MESSOGITES. DCCCXXXIX.

Messogites, & Tmolium, aut quod idem est  
Tmolites, duo sunt uini genera, nomine à  
montibus Lydiæ imposito, qui Tmolus &  
Messogis appellatur. Messogites uero nobilissimum  
à loco Aromeum nomine, correpta secunda syllaba,  
ut Straboni placet. Tmolio per se gratia, ut uino, nō  
est: sed cuius dulci admixto, reliquorum duritia sua-  
uitatem accipiat simul, & ætatem. Ex eadem Lydiā  
& Metropolitæ uinum commendant, ab oppido  
eius uno, Metropoli uocato.

## VINVM IN COMMUNE. DCCCXL.

De uino in commune non nihil & in mētionē  
dannoſi diximus, nunc illud adijcio: Vinū omne  
in infantia dulce est, tum uidelicet, cum mu-  
stum dicitur: ubi autem pubescit, suauis efficitur q̄  
dulcius: dulcedo enim feruendo adimitur uinis. Vi-  
num porrò aut uetus, aut nouum est: media ætas à  
medicis introducta est: uulgo nescitur: unde notum  
prouerbium Varroni, medium uinum prandium ca-  
ninum esse: hoc est, quia nullum tale uinum habeat-  
ur: ut uellus asininum Aristophani, pro eo quod nuf-  
quam sit.

## VINVM OMPHACITES. DCCCXLI.

Vinum omphacites, siue omphacinum uide-  
tur idem esse quod & βικτιον Græci appellaue-  
re: qd̄ marinam ei aquam largiorem misceri  
adijciunt: cætero conueniunt: medicis item congru-  
unt, ut errare uideantur, qui non βικτιον, sed βιον quasi  
à uita deriuatum nomen scripsere: cum Plinius à fe-  
stinatione quasi uolenter fiat, uocari prodiderit.

## VINVM DEUTERIA. DCCCXLII.

Deuterias nostri loras, siue loreas, ut Cato: & fe-  
cundaria, & operaria uilla nominant. Lora  
q; lora acina fiat, uocatur. Inter deuterias, &  
fecatum Cato appellat, fecibus uini expressum, qd̄ à  
Columella fecinum dici puto, à Polluce trygephani-  
on. Plinius: Tortium, inquit, nouissime expressum  
intelligo, quod Cato mustis tingendi gratia, ut pi-  
gmentum aliquod adijciendum præcipit. Græci hoc  
deuteria sunt qui capiant: alij pro syncero: alij pro  
nostrate, hoc est non alienigena, sed patrio, Galeno.  
Galenus in Hippocrate autiten interpretatur quasi  
autoctitem, hoc est anniculum, siue hornum. Est &  
Tornij uini mentio apud Hippocratem ad pulmonū  
præſidia. Vitioſum uinum Græci tropian, & ectropi-  
an, & oxynon dicunt. Genus uini est & quod grapi-  
nam uocant, subasperum. Nulli ex ijs plus q̄ anno  
usus. Erant & quæ spurca dicebantur uina, sed apud  
pontifices, hoc est quæ sacris adhiberi uetabantur:  
ut defrutum, & dilutum, & igni tactum: sed & mu-  
stum quoq; anteq̄ deferueſceret. Vinum porrò malū  
amphis Græce dicitur à Soficrate quasi dubium: ita  
enim uocauimus & nos autore Plinio, fugacia. Præli-  
ganea uocantur, & quæ ad operarios, ut Cato in-  
quit, ex misellis uuis premuntur. Circuncidanea ue-  
ro, siue ut Varro circuncidita uina dicimus, cum cal-  
catis uuis scopi earum siue scopia, ut Cato, cum folli-  
culis prælo subſciuntur iterum, hoc est ubi deſiſt flu-  
ere circuncidis extremis: non diſſimile tortiuo, quod  
Græci boſtrichitin, ut puto, uocant: tortiuum enim  
Columella dicit eſſe muſtum, quod poſt primam  
preſſuram uinaceorum circuncido pede exprimitur.

## VINVM ADYNAMON. DCCCXLIII.

Adynamon ratio faciendi uaria, sed omnibus  
ferè cognita.

## VINVM NIGRVM E

## LABRVSCA. DCCCXLIII.

## VINVM MELITITES. DCCCXLV.

Uici e genere est melitites, sed austerum secu-  
lis: iam fieri deſiſſe Plinius exiſtimat. Sic au-  
tē melitites id quod in Pſeudulo uocat Plau-  
tus mellinam illo uerſu:

Murrinam, paſſum, defrutum, mellinam,  
in medio relinquitus.

## OENOMELI.

## DCCCXLVI.

m s Oeno-

COROLLARIJ,

621 **O**enomeli, hoc est uinum mulsum: quod nostri si-  
ne uini mentione hoc intelligunt, mulsum di-  
centes. Vinum hoc facillime cum melle coor-  
poratur, quod in dulci nunquam evenit. Mulsum in Thra-  
cia primus Aristeus comperit. Multi senectam lon-  
gam intinctu mulsi tolerauerunt, neque alio ullo ci-  
bo. Regium morbum Varro cognominatum aqua-  
torium tradit, quoniam curetur mulso. Cissibites ge-  
nus uini est in Galatia nascens, & Balincium in Sici-  
lia, quae saporem mulsi non uini praebent. Ex musto  
quod fit mulsum, Graeci nectar uocant.

MELICRATON. DCCCXLVII.

622 **M**elicraton, & mixtum mel, & aqua mulsa di-  
citur, interim & dulcis aqua. Rationes aequae  
mulsaef conficiendae plures sunt apud rei ru-  
sticae scriptores. Alia res est metaceras apud Hippo-  
cratem, quae uox egedidum, siue quod idem est, tepi-  
dum mixtum significat, hoc est, galactodes synkra-  
ma. Iulius Pollux nescio quomodo recte: Melicratum, inquit  
est, quod nunc oenomeli uocamus. Caeteri magno  
haec discrimine separauerunt. In Aethiopia Troglody-  
tae melicratum e cuiusdam herbae floribus confi-  
ciunt, proceribus bibendum uini loco, sicut dilutum  
paliuri, populo.

HYDROMELI. DCCCXLVIII.

**H**ydromeli secundum aquae mulsaef genus est,  
saporem uini uetustate assequitur, nusquam ma-  
gis laudatus quam in Phrygia, ex imbre quidem  
puro & melle, damnatum multis annis isdem uitijs,  
quibus uinum: nec isdem utilitatibus.

AQVAE IN COMMUNE. DCCCXLIX.

623 **A**qua profluens utilior existimatur stagnan-  
te ac pigra: tum putealis quaerenda. Cisterna-  
rum ab alijs laudatur, argumento subtilitatis,  
ut quae subire in caelum, ac pendere potuerit: ab alijs  
damnatur, ut quibus sordium, & limi, & animalium  
quocumque plurimum inesse sentiantur, citissimumque ideo  
calefiat aqua pluuia computrescatque, minime duras  
in navigatione. Grandinis quidem potus in confesso  
pestilentissimus. De niue, & glacie dissident senten-  
tiae: alijs subtilissimas eius elementi partes arbitran-  
tibus, quia pendeant in sublimi: alijs crassissimus, atque  
iccirco infaluberrimus inde haustus: quoniam exina-  
nitum sit quicquid tenuissimum in isis erat. Liqueor  
omnis congelatione minuitur, & rore nimio scabies  
fit, pruina, ueredines. Aqua septies putrefacta purga-  
taque, non putrescit amplius. Amnica non statim uti-  
lissima, sicut nec torrentium. Palustres pluribus lo-  
cis salubres. Parthorum reges e Choaspe & Euleo  
amnicibus tantum bibunt: eae quibus in longinqua comi-  
tantur illos: salubritatis argumentum est, anguillis  
scatere amnes, sicut uitijsimum, & frigoris in fontibus  
tineas: ut quae uulgo nominatur lampredae qua-  
si lampyrides aut lampetrae, a lambendis petris in ci-  
bos admixtae lautioris uitae, interim anguillarum am-  
plitudine, parte plurima digiti minimi crassitudine,  
palmi longitudine, caetero anguillis pusillis & mure-  
nulis simillimae: nisi quae septem habent a capite in col-  
lum foramina. Aquae ante omnia improbantur ama-  
rae, & quae scrobem statim impleant. Fontes Graeci  
nymphas, & altrices Liberi patris cognominant, in  
sacris uinalibus quae ipsi Lenxae dicunt, quia uinum  
addeti modum eius augeant: siue, quia ut Theophra-

stus inquit, uites praecise aquam reddunt & illachry-  
mant. Est & caelestis aqua, siue potius diuina, chymi-  
starum, quam & Democritus & Mercurius Trime-  
gistus nouere, modo *θεοειδω*, modo *Scythicum* laci-  
cem appellantes, modo pneuma, hoc est spiritum ex  
aetheris natura & essentia rerum quinta: unde aurum  
poculentum, & iactatus ille necdum inuentus phi-  
losophorum, lapis & sabulum, conficit. Hinc & arti-  
datum nomen Pfammurgicen, & mysticen, & ham-  
mophysiam, & sacram & maximam uocando, ceu li-  
teras quasdam seclusas habeat, & a quibus profanum  
uulgus arceri conueniat. Hoc genus laticis, ut arbi-  
tror, significat epigramma nuperime in agro Para-  
uino iuxta oppidulum Atestae inuentumque manus  
ritio ac proinde fragili, per imprudentiamque manus  
rusticae profcindentis ibi terram, corrupto: cuius me-  
moriam ne pereat, uerba praetexuimus.  
Plutoni sacrum munus ne attingite fures,  
Ignotum est uobis hoc quod in orbe laet.  
Nanque elementa graui claudit digesta labore  
Vase sub hoc modico maximus Olybius.  
Adfit foecundo custos sibi copia cornu,  
Ne pretium tanti deperat laticis.

ABITE HINC PESSUMI FVRES.  
VOS QUID VOLTIS CVM VO-  
STRIS OCVLIS EMISSITIS? A-  
BITE HINC VOSTRO CVM MER-  
CVRIO PETASATO CADUCEA-  
TO QVE. MAXVMS MAXVM DO-  
NYM PLVTONI HOC SACRVM  
FACIT.

624 **T**ertium discrimen aquae mulsaef apomeli di-  
citur.

AQVA MARI S. DCCCLI.

**A**quam maris, hoc est *θαλασσινη*, probant  
ex alto haustum, nullaque dulcium mixtura.  
Haec rubiginem ferro extertit celerrime: dul-  
cescit enim argilla percolata. In mari expansa circa  
nauium uellera madescunt halitu maris, qui postea  
dulcis exprimitur. Demissa reticulis in mari concu-  
ta se colligunt humorem. Vetusstate uirus deponit.  
Conduuntur aquae rosae, & rosaceae uocantur: hydro-  
rhodina & hydrorofata Graeci appellant.

THALASSOMELI. DCCCLII.

ACETVM. DCCCLIII.

**A**cetum id est *ακετο*, uini quidem uicium est,  
sed ad luxuriam cessit hominibus: tot ad usus  
experitum, sine quibus uita, ut inquit ille, mi-  
rior exigi non posset. Est & uappa uicium uini, sed  
nulla ex commedatione: quin probrosa quoque res,  
uel hominum conuicio quorum degenerauit ani-  
mus. Fit autem uappa cum iterum sponte musta fer-  
uent. Infusum terrae acetum spumat, saxa rumpit,  
quae non ruperit ignis ante cedens. Cibos quidem &  
sapore non alius magis succus commendat & exci-  
tat. Compescitur eius asperitas tosto pane aut uino  
aut sale: contra iners accenditur pipere aut laere.  
Acetum fit etiam non ex uino commenticium in ul-  
tis modis: sicut uinum & oleum sine uuis & oliuis.  
Acetum aliud non esse quam culpa tum uinum quis ne-  
sciat: mixtum oleo Graeci oxelaxon, sicut aqua oxy-  
cratu

eratum, nos poscam puscam uel dicimus. Ipsi quoque  
Græci phuscam, ut Paulus & Aërius. Insubres & Li-  
gures Padani uinum fecatum siue loram, uulgo fere  
poscam nominant: nam acetum rosaceum oxyrho-  
dion Græce dicitur. Acetum natura frigidum  
comprobat Galenus: calidissimum Theophrastus  
existimauit.

**OXYMELI.** DCCCLIII.  
Oxymeli à Themisone & Asclepiade medicis  
damnatum prædicant: acetum mulsam Latine  
dici potest: nam mixtum cum saccharo  
pro melle, oxyfachar appellatur.

**Oxalme.** DCCCLV.  
Oxalme dicta quod ex aceto & sale fiat, quasi  
acetum salsum, efficaciter si sit recens acetum.

**Thymosalme.** DCCCLVI.  
Thymosalme quasi thymata falsilago dicitur.

**ACETVM SCILLITICVM.** DCCCLVII.  
Acetum scilliticum & scillinum & scillatum  
quoque dicitur, & scillites Græce.

**VINVM SCILLITICVM.** DCCCLVIII.  
**VINVM TETHALASSO-**  
**MENON.** DCCCLIX.

**Vinum tethalasson.** hoc est marina aqua factum, duo fere habet genera: bixon de quo dictum est: alterum leucœnion aut etiam leucochran, marina in album mustum confusa. In alijs autem gentibus tethalassomenon, id est mari conditum uocatur, à serui furto origine accepta, sic mensuram explentis. Habetur & thalassites, uasis msi deiectis in mare, quo modo Cato præcipit, quadriennio secundus. Rhodium Coo simile est. Phorina aqua facta legas, & ubi Dioscorides de qualitate uini loquitur. In hunc usum quidam ex alto peti mare iubent, seruariq; ab æquinoctio uerno, aut certe nocte solstitio, aquilone flante: hauriri autem circa uindemiam: si hauriatur, decoqui.

**VINVM FACTITIVM IN**  
**COMMUNE.** DCCCLX.

**N**illum uinum factitium præterq; quæ specie rum uetustate fiant, plus anno durare putant: & plura ne tricenis quidem diebus. Vinum ex siliqua ceratites, hoc est siliquatium appellatur. Præstantissimum ex Syriaca. Factitium uinum Græci *divon ouuesiv* appellant, quidam propomata: quæ quidem ut sua, quoque sponte nascantur ex uitis bus, ratio à Græcis inuenta traditur. Condiebant & nitro uina: item marmore, item sulphure ac cinere, quod miremur. Veteres è uitis maxime sarmentis aut quercu.

**VINVM CIDONITES.** DCCCLXI.

**VINVM MELOMELI.** DCCCLXII.

**VINVM HYDROMELON.** DCCCLXIII.

**H**ydromelon aliud est q; hydromeli, ut constat: alioqui & sine melle fingitur quandoque, ut Paulus existimat. Laudabatur in Græcia quod è Cibra fistilibus pusillis austerum uinumq; solebat inuehi.

**OMPHACOMELI.** DCCCLXIII.

**O**mphacomeli, hoc est mel acerbum, siue acidum.

**VINVM APITES, OITES, MESPILIT-**  
**TES, CERATITES.** DCCCLXV.

**V**inum è piro, sorbo, mespilo, siliqua ceraunia. Differt porro apites ab eo quod apiatos etiã Græce dicitur: q; illud è piro fit, hoc ex apio.

**VINVM OENANTHINVM.** DCCCLXVI.

**V**inum oenanthinum quasi labruscatum conuertas: de hoc in oenanthe dictum.

**VINVM RHOITES** DCCCLXVII.

**R**hoites & uinum dicitur & mel, quo punica mala condiuntur.

**VINVM RHODITES.** DCCCLXVIII.

**V**inum hoc est rosaceum, siue ut Palladius, rosatum.

**RHODOMELI.** DCCCLXIX.

**R**hodomeli, hoc est mel rosaceum aut rosatum, à Paulo etiam rhodostacton dicitur: nam rhodomelon ex rosis & cotoneis malis conficiet.

**VINVM MYRTITES.** DCCCLXX.

**V**inum myrtites hoc è myrtatum, Cato docuit fieri è nigra: postea compertum ex alba. Genus uini Plinio est & myrtidanum ab ipso nominatum, è syluestris myrti baccis, q; & manus tingunt.

**Myrtidanum** Dioscoridi frutex est, non uinum, ut diximus. Aliud genus uini est myratum, unde myrata portio: nò à myrrha, sed à myro, id est odoramento, qd & Iulius Pollux myrinen uinum appellauit, nostri murinam: q; inquit, sunt, qui myrinem etiã pro dulci capiunt, quod & Plinio placet ex Lælij Senilæ Capitonisq; sententiã. In comœdia certe noua myrines hoc est odoratum uinum trimma dicebatur: de hoc & in lora diximus: nam myrrha conditum amarissimum sit oportet, quippe quod in cruce dño sit prebitum, non oblectameti sed cruciatus proposito: idq; nò tam myratum q; myrrhatum scribere oportet. Est & myrtites, p melle myrrato acceptum quandoq;.

**VINVM MYRSINITES.** DCCCLXXI.

**VINVM SCHININVM.** DCCCLXXII.

**V**inum schininum, hoc est lentiscinum siue lentiscatum dicitur. Si mastichè uero capiat, mastichites uocabitur. Utunt in hoc cum pice diligetiores, ut inquit Plinius, nigra mastiche, quã in Ponto similem bitumini, puenire tradit, radice iridis oleoq; additis.

**VINVM TEREBINTHINVM.** DCCCLXXIII.

**VINVM PHOENICITES**  
**SIVE PALMEVM.** DCCCLXXIII.

**V**ino palmeo Parthi & Indi utuntur, & Orientot. Phœnicites appellatur quod extriuiali palma constat: id autè quod ex abiete palma fit, spathites & elatites quoque dici potest.

**VINVM CATORCHITES AVT**  
**SYCITES.** DCCCLXXV.

**V**inum sycites aliqui palmiprunum siue palmipri mium uocat: nam eius qd sycinum appellauere, si cut & Ithacomeliq; & Lectis pagite, oblitterata iam ratio est.

**VINVM SYCOMORITES.** DCCCLXXVI.

**V**inum è fico Aegyptia siue Alexandrina, item ex Cypria, cuius acetum Alexandrino meli è, sycomoriten Græci uocant.

**VINVM RHETINITES.** DCCCLXXVII.

**V**inum rhetinites hoc est resinatum, de quo & in pissite id est picato, dictum.

**VINVM STROBILITES.** DCCCLXXVIII.

**H**oc uinum Hippocrates coniam uidetur dixisse, q; arbor è qua nucs pineæ funduntur, conos & strobilos uocetur, ut alio loco docui.

**Galenus coniam pro pissite cepit.**



COROLLARII,

VINVM E CEDRO CVPRESSO, LAV-  
RO, PICEA, IVNIPERO,  
ABIETE. DCCCLXXIX.

VINVM CEDRITES. DCCCLXXX.

**V**inum cedrites, à cedrino differt: q̄ cedrites ē  
cedria fit: cedrinū ex assulis cedri aut fructu.

VINVM PISSITES. DCCCLXXXI.

**D**iximus de pissite, id est picino aut picato eti-  
am superius.

639 **V**INVM ABSINTHITES. DCCCLXXXII.  
Inum absinthites fit & alio modo, circa radi-  
ces uicium confiro, sicut elleborites.

640 **V**INVM HYSOPITES. DCCCLXXXIII.  
Inum hysopites potest & iuxta radices fato  
uinum fieri, ut absinthites.

VINVM CHAMAEDRITES. DCCCLXXXIII

VINVM STOECHADITES. DCCCLXXXV.

ACETVM STOECHADITES. DCCCLXXXVI

VINVM CESTRITES. DCCCLXXXVII.

VINVM TRAGORIGANITES. DCCCLXXXVIII.

VINVM BVNIONITES. DCCCLXXXIX.

VINVM DICTAMNITES. DCCCXC.

VINVM PRASIITES. DCCCXCI.

VINVM THYMISITES. DCCCXCII.

VINVM THYMBRITES. DCCCXCIII.

VINVM ORIGANITES. DCCCXCIII.

VINVM CALAMINTHITES, GLECONI-  
TES, ABROTONITES. DCCCXCV.

VINVM CONYZITES. DCCCXCVI.

VINVM AROMATITES. DCCCXCVII.

642 **V**inum aromatites, hoc est odoratū, parabili-  
& simplicius Catoni ē sarta, iunco, palma.  
AROMATITES ALIVD. DCCCXCVIII.

**A**thenæus autor est, ut in myrte diximus,  
porionis genus ex aromatis confectū, q̄ ue-  
teres uterentur, appellari trimma. Diximus  
& de alio aromatite, quod Hippocraticum recentio-  
res uocant.

VINVM NECTARITES. DCCCXCIX.

VINVM NARDITES. DCCCC.

**H**vic uino pipere & melle addito fiunt, quę ali-  
condita, ali- piperata appellant. Acetū quoq̄  
piperatum fieri solebat.

VINVM ASARITES. DCCCCI.

VINVM EX SYLVESTRI NARDO DCCCCII.

VINVM DAUCITES. DCCCCIII.

VINVM ELELISPHACITES. DCCCCIII.

643 **S**aluiatum uinū à saluia dici nouimus. Saluiatum  
uero, quo ueterinarij utuntur, potionis genus  
est. Poton Græci uocant ex hordeacea, aut triti-  
cea farina & sale, à quo fortasse saluiatum. Quidam  
in Columella saluiatum, aut salinatū legere malunt:  
ab eo salinare uerbum deducitur.

VINVM PANACITES. DCCCCV.

VINVM ACORITES ET GLYCVRHI  
TITES. DCCCCVI.

VINVM SELENITES SIVE  
APIATVM. DCCCCVII.

VINVM MARATHRITES, ANETHITES,  
PETROSELENITES. DCCCCVIII.

VINVM HALOSANTHITES. DCCCCVIII.

**V**inum ē salis flore, halosanthiten Græci ap-  
pellant. 644

VINVM PHTHORION. DCCCCX.

**V**inum phthorion, aliqui estromaticon appel-  
lant: ex elleboro in Thaso fit: ibi & uinū con-  
di perhibent, alter: ad soporē, alter: ad uigi-  
lias. Cato ellebori radices in pila contundi præcipit,  
circum uitrem dandas. Utile id uinū fore ad mouendā  
aluū sine periculo. Theophrastus in Arcadiæ oppi-  
do Heræa uinū tradit esse, cuius potu fœminæ paritē-  
uiri mente cōmoueantur. In Achaia salu Ceryntien-  
si, uinū & uitem nasci, quæ fœminis gustata faciunt  
abortum: in Trezene, steriles. Idem autor uina quæ  
dam scribit ethica uocari, Theodor<sup>9</sup> uerit moralia:  
etiam si mendose scriptū est molaria quādoq̄. Laudā-  
tur, q̄ celeriter purgāt se ac confistit: qm̄ tenuia sunt,  
& mixturæ immunia: ob id ethica dici potuere, quæ  
si castigata.

VINVM CHAMAELAITES. DCCCCXI.

VINVM CHAMAEPITYITES. DCCCCXII.

VINVM MANDRAGORITES. DCCCCXIII.

VINVM ELLEBORITES. DCCCCXIII.

**D**e altero elleborite dictum est in phthorio.

VINVM SCAMMONITES. DCCCCXV.

**D**e altero scammonite legitur in phthorio. 645

CADMI A. DCCCCXVI.

**C**admia uocant & lapidē quendā erosum, ex q̄  
fit æs, fufuris necessariū, medicinz inutile: q̄  
Galenus lapidosam cadmiā circa Solos in Cy-  
pro insula nascētē, fornacariæ prælatam ætate sua  
meminit, inuentu raram. Possidonius q̄q̄ lapidē cad-  
miam ex Cyprio tantū ære fieri cōmemorat. Fit autē  
cadmia de qua hic loquimur, etiā in argenti fornaci-  
bus, candidior ac minus grauis, sed minime cōparā-  
da ærariæ. Plinius capnitin hoc est fumarīa appellar-  
eam, quæ fit tenuissima, in ipso fornaciū ore inuēta:  
qua flammæ cluctantur exusta, & nimia leuitate si-  
milis fauillæ. Secundā botryitin, hoc est racemariā:  
quia interior sit & cameris dependeat: cui prima di-  
gnatio tribuitur, grauior priore, leuior sequentibus.  
Duo huius colores, cinereus, & puniceus, qui & me-  
lior. Friabilis hæc, oculorū q̄ medicamētis utilissima.  
Tertium genus placitis aut placodes, & ipsa ex argu-  
mēto, qm̄ fit crusta uerius q̄ pumex. Ponderosissima  
hæc, & intus uaria ē lateribus fornacis: fluunt ex ea  
duo genera, onychitis extra penē cœrulea, intus ony-  
chitæ modo maculosa: ostracitis tota nigra, & cœre-  
rarum durissima, unde nomen.

POMPHOLYX ET

SPODION. DCCCCXVII.

**D**e pompholyge ac spodio communi usu hic  
agitur: differentia, ut aliqui existimāt, q̄ pom-  
pholyx paratur lotura: spodion siue spodos,  
illota est. Quidam id quod candidum sit leuissimūq̄,  
pompholygen dixere, & esse æris & cadmiæ fauillā,  
& ut nomen indicat, ampullā, qualis est bullantium  
aquarem. Spodion uero nigriorem ponderosorem  
& mixtis scintillis aliquando & carbonibus. Optimā  
ē Cypro: propterea Hippocrati melancypriōn, quasi  
attamētū Cypriū uocatā, interpretant aliqui: nā Pos-  
sidoni-

fidonius e Cyprio tantum ære fieri spodium existima  
uit, ut Straboni placet, fieri q̄ liquecentibus cadmiã  
ærario lapide leuissimã. Hæc euolans e fornacibus, &  
rectis ad hærescens, a fuligine distat candore: quod mi  
nus candidũ ex ea fuerit, immaturæ fornacis argu  
mentũ est: hoc quidã pompholygem uocant: qd ue  
ro rubicundius ex ijs inuenitur, acriorẽ uim habet, ex  
ulceratq̄: adeo ut cum lauatur, si attingat oculos, ex  
cæcet. Est & mellei coloris spodos in qua plurimum  
gris intelligitur: sed quodcunq̄ genus lauando fit uti  
lius. Habetur & in argenti fornacibus spodos quã uo  
cant lauriorim, fortasse quã Illyriotin Hippocrates  
nescio an corrupte. Laurion certe loc⁹ erat in Attica  
ubi argenti fodinæ quondã fuerẽ, ut inquit Pausani  
as. Vtilissima hæc oculis, quæ fiat in aurarijs. Spodiõ  
& ex plumbo fit eodẽ modo quo ex ære Cyprio mō  
strauimus. Fit pompholyx & ex sola quoq̄ cadmiã,  
ut Galenus testatur. Aëtius: Inuentu, inquit, rara est  
pompholyx, & adulterari facilis. Laudatur uero nõ  
candida, sed quæ subliuet, quæq̄ carbonibus insper  
sa, flammam ignis auream uideri faciat.

ANTISPODION. DCCCCXVIII.

Antispodium est & cinis fici caprificiq̄, ac len  
tisci, e buxi quoq̄ coma est, pseudocyperi, &  
terebinthi, & cœnathes.

AESVSTVM. DCCCCXIX.

Aes uisum Græci χαλκὸν κίρκου λέγουσιν uocant. Cel  
sus uero cum cinerẽ Cypriũ uocat, aut Cypri  
um æs crematũ, aut spodium Cypriam intel  
ligit. Aegyptus collyrii modo terit in coticulis. Ful  
go æris, siue ut Aëtius appellat, ærariõs fabricorum,  
ephestra Græce dicitur.

SCORIA AERIS. DCCCCXX.

Scoriam metalloꝝ Græci & scoriam, & cibdelin  
uocant, ut Photioni placet.

FLOS AERIS. DCCCCXXI.

Flos æris, hoc est χαλκὸν ἄνθος, differt a chalcã  
cho, quod atramentum est futuriũ. Differt & a  
squama, quæ uiatq̄ ictibus, clauis & panibus  
ærẽs excutitur: flos uero ex iisdem cadit sponte. Fit  
autẽ in ærariõs officinis, iam fuso ære atq̄ percocto,  
additis etiamnum carbonibus, paulatimq̄ accensis:  
Tum repente uehemẽtiori fiat exputur æris pala  
quædã, (ut Plinij uerbis utar) quod plegma floremq̄  
uocant. Est autẽ pala proprie, ut inquit Strabo, pur  
gatoris auri gleba semilibralis, a quo translatur id no  
mia dici massas auri scribit, in puteis repertas decus  
sis pondere, quas & palacranas uocant: sicut minutũ  
quod est, balancem. Democritij chymistæ Aphrodi  
tes sperma, hoc est Veneris semen: nam & ipsum æs  
nõ alio q̄ Veneris uocabulo pronuntiant. Idẽ ascion  
chalcon pro æris flore accipiunt, hoc est, quasi exum  
bratum æs interpretet. Sunt qui florẽ diuersum intel  
ligant a plegmate, sed ratio faciendi eadẽ. In utroq̄  
solum quo plegma excipiat, stratum esse iubent.

SQUAMA AERIS. DCCCCXXII.

Squama, hoc est ἄκρίς, etiam e ferro in usu est, ex  
sacie aut mucronibus maxime simili, sed acio  
re uĩ rubigo. Cyprios clauos, de quibus hic ha  
betur mētio, Palladius Cuprinos clauos, & Cuprinũ  
æs, pro Cyprio ære appellat. Aeris, inquit Celsus, dug  
species sunt: alia tantũ æris, alia rubri æris. Veteres  
ipsum æs inde impoluitq̄ dicebant raudũ siue rodũ,  
unde porta Romæ q̄ arata esset, raudera, & raudu-

scula siue raudusculana uocaretur. Quid si pomi ge  
nus inter citrea, quod rantium uulgo dicitur, ab æris  
colore quasi raudum uocaris: hoc est fuluum. Est enĩ  
fuluum æs, ut inquit Ennius: q̄q̄ & Neratio fortas  
sis iuuentore Neratiũ dici potuit: nisi quis non ranti  
um, sed Aranium quasi Arianiũ, id est, Persicum, a gen  
te uelit appellatũ. Est enim Aria ut inquit Hellenicus,  
& si recte memini, etiam Herodorus & Plinius, & cæ  
teri, Persica quædã regio. Quid item si malli Aranti  
um ab Arantia oppido Achaïæ dictũ conicias: quod  
& pomis fertile scribunt fuisse: a quo effectu posteri  
phliunta nominatũ, ut inquit Stephanus. Proinde  
Lacedæmoniẽ mensẽ in quo terra fructibus abund  
dat, phliasion appellant. Accedit quod Herculem ma  
la Hesperidũ Arantiam primũ tulisse credunt, autore  
Pausania. Sed ueror ne quis me aliã inuidiã obno  
xium, etiam nimio iuuandi rem Latinam studio, la  
psum prædicet.

SQUAMA ALTERA HOC EST  
STOMOMA. DCCCCXXIII.

Stomoma genus est squamæ subtilius, ex sum  
ma uidelicet lanugine decussum.

AERUGO RASILIS. DCCCCXXIII.

Aerugo rasilis quã Græci uocant ion xyfion, 634  
minus probatur e squamis. Ocyssime cõtra  
hit æruginẽ coronariũ æs. Aeruginem maxi  
me Rhodiã adulterant marmore: deprehẽditur pa  
pyro galla prius macerato: nigrescit em statim æru  
gine illita. Deprehenditur & uisũ, maligne uirens. Ae  
rugo æris a Columella est ubi aenea rubigo dicta sit:  
a Vitruuio eruca nominatur, eadẽ quæ rasilis a spe  
cie uermiculi eius, ut conicio, qualis Rhodo finge  
batur: ob id & genus alteræ æruginis, ut mox lique  
bit, scolex appellabatur: nam & morbus quidã arbo  
rum nunc rubigo, ut Plinius, nunc ærugo appellat⁹  
est, ut Hieronymus, quẽ Græci erysiben, Rhodiẽ ere  
thiben uocant, a colore, ut nos rubiginẽ: a quo & ro  
bur dictum sit, quia plurimas huius coloris quasi ue  
nas habeant.

AERUGO SCOLECIA. DCCCCXXV.

Scolecia ærugo sit & per se rasa, ex ærario lapi  
de quẽ chalcitin uocant. Nominatur autẽ scole  
cia siue scolex, uel quia se contrahat in uermicu  
los sponte, uel quia fingatur in eoa arte. Aristoteles:  
In Cypro, inquit, insula ærariõs fornacibus, ubi chal  
cites lapis pluribus diebus uritur, uermiculi medio  
igne quadrupedes & pennati nascuntur, paulõ mu  
scis grandibus maiores, qui per ignem ambulent &  
saliant, quandiu ibi sunt, uiuentes: cum euasere lon  
gius paulõ, moriuntur: pyralides siue pyroti nomi  
nantur: uel, ut in quibusdam Plinianis codicibus, py  
raustæ.

AERUGO AVRIFICVM. DCCCCXXVI.

Aerugo aurificum, hoc est santerna, quẽ a Gre  
cis ios chrysochoon & chrysocolla dicitur, 635  
gluten est & ferrumen auri eius, quod argen  
tosum uocant: signumq̄ est, si addita ea nitescit. E di  
uerso ærosum contrahit se, hebetaturq̄: difficile at  
nectitur. Fit autem id glutinum præter ea quæ a Dio  
scoride scribuntur, etiam auro & spuma argenti ad  
ditis, unatq̄ contritis. Vtrum uero santerna hæc, an al  
terũ genus intelligatur a Theophrasto chytos argy  
ros, hoc est argentum fusile, quum dicat, & mortario  
& pistillo æris terendo confici & aceto, nondum li  
quet.

quet. In fantema certe sola, quod quidē sciā, mortariū & pistillū ex ære Cyprio desiderat: sed cum urina im-  
puberis, nō aceto. Inuenio & argentū mentitum, hoc  
est pseudargyron uocari, quod ex lapide quodam  
ulso fiat Anderis in Troade: itemq; in Lydia prope  
Tmolū: huic æs addendo mixtura puenit, orichalcū  
à quibusdā appellata, ut Straboni placet. Ceterū chry-  
socolia dicitur & panificū quoddā genus, ut in triti-  
co docuimus. Santernā fortasse dictā putem, quasi  
xanthernam: quippe cū legamus æruginem hanc à  
Græcis quandoq; dici xanthesin, à colore flauo, qua-  
lis aureus est: ob id & latex diuinus ille tingendo au-  
ro chymistis tantopere quæsitus, plerūq; ios xyftos,  
& ærugo nominatur.

AER VGO VSTA. DCCCCXXVII.

AER VGO FERRI. DCCCCXXVIII.

577

**A**Erugo ferri, hoc est rubigo, deraditur humi-  
do ferro, clauis ueteribus. Hac Telephū Achil-  
les sanasse proditur: q̄q̄ id quidam ex ærea  
cuspide factum interpretantur.

FERRVM. DCCCCXXIX.

**F**errum Græce *σίδηρος* appellatur, candens hoc ni-  
si duretur ignibus, corrumpitur. Rubens inha-  
bile est tundendo, neq; anteq̄ albescere incipiat,  
aceto & alumine illitum fit æris simile. A rubigine  
uindicitur cerusa, & gypso, & pice liquida. Hæc est  
temperatura à Græcis antipathia dicta. Ferunt qui-  
dam & religione quadam id fieri.

SCORIA FERRI. DCCCCXXX.

PLUMBVM ELVTVM. DCCCCXXXI.

PLUMBVM SYNCERVM DCCCCXXXII.

578

**P**lumbi halitus combusti canes ocysissime inter-  
ficat, sicut omnium metallorū muscas, & culices: q̄  
obrem nō sunt ea tædia in metallis. Plumbum  
cremari, cui cerusa sit admixta pari portione, aut  
hordeū, spodio Cyprio à medicis præfertur. Retostū  
plumbū est quādo uocetur à chymistis *λευσομα*. La-  
minis plumbi ad lumborū renumq; partes adalliga-  
tis, somnia Veneris inhiberi prædicant: quod & Cal-  
uus orator, & Franciscus Barbarus auus meus fece-  
re. Athletas Galenus eo remedio uti solitos affirmat.  
Plumbū Græci molibdon uocant. Multū æris in plum-  
bo esse argumentū est, quod in statuis aspicitur: plū-  
bum enim quod pedes earum lapidibus ferruminat  
& annectit, ita plerūq; intumescit, ut ex ips lapidib<sup>9</sup>  
crystalli modo pendeant uerrucæ. Multa plumbi ge-  
nera cōnumerant chymistæ Græci. Marinū sordet,  
& asperū est: Sabyesium & Dalmatense nitet, ac mol-  
le dicitur. In Sardiniano teneritas & ærositas aspicitur.

SCORIA PLUMBI. DCCCCXXXIII.

LAPIS PLUMBARIVS. DCCCCXXXIII.

579

**L**apis plumbarius, hoc est molibdoides, differt  
à molibdæna hoc est plumbagine, ut statim  
constabit.

STIMMI. DCCCCXXXV.

580

**S**timmi, nos stibiū, & stibi dicimus, in argenti  
metallis inuenitur, spumæ lapis candidæ nitent-  
isq; non tamen translucentis. Aliqui alabastrū  
uocant: alabandū, & alabandiciū Aëtius. Duo eius ge-  
nera: mas horridior scabriorq; & minus pondero-  
sus, minusq; radians: arenosior foemina, quā magis  
probant: nitet friabilis scissurisq; nō globis dehiscēs.  
Platyophthalmion uocatur, quia dilatat oculos. Gy-  
neceon quia mulieribus obseruiat cilia tingentibus,  
semiorbesq; pingentibus: unde scitum illud, Græce

triam exercere foeminas in cilio, præsertim in Hispa-  
nia. Hippocrates certe stibiū significat, ut Galeno pla-  
cet, aut cruistas in eo inuentas, quoties tetragonū in  
medicina nominat. Democritus stibiū nisi locis distin-  
guit, Italicum, & Chalcidionum prodendo. Quidā  
non adipe utuntur coquentes, sed fimo bubulo. Habe-  
tur & stimmi cognomento regis Alexandri, sed cō-  
positio medicamenti ea est ad oculos rhyadas, hoc  
est qui de lachrymationem arcere non possunt, quin  
per maxillas defluat.

MOLIBDÆNA. DCCCCXXXVI.

**M**olibdæna hoc est plumbago, quā & Gale-  
nam uocamus, cōmunis est plumbi & ar-  
genti uena. Cōmendantur friabiles, & mo-  
dice ponderosæ: quæ sint fossiles, metallicas appel-  
lant. Laudatissimæ quæ in Zephyrio fiunt. Sunt quo-  
libdænam inter spumas argenti collocent. Fossilis mo-  
libdæna est, & ad uicum ergasteriam uocatur, inter  
Cyzicum & Pergamū octo & quinquaginta mili-  
bus à Pergamo distantē. Nominatur & molibdæna  
id est plumbago herba Plinio, contra serpentes, etiā  
in aruo, folio lapathi, crassa radice, hispida: quæ com-  
manducata, si oculis subinde religetur, plumbum,  
quod est genus uitri, ex oculis tollit.

SCORIA ARGENTI. DCCCCXXXVII.

SPUMA ARGENTI. DCCCCXXXVIII.

**S**puma argenti hoc est lithargyros, distat à sco-  
ria, quo à fece spuma. Lithargyros purgantis se-  
materiae uitium est, scoria purgatæ. Tria spumæ  
huius genera nostri habent: chrysitin, quæ sit ex ipsa  
uena, & est optima: secundā argyritin, ex argento;  
tertiam molibditin, plumbi ipsius tursura quæ sit Pu-  
teolis: & plerūq; omnes hi colores in eisdem tubulis  
inueniuntur. Quidā duo genera eius nouere, quæ uo-  
cant stelythida, & peumenen: tertium molibdænam,  
de qua diximus. Omnis autem spuma sit ex cocta sua  
materia, ex superiore catino defluens in inferiorem:  
eo, sublata uerruculis ferreis in ipsa flamma, cōuolui-  
tur uerruculo, ut sit modici ponderis. Est autem, ut  
ex ipso nomine intelligi potest, feruescens & futu-  
ræ materiae spuma. Differt argyrolithos à lithargy-  
ro, ut in lapide selenite diximus.

CERYSSA. DCCCCXXXIX.

**C**erussa hoc est psymmithion, colos est eādēdis.  
Fuit & terra per se in Theodotiundo Smyrne  
ad nauium picturas ueteribus: de qua tamen  
in terra Melina differendū nobis est: nunc omnis ce-  
russa ex plumbo & aceto fit. Sandyx uero ex cerussa,  
si torreatur æqua portione, rubrica admixta: q̄q̄ Ver-  
gilius herbam uidetur intellexisse uerū illo:

Sponte sua sandyx pascentes uestiet agnos,  
si Plinio & Seruio grammatico credamus, qui herbā  
dicit esse sandycem, ex qua sandycinus color fiat.  
Quidam pro colore ipso acceptam à poeta sandycē  
existimant. Pretium sandycis in libras asses bini & se-  
mis, hoc est dimidium eius, quod sandarachæ. Pau-  
lus sandycem, & syricon & sericon uocari scribit: syri-  
con Aëtius & Plinius; hinc hodiēq; Mauritanī sarcon  
eam nominant. Syricum, inquit Plinius, factitius est  
colos ex Sinopide ac sandyce mixtis, quo minium  
sublinitur adulteraturq;: nam syricum aliud genus  
est, ut in cæruleo nominauimus.

CHRYSOCOLLA. DCCCCXL.

**C**hryfocolia humor est in puteorum scrobi-  
bus, per uenam auri canaliensis defluens;  
crasse

661

662

664

669

caesefcente limo rigoribus hibernis usque in du-  
ritiam pumicis. Laudatiorem eandem in ararijs  
metallis, & proximā in argētarijs fieri compertū est.  
Inuenitur & in plumbarijs, utiior etiam auraria.  
Macedonicā Democritus aeris similit̄ ærugini descri-  
bit. In omnibus aut̄ ijs metallis fit & cura multū infra  
naturalem illā, immittis in uenā aquis leuiter hyeme  
tota usq; in Iunij mensē: dein siccatis Iunio & Julio,  
ut plane intelligatur nihil aliud chryfocolle q̄ uena  
puris. Natiuā duritiā maxime distinguit: uuā uo-  
cant: & tamē illa q̄q; herba quam luteā appellant, tin-  
gitur. Natiua est quæ lino lanæ ue ad succū bibendū  
uadit in pila, dein tenui cribro cernitur, postea mo-  
at. Demū tenuius sic cribratū, quicquid nō transme-  
at, repetitur in pila, & iterū molitur, puluis semper in  
cainos digeritur ex aceto macerandus, ut omnis duri-  
tia soluat, ac rursus tundit̄: dein lauatur in conchis  
siccat̄ q̄. Tum tingitur alumine fissili, & herba su-  
pradicta, pingitur q̄ ante q̄ pingat, nisi rapiat colorē.  
Addunt & scyranū, & turbistū: ita uocantur medica-  
menta sorbere cogētia. Cum tinxere pictores tureso  
bitin uocāt, medici acellin, quæ nō sit tincta. Duo ei⁹  
genera, pictoribus luteæ quæ seruat̄ in lomenta, & li-  
quida globulis sudore resolutis. Vtrunq; in Cypro  
fit. Alijs tribus eam generibus distinguunt: asperam,  
quæ taxatur in libras septē: mediā, quæ denarijs quin-  
q; attritam, quā & herbacēa uocant, quæ tredicim.  
Lutea poro dictā putat̄ ab herba cognomine, à qua  
etiam adulterat̄: etenim cœruleo uiridi ue sublitam,  
& pro chryfocolle inducūt uilissimū generis fallacif-  
simi q̄. Cetera ætimat̄ sesterterijs in libras. Nouitius est  
& annularius, sed candidus, quo muliebres picturæ il-  
luminant̄ ex creta, & ipse admixtis uitreis gemmis  
ex uulgi annulis, unde & nomē. Chryfocollā in Hispa-  
nia copiosissimā haberi narrat̄. Sublinunt aut̄ areno-  
sam priusq; inducāt atramētō, & paretonio. Hęc sunt  
tenacia eius & colore blanda. Paretoniū qm̄ est natu-  
ra pinguis, & propter leuorē tenacissimum, atra-  
mento inpergitur, ne paretonij cādor pallorē chryso-  
collæ afferat. Strauit chryfocolle spectaculis circi are-  
nam princeps Nero.

## ARMENIUM.

## DCCCCXLI.

Armenii siue lapis Armenius & Armeniacus,  
inter colores floridos uocatos, deponit̄. Sunt  
aut̄ colores floridi, quos dñs fingēti præstat:  
miniū, cinnabaris, chryfocolle. Indicū, purpurissimū.  
Ideo em̄ q̄ pretiosi sunt, legibus excipitur, ut à dño  
nō à redēptore representētur. Cæteri austeri nominā-  
tur. Armenia hunc mittit. Lapis est chryfocollæ mo-  
cato colore cū cœruleo in libras tricenis quondam  
nummis: nunc inuenta per Hispaniā arena, quæ simi-  
lem curā recipiat: ad denarios senos uilitas redijt. Di-  
stet à cœruleo cādore modico, q̄ teneriorē Armenio  
colorē efficit. Differt sine dubio ab Armenio ea gle-  
ba quā bolon Armeniā uocam⁹, dicendā inter cretas

## CŒRULEUM.

## DCCCCXLII.

Cœruleū siue lapis cœruleus, hoc est cyaneus,  
à Theophrasto Galenoq; cyanos masculino &  
fœminino genere pronuntiat̄. In argenti & au-  
ri metallis fit, sicut & sil: de quo prius, ut agatur, cō-  
modius est. Color sili ut ochræ luteus: qui tamē cre-  
puro sil marmoroso acetosq; restincto, abit in pur-  
pureū, qd nos expertissimus, & testatur Vitruuius at  
q; Plinius. Optimū sil quod Atticū uocatur, Pretiū in

pondo libræ xxij. proximū marmorosū quo tantū  
utuntur ad abacos: qm̄ marmor in eo resistit amari-  
tudini calcis. Hoc subdimidio Attici pretio est. Tertiu  
genus est pressum, qd alij Scyricum uocāt, ex insula  
Scyro. iam quidē & ex Achaia, quo utuntur ad pictu-  
ræ umbras, cuius pretium sesterterij bini uel octoni. At  
quod uocatur lucidum uenit & Gallia, pretio Scyrici  
dupondijs detractis, quo & Attico utuntur ad lumi-  
na. Effoditur & ad uigesimū ab urbe lapidē in mon-  
tibus: quod quidē crematum adulteriū est pressū. De-  
prenditur amaritudine, & quoniā resolutū est in pul-  
uerem. At cœruleum nō limus, sed lapis & arena est.  
Huiusgenera tria ueteribus fuerunt, Aegyptiū, quod  
ad syncera meraca q; lomenta maxime probaretur:  
Scythiū ad dilutiora: etenim hoc dilui facile: cum q;  
teritur, in quatuor colores mutatur, candidiorē, ni-  
griorem, crassiorē, tenuiorē: q̄ hoc cœruleo in com-  
mune Theophrastus, nō Scythico solū tribuit. Terti-  
um quod & præferebatur Scythico Cypriu. Adul-  
teratur aut̄ Aegyptiū, ut idem Theophrastus ait, quod-  
dam genere, idq; in gloria regis Aegyptij ascribitur, q;  
primus tinxit. Alio loco Plinius hæc tria cœrulei siue  
cyanei fastigia Aegyptiū, Scythiū & Cyprium, in-  
ter gemmas nescio q̄ recte collocauit, ut in castiga-  
tione Pliniana indicauimus. Etenim scire oportet, cy-  
anon etiam gemmā esse proximā & germanā iaspi-  
di. Ea uero de qua hic agitur, metallicam & arrosam  
esse. Ea res peperit errorem scribentibus, ut utrunq;  
genus pro uno ceu obliti confunderent. Accessit his  
Puteolanū & Hispaniense, harena similiter ibi cœpta  
confici. Vitruuius cœruleum ait fieri harena cum ni-  
tri flore in farinā contrita, & gris Cyprijscobe admix-  
ta factis orbiculis: qui siccati urceo fictili conduntur  
in fornace ut confudent, atq; ita cœruleū colorē præfe-  
runt. Tingitur aut̄ omne cœruleū, & in sua coquitur  
herba, bibitq; succū. Reliqua curatio eadē quæ chry-  
focollæ. Ex cœruleo fit quod uocatur lomentū. Persi-  
citur id lauando terendo ue: & hoc est cœruleo can-  
didus. Pretia eius xxij. in libras: cœrulei xviij. Vfus in  
Creta calcis impatiens. Nouissime superuenit Nesto-  
rianum, ab autore Puteolis id curante. Fit ex Aegy-  
ptij leuissima parte: pretium xl. in libras. Idem & Pū-  
teolanū usus, præterq; ad fenestras. Vocant cyllon. Est  
& subtilissimū genus lomenti quinis assibus taxatū,  
quod Atticum uocant, hoc est, ut puto, λεῖωμα: q̄q; lo-  
mentum ipsū à Theophrasto λεῖωμα dici uideo. Cœ-  
rulei synceri experimentū in carbone ut flagret. Frau-  
datur uiola arida decocta in aqua, succosq; per linte-  
um expresso in Cretam Eretrian. Sile primi institue-  
re pingere Polygnotus & Mycon, Attico dumtaxat.  
Hoc secuta ætas ad lumina est usa: ad umbras autem  
Scythico & Lydio. Lydiū Sardis emebatur: quod nūc  
ut ait Plinius obmutuit. Difficillime teritur sil: ab hoc  
ut arbitrantur aliqui silatum uinū, quod & sil uoca-  
tur & silaceus color. Sil & Ausonius pœta nominat,  
Latialis an peregrina sit uox, addubitan. De uino sil  
Cornelius mentionē habet. Silatum poro & ienta-  
culum & prandiculū dicebant: quoniā ieiunis & ante  
prandiū uinum bibere meracum moris esset: autor  
Festus: ob id Græci dianestimon & acratisma id ap-  
pellabant. Sunt qui à selsi quod tordylon & sile dicitur,  
silatum uinum deriuent: sed autorem nec ij ubi-  
lum habent. Erat autem ientaculum, ut Athenæus  
tradit, buccæ ex uino: quod genus barbari à uino &  
pane uippam uocant.

COROLLARIUM,

INDICVM. DCCCCXLIII.

**I**ndicum cœruleo proximum est, ex India nō pri-  
dem, ut Plinius inquit, apportari ceptum: cuius  
pretium in libras xvij. alibi denarios uiginti red-  
ditur: in exploratæ sibi hoc inuentionis fuisse tradēs,  
& inter cœrulei genera constituens. Ratio in pictura  
ad incisas, hoc est umbras diuidendas ab lumine.  
Quod ex India, inquit, uehitur, harundinū spuma ē,  
adhærescente limo, cum teritur, nigrum: at in diluen-  
do mixturam purpuræ, cœruleiq; mirabilem presen-  
tat. Alterum spuma est purpuræ. Adulterant uero In-  
dicum stercora columbina, uel cretam Selinusiam  
uel anulariam uitro inficientes, ut Vitruuius ac Plini-  
us testantur. Probatum carbone: reddit enim syncerū  
flammam excellentis purpuræ, & dum fumat, sapit  
mare: ob id quidam ex scopulis id colligi putant.

OCHRA. DCCCCXLIIII.

**O**chram Iuba tradit in insula rubri maris To-  
pazono gigni: sed inde nō peruehitur ad nos,  
inquit Plinius. Ochram si quis interpretari cu-  
piat, luteam aptissime conuerterit: nisi lutea ut herbe  
& chrysocollæ genus esset. Exoleuit, inquit, Attica  
ochra, Vitruuius. Inuentebatur autem tum multis lo-  
cis etiam in Italia.

CINNABARI. DCCCCXLV.

**C**innabari ueteres usi sunt ad monochromata,  
hoc est ad ea quæ coloribus singulis pingebā-  
tur. Adulteratur sorbis tritis, aut caprino san-  
guine. Pretium synceræ nummi quinquaginta. Est au-  
tem cinnabari siue cinnabaris uera sanies draconis  
elisi elephantorū in pugna commorientium ponde-  
re, permixto utriusq; animalis cruore. Neq; alius est  
color qui in picturis proprie sanguinem referre pos-  
sit. Pinxerunt & Ephesio minio, ubi primū id repertū  
est, autore Theophrasto ac Vitruuio. Vtrumq; omi-  
sum est inquit Plinius, quia nimis acre existimabāt:  
tum quia curatio magni operis erat, ideoq; trāsire  
ad rubricam & Sinopiden. Minium sane inter pigmē-  
ta magnæ autoritatis fuit: quando & Iouis ipsius si-  
mulacri faciem festis diebus miniamdam censores lo-  
cabant. Triumphantium quoq; corpora minio lini  
solita leguntur: ideo & in unguenta triumphalis cœ-  
næ addebatur. In Aethiopia & totos tingi proceres,  
& deos hoc colore mortis fuit. Inuentū Theophrastus  
tradit hanc multo añ se à Callia Atheniense, initio sperā-  
te aurum posse excoqui harena rubente in metallis  
argenti. Reperiebatur tamen, inquit, iam tum in Hi-  
beria, (malo enim ita q̄ in Hispania conuertere, ut in  
castigatione Pliniana diximus) sed durum & hare-  
nosum: item apud Colchos in rupe inaccessiblei, decu-  
tiendum sagittis: sed id esse adulterū, optimum autē  
supra Ephesum. Clibanis agris Iliba minium scripsit  
nasci, & in Carmania & Aethiopia. Harenam illam  
Ephesi quam diximus, cocci colorem habuisse præ-  
dicat. Hanc teri solitam, dein lauari: & quod subsidat,  
iterum lauari. Differentiam artis esse, qua alij minium  
faciunt prima lotura, apud alios dilutius id esse: pro-  
ptereaq; plysma dici: sequentis autem loturæ opti-  
mum. Minij uenæ Romæ ex Hispania signatæ perfe-  
rebantur, ad dena milia fere pondo annua: Romæq;  
lauabātur, statuto lege pretio, septuaginta in libras,  
officinis eius inter ædem Floræ & Quirini positis:  
atq; hoc uerum erat minium: quod uero Dioscorides  
commemorat adulterinum ac deterius. Namq; est  
alterum genus in omnibus fere argentarijs & plum-

barijs metallis, quod sit exusto lapide uenis permix-  
to: non ex illo cuius uomica liquoris æterni argen-  
tum uiuum nominat, sed alijs simul repertis, qui ste-  
riles etiam sunt plumbi, nedum argenti. Tales crema-  
ti tunduntur in farinam, & hoc est secundariū minium,  
per q̄ paucis notum, multū infra naturale illud sabu-  
lum: hoc ergo adulteratur minium in officinis, unde  
præda societati: item syrico. Sublini autem syrico mi-  
nium compendij ratio monstrauit, & alio modo fur-  
tis oportunitas erat, pictoribus plenos subinde peni-  
tillos abluentibus: Sidit enim in aqua minium con-  
statiq; furantibus. Syncero cocci nitore: secundarij au-  
tem splendor in parietibus sentire debet imaginem:  
q̄ hoc rubigo quædam metalli est. Sisaponesibus  
autem miniarijs in Betica, unde ad nos nec aliud fere  
inuehebatur, suæ uenæ. Harena excoquitur, sine argē-  
to: q̄ ea contrā quam alijs regionibus: id q̄ celeritū  
auri modo probatur ferro, & melius auro retinet mini-  
um. Fucatum quod est, nigrescit: syncerum retinet mini-  
aceum colorem. Inuenio & calce adulterari. Solis atq;  
lunæ contactus inimicus. Vindicatur ab hac iniuria,  
si parieti siccato cera Punica cum oleo liquefacta  
candens setis inducatur, iterumq; admotis gallæ car-  
bonibus, aduratur ad carbonem usq; postea candē-  
lis subigatur, ac deinde linteis puris, quo modo & si-  
gna nuda marmorea nitescunt, quæ loricio Cræce  
appellatur coniasis: autor Vitruuius. Minium in uo-  
luminum quoq; scriptura usurpatur, clariore q; lico-  
ras, uel in auro uel in marmore, etiam in sepulchris  
facit. Inter uenena esse minium nemo dubitat.

HYDRARGYROS. DCCCCXLVI.

**H**ydargyros siue hydrargyron, ex minio fit  
tantum secundario. Apolpermatissimum dra-  
conis non desunt qui uocent in arte chymica  
hydrargyrum, ut fel draconis hydrargyrum quod ē  
stanno fit: & quod ex auro, discum solis. Fit & ex mar-  
more, ut Vitruuius refert, argentumq; id uiuum no-  
minat. Sudor calici deterfus in confectura hydrargy-  
ri liquorem aquæ habet, argenteo colore, unde nomē  
hydrargyro. Idem guttis facile diuiditur, & lubrico  
humore confluit. Hydrargyro quemadmodū & ar-  
gento uiuo, argentum inauratur solum nunc prope:  
cum & in æra simili modo aurum duci legitimum quō-  
dam fuerit. Sed alia ratio inuenta est uiliori mate-  
ria, ut paulo post dicemus. Quæ autem hic de noxa  
hydrargyri à Dioscoride scribuntur, Plinius argento  
uiuo tribuit. Credo hydrargyri gen<sup>9</sup> haberi duplex:  
factitium quod proprie hydrargyron dicatur: & me-  
talicum, cui sit argenti uiui nuncupatio dicata. Est  
autem argentum uiuum argentei liquoris uomica,  
qui in lapide in uenis argenti reperto, inuenitur: qui  
& ipse in argentum excoquitur, & achrosyalon lapi-  
uatim uocatur à chymistis: q̄ & pro scitheryte lapi-  
de aphrosyalos ab ijs accipitur. Venenū rebus omni-  
bus est argentū uiuum. Omnia ei innatant præter au-  
rum: id unum ad se trahit mere: ideo & optime pur-  
gat, cæteras eius sordes expuens, crebro iactatu ficti-  
libus in uasis: ita uitjs eius abiectis, ut & ipsum ab au-  
ro discat, in pelles subactas effunditur, perq; eas su-  
doris uice defluens, purum relinquit aurum. Ergo &  
hoc cum æra inaurantur, sublitū bracteis pertinacil-  
sime retinet, uerumpallore detegit simplice scarum  
aut prætenues: quapropter id furtum quærentes,  
oui liquore candido usum eum adulterat, mox & hy-  
drargyro. Inaurandū uero æs cruciatur ignibus acce-  
sumq;

668

669

lumq; restinguitur sale, aceto, alumine: postea exare natur: an satis recoctū sit, splendore dependente: Itc tumq; exhalatur igni ut edomitū mixtis pumice, alu mine, argento uiuo inductas bracteas accipiat. Argenti uiuum nō large inueniri solitū affirmant. Cādidum id & fugaci corpore, nec usq; consistens: omne tamen corpus fusile recipiens atq; in se contrahens. Qui metallicas species adulterant, & chymistę à fundendo appellantur, siue à succis quos herbarę maxime conquirunt, immutāt rebus nomina: siue ut alijs ut pręstigijs suas, uel ut quędam mysteria, uenerabiliores faciant. Argentū uiuum Hermę, hoc est Mercurium appellant, sed aliter q̄ Gręci: Aurum solem, Argentum lunam, & alia ferē ad hunc modū omnia. Multos huc auaricia sola compulit frustra, nondum inuenio, qui non oleū & impensam perdidit, ut de ipse iure dici possit, quod Demetrius Phalereus in eos cauillatus est, qui aurum per cauernas scrutantur, et in eam spem patrimonij sua conferunt & absumūt: *ὁ μὴ φέρον, οὐκ ἔλαβον, ἔδ' ἔργον, ἀπὲρ βαλον*, hoc est quę capere debuerant, non ceperunt: quę possidebant, amiserunt, ut Athenęus, & ante ipsum Strabo meminuit. Argentum eos uiuum pręcipue torquet, indignantes tam proximā argenti probi spem elabi modo posse, nec spissari aut inhiberi motum eius ullo fere modo posse. Argentū quidem iam tingitur tam simili colore auri, ut nec marcule, nec coticula, nec pondere, nec alio q̄ lateris & igniū argumento deprehēdatur: quę probatio cōmenticia & cupellaria uocari solet, quoniā cōmentum illud, hoc est laterculis in cupa uratur. Malum hoc iam late patet: nec auaritas & ostentatio diuitiarę ludicra, totis abacis ex hoc adulterio uel principū epulas ornantibus. Hinc passim moneta falsa cuditur pręsertim Veneta: maiore furto, quia nullū sit aurum uel argentū Veneto syncerius. Pręfertur omnibus nummis orbe toto Venetus. Huic crimini decemuiralis potestas nō aliter q̄ aut lese maiestatis, aut uiolatę religionis obiecta est. Nihil ferē tamen aut graues pœnæ fontibus constituta, aut immensa pręmia deferentibus proposita iuuere. Non erat prius cautū, ne cui liceret metallas esse patiebatur. Hoc ipso anno quo hæc prodim, chymistas quoq; ipsos capitales fecere: simul ut occasionē sceleris adimerēt, simul ne quis ætatem suā tereret in follibus, & ustrinis, & capūculis futilibus: quę iam conuicio desidię choridiola, siue scoridiola Gręce nominantur.

## RVBRICA SINOPIS. DCCCCXLVII.

**R**ubrica Sinopis quam Celsus minium Sinopicum appellat, inuenta primū in Ponto dicit. Nascitur rubrica & in Aegypto, & Balearib, & Africa: sed optima in Lemno & Cappadocia, ut in mentionibus duabus proximis indicabitur. Species Sinopidis aut Sinopicę tres: rubra, & minus rubens, & inter has media, quę pręfertur omnibus: quia minus adulteretur, ob id & autarcen uocari Theophrastus eam prodidit. Pretiū optimę in libras XII. denarij usus ad penicillū, aut si lignū colorare libeat: quę plus rubet, utilior est abacis. Idem pretium eius, quę pręfior uocatur, & est maxime fusca. Usus eius ad bases abacorum. In medicina quoq; blandus emplastris & malagmatis quę dicuntur phæa, Troianis

etiam temporibus rubrica, hoc est milto in honore fuit Homero teste, qui naues *μυλοπαρήους* commendandi gratia uocauit, alioqui rarus in picturis. Rubrica & in ferrarijs metallis nascitur picturis apta. Fit & ex ochra, ut dicemus. Quid sit apud Columellam in apum cura lutum Punicum, nisi sit rubrica, non satis uideo. Legitur sanē rubricā ex Africa uenire quā circulum uocabant, cuius pretiū octoni asses. Legit & lutum Venetū, abluendis maculis quę sitū, de quo & Martialis poëta meminit: nisi quis hanc intelligat, quā dixi pręfiorē uocari & maxime fuscam esse.

## RVBRICA FABRILIS. DCCCCXLVIII.

**R**ubrica fabrilis, hoc est milto tectonice, utilis sima fabris est, quę in Aegypto nascitur & Africana: quoniā maxime forbetur. Hęc & in Lemno fit, diuerso genere ab ea quę sphragis appellatur: sicut & qua linearij fullonesq; utuntur, in lauando extergendoq; uiribus pręcipua. Galenus auctor. Ochra excoquitur in rubricam, ollis nouis luto circumlitis. Cōmentus hoc esse dicitur Cydius quidam, incensis casu officinis: quod magis arsit in caminis, hoc melior, quia nigrior & carboni similis efficitur. Vt cunq; talis rubrica deterior q̄ natiua semper, ut Theophrastus inquit.

## RVBRICA LEMNIA. DCCCCXLIX.

**R**ubrica siue terra Lemnia, quā Celsus minij glebam uocat. Palmam huic dedere minio proximam. Hęc est antiquis multū celebrata, cū insula sua in qua nascitur. Hac minium sublinunt adulterantq;, qualis & in Cappadocia effoditur speluncis: quę saxi adhæsit excellere existimatur. Glebis suis color, extra maculosus: hac usi sunt ueteres ad splendorē. At sphragis uocatur, inquit Galen, quoniā Dianę signū habeat à sacerdote impressum: nec animalium sanguinē misceri, sed triticum & hordeum piamenti gratia illi tertę dari. Rubet ambusti modo tumulus in Lemno: ubi hæc legitur, prope opidum Ephestiada cognominatū, quod in eum locū Vulcanus ceciderit: quod orientem spectat insula. Ibi nihil iuxta nasci aut uirere. Siccat Lemniam, nec remollescere sub digito protinus tactam, ut rubrica. Philoctetem sanatum ea ex hydri morsu Philostratus scribit: ob eamq; rem nouum insulæ nomen inditū, ut pro Lemno diceretur Acesa. Huius insulæ uectigalia senatus populustq; Romanus concessit Atheniensibus fouendo.

## CHALCANTHON. DCCCCCL.

**C**halcanthum, aut chalcantios, aut chalcantios, ut Strabo appellat, à Cornelio Celfo atramentū sutorium ferē semper conuertitur: cognitionem æris Gręci nomine fecerunt. Fit in Hispania è puteis stagnisq;, id genus aquę habentibus. Decoquitur ea admixta dulci pari mensura, & in ligneas cortinas funditur. Immobilibus super has transtris dependent testes lapillis extentę: quibus adhærescens limus, uitreis acinis imaginem quandā uuæ reddit. Exemptum ita siccat diebus xxx. hoc *ἰσθῆρ* uocant, quod fit & salis modo, flagrantissimo sole, admissas dulces aquas cogente. Color est ferrugineus, siue cœruleus perq; spectabili nitore, uitrumq; eē creditur. Diluendo fit atramentū tingendis corijs. Fit & pluribus modis genere eo terrę in scrobibus cauato, ut Dioscorides tradit. Purissimū est quod stalaetida, siue stalagmiam, hoc est stillatitium uocant.

COROLLARI,

Sed ex eo candidū colore uiolam sentiente leucoion nominant: cætera uiolacea. Fit autem quod pecton uocatur, & in saxorū catinis pluuia aqua corruato limo gelascente, à quo & nomē habet. Factitium pallidius est quā fossile, quantū colore, tantum & bonitate uincitur. Maxime probant Cypriū in medicinē usū, quod & solum Possidonius esse credidit. Chalcanthū Galenus in chalcitin lapidem mutari tempore, incipiens à superficie, testatus est. In harena urforum & leonum ora chalcantho aspergi solita dicuntur: tantū erat uis in astringendo, ut mordere non possent. Differt χαλκῖον ἄνθος id est æris flos à chalcantho latius quā ut monendū sit: etiam si Democritus in chymicis florem æris dicendo, chalcanthum intellexisse uideatur: ut chalcāthum nominādo luteum oui significare uoluit. Atramentū est & quod melantheriam Græci dicunt, explicandū suo loco, item quā melan. Differt calacanthum à chalcantho, quod illud herbæ genus est, muscas muresque necans, nec aliud de ea proditū inuenio: quā Græci uulgo calacanthum accipiunt pro chalcantho.

CHALCITIS LAPIS. DCCCCLI.

671 **C**halcitis hoc est lapis ærarius ita dicitur, quoniam ex ipso æs coquitur. Distat à cadmia fossilis: quod illa ex subdialibus petris cæditur, hic ex obrutis. Item quod chalcitis friat se statim, natura mollis, ut uideatur lanugo concreta. Est & alia distinctio, quod chalcitis tria præter se genera complectitur, æs, misy & fori. Habet autē æris uenas oblongas. Probat mellei coloris, gracili uenarū discursu. Putant & recentem meliorem esse, quoniam uetustate fori fiat. Maceratur autem in fistilibus ex aceto circumlitis fimo, diebus xl. & colorē croci trahit. Chalcitis inueterata, ut Galenus inquit, etiam in misy trāsit, à summa cute incipiens.

MISY. DCCCCLII.

672 **M**isy quidam putauere fieri exusto lapide in scrobibus, flore eius luteo, miscente se ligni pinea fauilla. Reuera autem ex chalciti fit lapide, concretū natura discretumque: optimo cum teritur, harenosa qualitas siue terrea, similis chalcitidi. Hoc miscent: aurū purgant: lapidosus est quā fori.

MELANTERIA. DCCCCLIII.

673 **M**elanteria ex nomine quidem ipso atramentum significat: quemadmodū & melan, de quo post dicemus. Differt quod melan factitium, & libarium siue scriptorium atramentum est: melanteria uero terra.

SORI. DCCCCLIIII.

**S**ori Cypriū oculis utilius, cæterō superatur ab Aegypto. Alterius nationis fori quā Aegyptium si teratur, splendet. Sori crassius est quā misy. Chalcitis mediam inter ea qualitatē habet. Galenus autor: Describitur fori à Democrito cœruleū, scabrū, semper inueniri solitum in ipso misye, uocatum ab aliquibus chalcanthum uiride.

DIPHRYGES. DCCCCLV.

674 **Q**uatuor habent qui æs perficiunt: æs, scoriam, florem, diphryga: æs ipsum in catino defluit: scoria extra fornaces: flos supernatat: diphryges remanet, autor Plinius: Quidā perhibent in fornacibus globos lapidis qui coquantur, ferrum inari: circa hunc æs feruere: ipsum uero non percoqui, nisi translatum in alias fornaces, & esse nodum quendam

materiæ, id quod relinquitur ex cocto diphryga uocari.

ARSENICVM. DCCCCLVI.

**A**rsenici siue arrhenici tria genera: coloris in auro excellentis: aliorū pallidius & sandarachæ similis, quod sit deterius: tertium quo miscetur aureus color sandarachæ, quasi ex prioribus duobus iunctum. Vtraque hæc squamosa, illud uero siccum purumque, gracili uenarū discursu fissile. Arsenicum nos & auripigmentū uocamus, ut Paulo & Vitruuio, & Plinio, & Celso placet. Democriti chymistæ androdamanta quandoque hoc appellant. In Carmania duos haberi montes Onesicritus tradidit: alterum arsenici, alterum salis.

SANDARACHA. DCCCCLVII.

**S**andaracha inuenit & in insula rubri maris Topazono, ut ochra: sed inde ad nos importari negant. Inuenitur autē & in aurarijs & argentarijs metallis, ut in Paphlagonia Pimolifeno tractu, urbe Pompeiopoli. Sed & in Scythia proxime flumen Hypanin optima. Fit & adulterina ex psimythio in fornace cocto: idque incendio facto ex casu repertum est. Colos esse debet flammeus, pretiū in libras asses quini. Vitruuius multo meliorem usum præstari ex fictitia quā ex fossili sandaracha pictoribus existimat.

ALVMEN. DCCCCLVIII.

**A**lumen Græcis ab astringendo stypteria dicitur. Qui uolunt hoc exprimere, saluginem terræ finiunt. In Cypro candidum & nigriū, exigua coloris differentia, cum sit usus magna: quoniam in sciendis claro colore lanis pellibusque, candidum liquidumque utilissimum est: contra fulcis atque obscuris, nigrum: ob id bysodepsicon utrunque cognominatur. Et aurum nigro purgatur. Fit autem omne ex aqua limoque, hoc est terræ exundantis natura, corruatum hyeme: solibus æstiuis maturatur. Quod fuerit ex eo præcox, candidum in Macedonia: datissimum in Aegypto alumen, proximum in Melo: quā in medicina Aegypto prælatum. Nascitur & in Hispania, & Ponto, & Strongyle insula. Phorimon uocatur liquidum, cui notæ optimi respondeant: quod an sit adulteratum, deprenditur succo punici gemali: synceræ enim mixtura eius nigrescit. Est & genus alterum, quod paraphoron uocant, pallidæ & scabræ naturæ, & quod inficitur galla. Concreti uero aluminis genus id quod trichitin appellauerunt, fieri arbitrantur ex lapide: propterea & chalcitin uocant, quem Hippocrates Meliada: quia fit è Melo, nominat: ut sit sudor quidam eius lapidis in spumam coagulati. Strongyle duas habet species, fungosum atque omnium ore dilui facile, quod in totum reicitur: melius pumicosum, & foraminum fistulis simile spogigæ, nec inficiens nigritia. Optimum ex omnibus rotundis Melinon. Aluminis, ut breui comprehendā, sex habentur Galeno summa genera: scissum siue scissile, rotundum, astragaliores hoc est talare: hygron id est liquidum: placitis, & plinthis: hoc est crustarium, & latercularium. Alumine prælita non incenduntur: id quod & obsidione Athenarum sub L. Sylla Quadrigarius compertum scribit.

SVLPHVR. DCCCCLIX.

**S**ulphur Græce θείον: nascitur in insulis Aëolijs inter Siciliam & Italiam, quas ardere cernimus. Nobilissimum in Melo: sed & Neopolitano Campanoque agro collibus, qui uocantur Leuco.

Leucogæi. Libyæ cuniculis effossum curatur igni. Genera quatuor: uiuum, hoc est apyron, siue ignes non expertum: gignitur solidum id est glebosum, eoque uno ex omnibus generibus medici utuntur: cætera liquore constant, & perficiuntur oleo incocta. Viuum effoditur, transluceatque uiret. Alteri genus appellat bolon: quidam pro sulfure tantum crudo bolon capiunt. Tertium uocatur egula: cuius unus duntaxat usus ad suffiendas lanas, fullonum officinis: quoniam candorem tantum molliemque confert. Quarto utuntur ad ellychnia maxime conficienda, ex eo cautum uocant. Cæteri tanta uis est, ut morbum fonticum deprehendat nidore. Lufit & Anaxilaus quoque, condens in calice nouo, prunaque subdita circumferens, exardescens repercussu pallorem ditum uelut defunctorum effundente conuiuis. Harpacticon siue harpax appellatur in medicamentis, à celeritate uellendi. Habet & in religionibus locum, ad expiandas suffitu domos. Sentitur uis eius & in aquis feruentibus: neque palia res facilius accenditur. Fulmina quidem & fulgura sulfuris odorem habent: ac lux ipsa eorum sulfurea est. Porro sulfur in uenis terræ ceu de coctus quidam adeps est, tam ualida & firma consone partium, ut oleum eius arte nulla separari possit in rebus cæteris. Propterea cum oleacea & ignea non saluiginea sit eius natura, haud facile diluitur. In spiritum siue nebulam facile attollitur ac sublimatur. Cremati cum ære, uiolaceum colorem: cum hydrargyro, coeruleum facit. Sunt hæc chymistis notissima: non aliud magis in conficiendo auro commendatibus, quæ sulfur: quippe quod splendorem & colorem metallis afferat: ut corpus & materiam hydrargyros: proindeque sit maris uice sulfur: hydrargyros uero, id est argentum uiuum feminæ: ut Democritus propterea omnis generis metallici spumam esse argenti uiuum prodiderit. Duobus istis pharmacum illud famigeratum potius quam compertum etiam Philosophi lapidis nomenclatura nobile. Conficitur ab Ostiane, Mercurio, Chane, Zosimo, Agathodæmone, Democrito: quæ & alij scripserunt de miris ne dicam signis huius peritæ. Orus chrysoyrites. Pebichius, Comerius, Ioannes, Apuleius, Petasius, Pelagius, Africanus, Theophilus, Synesius, Olympiodorus Alexandrinus: Recentiores istis, Stephanus ad Heraculum Casarem, Heliodorus ad Theodosium. Tam feminæ tres, Cleopatra uirgo Taphnutia, quæ minus probatur, & Iudegætis Maria, quam plurimi sequuntur. Autores istius oculendi rei gratia nihil ferè suis nominibus appellant: ut ipsam sulfuris & hydrargyri fuliginem argyria nama, hoc est argenteum fontem dicant: asemon uero fuliginis eius ferruginem.

## PUMEX.

DCCCCLX.

Pumicis farinam potiores in certamine bibendi presumere, sed nisi uniuerso potu impleantur periclitari. Theophrastus autor est: qui & eudem pharmacopolam in uigesimas secundas uices durasse scribat: ingressumque balneas, nihil omnino reiecit, sed quasi non bibisset, ita coenitasse: pumice uidelicet ab septima statim portione hausto: primum ex aceto aspero, mox ex uino: ut errauerint quilibet locum cum in Theophrasto de uigintiduabus elebori portionibus acceperunt: cum ex Plinio id facile deprehendi possit. Pumice in musti cados addito, non ad præfens modo, sed in totum feruere uina deficiunt: uisificata, Pumicis duo significatus: alter no-

cus omnibus, altero dicuntur ita & cætera saxa erosa annis, qualia in ædificijs, ut Plinius inquit, musæa uocant dependentia, ad imaginem specus natiui arte reddenda. Nunc inde musæica uulgo nominantur, pretiosissimis dicata templis. Inuentum id Agrippæ quidam referunt acceptum. Huiusmodi operis artifices musæarios Cassiodorus, & Iustiniani leges uocant: etiam si musæarios corrupte multi lectitent. Ammianus Marcellinus musæicum opus nominat. In uicis cæsarum, quas ab Adriano Iulius Capitolinus & alij complures scripsere, pictura de musæo nominatur, etiam si mendose legebatur de musco. Laudatissimi pumices sunt in Melo, Scyro Aeoliisque insulis. Probatum teri faciles. Poliendis libris accommodantur, unde repumicatos appellamus. Pumex Græce ciferis uocatur: quod nomen aliud nihil significat quam erosum: etenim uermiculus triticarius & hordearius, eis dicitur: ut ipsi, cornicularius, thrips, lignarius, sis, uestiarius, ixi, uitiarius, si Photioni grammatico fides habenda est. Pumicem ueteres etiam spogiam uocabant: nam & e maris quæ spuma coalescunt aliquando, itemque ex harena littorali, ut in insula Cyclade Nisyro. Vitruuius: Quæ nunc, inquit, sub Vesuuio monte spogia siue pumex Pompeianus uocatur, ex cocto alio genere lapidis, in hanc redactus uidetur generis qualitatem. Talis autem pumex, inquit, & circum Aetnam gignitur, & collibus Myfiæ qui catacecaumenos à Græcis, hoc est deustus appellatur. Talis & lipareus est ut inquit Theophrastus: alioqui antequam uratur, niger, leuis, atque farctus. In Melo quoque insula idem autor est, pumices quandoque in altero gigni lapide: ponderosum, & nigrum esse Siculum, qui & cæteris præfertur.

## S A L.

DCCCCLXI.

Salomnis Græci halas uocant, panaceam Lucretius à remediosæ multitudinem. Aut sit, ut palustris, & maritimus: aut gignitur, ut fossitius: utrunque pluribus modis, sed causa gemina: coacto humore, aut siccato: Siccatur in lacu Tarentino, ite lacu Cocanico in Sicilia, & alio iuxta Celan & Pachynum, tanti splendoris ut sentiat imaginem: item in Phrygia, Cappadocia, Aspendi, ubi tantum noctu subuenit, quantum interdiu auferas. Omnis est alius sal minus atque non gleba. Lacus duo in Bactris sale æstuant. In Cypro Cittieum, ab oppido id nomen. Extrahunt & Memphi est stagno, dein sole siccant. Apud Caspias portas, quæ salis flumina appellantur, superficie densantur in salem, amne reliquo fluente, uelut subgelu. Item circa mardos & Armenios, & in Bactris amnes Ochus & Oxus, ex appositis montibus deferunt salis ramenta. Lacus in Africa & quidam turbidi, salem ferunt. Calidi quoque fontes sicut Pegase. Oromenus salis mons natiui est apud Indos, in quo cæditur renascens, magno uectigali regni. Carris Arabiæ oppido, muros domosque massis salis facit, aqua ferruminantes. Inuentus & iuxta Pelusium, inter Aegyptii quoque & Arabiam etiam per Africæ squalentia detractis harenis usque ad Ammonis oraculi, qualis crescere affirmatur cum luna noctibus. Ammoniac tractu Cyrenaico celeberrimus sub harenis, unde nomen, similis est colore alumini fissili, longis glebis, neque perlucidis, ingratus sapore, sed medicinae utilis, leuissimus, intra specus suos: in lucem uniuersam prolatus, uix credibili pondere ingrauescens. Adulteratur Cocanico & Cyprio mire simili. In Hispania citeriore Egelestæ cæditur glebis penè translucentibus, cui



iam pridē palma à plerisq; medicis tributa. In Medis Atropatena regione, stagno cui Spauta est nomen, sal coit, pruritur & dolorē tactu ciens: Remedium oleo inungere. Omnis locus in quo reperitur sal, sterilis est. Vulgaris plurimus in salinis mari affuso, non sine aqua dolci, sed imbre maxime iuuante, ac super omnia sole multo. Africa circa Vticam construit acer uos salis ad collū speciem: & in agro Rauennati ceruia, ob id ita, ut puto, nominata quasi aceruia, qui sole & luna indurere, nullo humore diluuntur, uix ut ferro cædi possint. Fit tamen & in Creta sine riguis aque dulcis, & in Aegypto. Fit & puteis in salinas ingestis. Prima densatio Babylonæ, in bitumen liquidum cogitur, oleo simile, quo & in lucernis utuntur: detracto subest sal. Et in Cappadociæ puteis ac fonte quē in salinas ingerunt, ubi & specularium modo lapidum effoditur, magno glebarū pondere, quas uulgos micas uocat. In Chaonia excoquunt aquam ex fonte, refrigerandoq; sale faciunt inertem, nec candidū. Galliæ Germaniæq; aqua salis lignis ardentibus infundunt. Hispaniæ quadā sui parte puteis hauriunt saluginē, muriam appellantes. Quercus ad id optima: alibi corylus laudatur. Carbo etiam in sale uertitur. Quicunq; ligno conficitur sal, niger est. Umbri harundinum, & iuncoꝝ cinerem excoquunt aqua, donec exiguū superfit humoris. Quin & muria salisamentorū recoquitur ad naturā suam, cōsumpto rediens liquore, uulgo ē menis iocundissimis. E stagno maxime laudatur Phrygius Tattæi cognomen, & Tarentinus quē antiqui ad medicinæ usum uehementer probant. Tattæus ē Cappadocia magna Phrygiæ parte stagno, Tatta Morimenoꝝ gente nascitur: nam qui fossilis in Cappadocia sal est, in laterculis affertur. Colopeno & Camiseno tractu multo, ut Straboni placet, sceminis gratissimus, quia cutis nitorem facit: magis tamē extendit Citieus. Salissimum sale m putant qui sit siccissimus. Suauissimum esse Tarentinū, eundemq; candidissimū. Fragilis quicunq; candidus: pluuia dulcescit omnis. Suauiorē rores faciunt, copiosum aquilones. In igni nec exilit nec crepitat Acanthius, ab oppido ubi nascitur uocatus: nec Tragæus prope Smythiū in Troade, ab aquis quæ Tragæa dicunt, appellatus: siue ut Iulius Pollux à Tragæo, cui Neptunus agros in sale m uerte rit. Licebat hunc omnibus gratuito colligere. Vectigalem fecit Lyfimachus, obaru it: uectigalibus remissis, denuo erupit. Sed nec ullius spū crepitat in igne, nec ramentū, aut tenuis sal. Agrigentinus ignis patiens: ex aqua crepitu exilit. Rubens Memphi, croceus in Cappadocia, idemq; odoratissimus. In Baetris rufus circa Oxum, Centurupis, & in Aetna purpureus, & in Lusitania, ut inquit Strabo, purpureus albet. In mentoꝝ & boum oculis Tragæus & Beticus prefer tur. Ad obsoniū & cibū utilior, quisquis facile liquefcit, item humidior: minus em amari sunt ut Atticus & Euboicus. Seruandis carnibus aptior Megaricus, qm acer & ficcus est. Condit sal odoribus, quo & pulmentariū uice usi ueteres: adeoq; necessariū elementum est, ut transferit intellectus ad uoluptates animi quoq; nam ita, ut inquit Plinius, sales appellant: hinc dicta salsa & uia salaria: qm ea sal ad populos portari cōsueuisset. Ancus Martius salinas primū instituit, & populo congiariū ē sale dedit. Sine sale, hoc est mola salsa, nullū sacrū fiebat. Caunites efficax in collyria, Thebaicus ad pruritū. Laudat & à Sodomis Ga-

leno, Sal, uitrū atq; nitrū, sulfuri concoctū in lapidem uertit. Cornea piscatoꝝ corpora dicunt, quia sole, & sale obduruerūt. De agrico sale mētionē in Columella inuenias, nisi pro genere uitri capiat, qd agrion uo cari docebimus: haud scio præterea qualis sit.

H A L O S A C H N E. DCCCCXLII.

**H**alofachne salis genus, & hoc spōte natū, spuma ex aquis maris in extremis littoribus ac scopulis relicta: hæc em omnis rore densat, & est acrior quę in scopulis inuenit. In igni nec crepitat nec exilit. Ad omnia in que sales, probat: spuma iocundior & utilior. Halofachnen uocat & unū ē quinq; alcyoniū generibꝰ.

**S**alsugo. i. halme, itēq; muria uocari potest: qd & aliud genus murie inter sales diximus. A garo differt halme, etiam utriq; ad pisces. Galeno teste, prinet. Garus est sanies intestinoꝝ ipsa, ut diximus secūdo libro: halme uero muries & salis lago pisciū ueteratoꝝ, hoc est ius salsum in q̄ seruant, quā mulieres nostre uulgo salimuriā appellat. Hęc à ueteribꝰ & salugo Thasia uocari solita ē: ita cōdebant inuetera baturq; pisces ij, quicunq; in pruna & craticula cōmodē coqui possent: ob id eos Aristophanes anthracidas, hoc est prunarios & carbonarios uocauit: nos ut arbitror, aleculas. Huiusmodi sunt smarides & mang: itē chalcides, quas & chalcidicas & Sardas & Sardinos qd appellat: nā chalceus id est faber, alius piscis est orbiculari specie Cyzici frequēs. Carbonarij sunt & trichides, quas & trichias uocant: nam trichides ab Aristotele dicunt quę thynnides sint, quas tñ ipas ut Athengus quinto de partibus aialū uolumine, trichidas nominat. Eiusdē sortis arbitror hepsetos à coquēdo noiatos, q̄s Artemidorus etiam plectos uocauit: sed in Aristotele Theodoros naricas interpretatus est, nescio q̄ uere. Piscis certe minutus est narica, ut Festus inq; Plautus muriaticā naricā in uasis stācis apporiat in comœdia. Illud in transcurso dixerim, Sardinios ab Aristotele intelligi nōnūq; eos, q̄ nōnulis eritimi uocat. Differūt porro eritimi ab erythinis: nam eritimos, ut dixi, sarda est uel sardæ similis: erythinus autē is est, qui à nostris uocatur rubellio. His generibus proximæ sunt & thryssæ, quas Gaza noster & ante Gazam Georgius Tiphernās in Strabone alosas, cōmuni pisciū cū mugilī & delphinis Nilothrattæ siue thraffæ nominant, & à quibusdā thetræ pisciculus & hic pusillus ac uersicolor. De alosis est quod dubitem, sint hæc quas Romanū uulgos laticas appellat, alosas Gallia & Germania, culpeas Venetiæ: in immensum prælatis, quę Tiberino amne capiunt: an genus aliud. Athenæus quidē laron piscem cōmōrat, quē Arcestratus poëta præstantissimum in Italia nasci cecinit, præsertimq; freto Siculo. Hunc in Nilo grandissimū euadere ducentas excedentē qnq; libras. Esse autem candidissimū & suauissimū omnibus modis paratū, similē glandi uocato, q̄ amne litro capiatur. Ex aceto & muria fit qd oxalme dicit: sicut apud Cratinum ex alio & muria scorodalmē. Qui uolunt quæstionē siue gryphū in cōuiuio proposi tum nō soluisent, multabant haustru murie: sed ita, ut in uino paulatim, & cum interpiratione biberet. Apud alios uictis meracū, uictoribus osculū dabat.

F L O S S A L I S. DCCCCXLIII.

**F**los salis id est halofanthos, siue halofanthion & halasanthion, non fit nisi aquilonibus. Est autē

autem fauilla salis quæ leuissima: ex eo est & candidissima, in totumq; diuersa res à sale, humidiorisq; naturæ, & crocei coloris aut ruffi. Si feces imæ concutiantur in uasis, uelut rubigo salis, adulteratur: & testa trita, Florem salis Cato uocat qui è populari sale candidus arte factus sit, propterea & alabaster à Democrito quandoq; dicitur.

## NITRVM.

DCCCCLXV.

Nitrum Græci, & litron uocant Attice. Veteres hoc ignorauere medici. Non multum à sale distat: nec quisq; Theophrasto diligentius de eo prodidit. Exiguum fuit apud Medos, canescens siccate conuallibus, uocabant halmirha: geminus etiam in Thracia iuxta Philippos. Sordidum terra, quod appellant agrion. Omissum est è quercu cremata fieri, propter impendia: nitrosæ uero aquæ multis locis repertæ, sicut & sulphurosæ a luminosæq; sed sine uiribus densandi. Optimum copiosumq; in Clitis Macedonia quod uocant chalariticum, quo in pane utuntur pro sale, cui & proximum est natura, purum & candidum, nitroso ibi lacu exiliente è medio dulcis aquæ fonte: quo semper emicant, nec augetur tamen nec effluit. Ibi fit nitrû canis ortu, nouenis diebus: si fuere imbres, salisus: per aquilones cessat: totidemq; deterius: ac rursus innarat, ac deinde cessat. In Aegypto non nascitur, sed conficitur fuscum lapidosumq; nitrarijs Nilo infuso. Siccantur excedente eo: decedente, madent. Succo nitri quadraginta diebus continuis, non ut in Macedonia statim: rotinisq; ut densari est ceptum, rapitur ne liqueat. Conditum in aceruis durat in lacu Asiae, & quibusdam circa Chalcidem fontibus. Sumas aquas dulces & poculentas tradunt: inferiores nitrosas. In nitro oprimum quod tenuissimum, & ideo spuma melior, aphronitru uocata. Sordidum tantum probant ad insciendas purpuras, tincturasq; omnes. Nitrariz circa Memphim peiores, ubi & circa Naucratin duntaxat solebant esse in Aegypto: nunc multis in eadem prouincia locis egregie uisuntur. Lapides circa Memphim, multis ibi tumulis ex eo saxeis. Faciunt ex his uasa. Liquatum cum sulfure coquentes, carbonibus ferruminant in lapide. Ruffum ibi exit à colore terræ. Adulteratur calce, quod & pungit gustu, odoremq; reddit uehementè: syncerum uero facile resoluitur. Inueterant ibi nitro res pro sale. Igni non exalit nitrum, nisi è testa, nihilq; gignit aut alit: cum in salinis herbæ, in mari tantum algæ, tot animalia nascantur. Nitrariz calceamenta protinus cõsumunt. Vicera allata eò, celerrime sanantur: ibi facta tarde. In nitrariz non lippunt. Aegyptiû tenerior refacit raphanos: sed obsonia alba, & olera uiridiora. Salnitru uocabulo utiq; dicitur pulueri conficiendo necessarium, quo ad bellica tormenta utuntur: nouicia pœnitendatq; ac pessimo publico inuenta. Diuersum à nitri generibus existimo, indictumq; ueteribus, etiã si locus in Plinio est, ubi de hoc genere loqui uideatur: sed eum nos mendosum credimus.

## APHRONITRVM.

DCCCCLXVI.

Aphronitrum siue aphrolitron maxime laudatur, quia sit nitri pars tenuissima. Hoc ueteres negabant fieri, nisi cum ros cecidisset prægnantibus nitrariz, sed nondum parientibus: itaq; non fieri incitatis, etiam si caderet. Alij operimentoq; acerrorumq; fermento gigni existimauerunt. Proxima atas in Asia colligi tradit in speluncis distillans

molibus, specusq; eos colycas uocant: dein siccant sole. Lydium in pastillis affertur. Aegyptiû in uasis picatis, ne liqueat. Vasa quoq; ea sole inarescentia perficiuntur. Differt aphronitru ab aphonitro: id qd spuma sit, tritum esse in pollinem affirmant, candidum & triticæ farinæ simile: aphonitrum uero siue apholitrum, cõgelati specie coit, eotq; in balneis quotidie, ut Galenus inquit, ad exterendas sordes utimur.

## FEX VINI.

DCCCCLXVII.

Vini fex Græce tryx uocatur, utiq; non usta, sicut usta speacle quasi fecula, interim speacle pro fece cruda quoq; Græci capiunt, ut Paulus. Feci tanta uis est, ut descendentes in cupas, enectet. Experimentum dimissa præbet lucerna: quid extinguitur, descensionis periculum denuntians. Siccata recipit ignes, ac sine alimento perflagrat, cuius uis & natura quæ nitro. Fex cum expirauerit, lauandis corporibus & uestibus est utilis. Fex aceti pro materia acrior sit oportet. Veriq; multum adicit uirium crematio. Habet & suam sapa fecem. Cratinus poeta comicus, hoc est tryga pro uino quoq; accipit aliquando: apud nos quoq; feculam qui dixerit pro uino, meminisse uideor.

## CALX VIVA.

DCCCCLXVIII.

Calx uiua id est asbestos. Differt ab ea calce, quæ Græci titanon appellant, ut species à genere: item à maltha, quæ fit ex calce recenti. Vino restinguitur, mox tunditur cum adipe uillo, & sicu, duplici linamento: quæ res omnium tenacissima, & duritiam lapidis ante cedens: quod malthatur, oleo præficatur ante, Galenus in Hippocrate maltham pro cera capit.

## GYPSVM.

DCCCCLXIX.

Gypsum siue gypsus, siue spygos, ut Theophrastus quoq; nominat, plura habet genera: nam & coquitur è lapide, ut in Syria & Phœnicæ, ac Thurijs: & terra foditur, & quidè summa eius cute, ut in Cypro: coptiosa item Aetolia circa Perobiam atq; Tymphem, à quo & Tymphaciû siue Tympheticû uocatur. Qui coquitur, lapis non dissimilis alabastri: esse debet, aut marmoris eroso. In Syria durissimos ad id eligunt, coquantq; fimo bubulo, ut celerius urantur. Optimum fieri compertum est ex speculari lapide, qd & diaphanes uocatur, squamam uitalem habente. Gypso madido utendum est, quoniã celerrime coit. Incepta fit operi durities, tamen rursus tundi & in farinam resolui patitur. Natura gypsi caloris in terendo tanti, ut rudiculis non manibus tractari possit: tenacissimus ob id usus eius in albarijs sigillis, ædificiorq; coronis gratissimus, & ad uaporaria conclauium apud nos, quæ mappas ex nostra consuetudine uocamus. Græci pro Cymolia uestibus poliendis Tymphaico utebatur gypso Theophrasti ætate: hinc gypsi uenalitiorum pedes, ut in Cymolia dicitur. Est & in gypso quod flos appellatur. Veteres chymistæ argentum uiuum gelu astrictum hoc est spissatum iam addensatumq; gypson uocabant.

## CINIS VITIVM.

DCCCCLXX.

Cinns Græce conis, & spodion & tephra dicitur, & coloscertos poetice: sed lixiuum, conia. Apud nos lix unde lixiuum & lixiua, & ut Columella uocat, lixiuia, cinis foci uocatur: dictus forte quia luxatis in potu prodest: unde gladiatores cum delussissent, hac iuuari portione uidebantur. Cinert omni uim astrictoriam inesse Dioscorides uoluit. Negat

COROLLARIUM,

Id Galenus, utiq; ficulneo. Ipsum quoq; uinum, quod anteq; prelo pressum fit, aut nimium calcatae uig in la cum multi fluxerit, lixiuum, aut lixiuium mustum ap pellatur, à Græcis uero prochyma: nam & protofta ctum inuenio apud Paulū: sed pro cinere lixiuo qui primus distillauerit, ut coniectura capio, Calidum cinerem Hippocrates marilem appellauit.

A L C Y O N I U M DCCCCLXXI.

**F**It in mari alcyonium ex nidis ut aliqui existi mant cæcum & alcyonium, quas nostrialce donas uocant: quasi algedonas ab algore: ut aliq; & sordibus spumant: crassescuntibus: aliq; è limo, uel quadam maris lanugine: quod candidius hoc minus probabile. Dioscorides quinque genera dinumerat, Pli nius quatuor: primum quale Dioscorides: secundum molle, lenius, odore ferè algæ: tertium candidioris uermiculi: quartum pumici & spongiæ putri simile, pene purpureum: quod optimum, hoc & Milesium uocatur.

A D A R C A. DCCCCLXXII.

**A**Darca & adarchion, & adarches, & adarcos dicitur: item calamochnus, id est calami lanu go. Plinius Latinum adarcæ nomen putauit, in Italia nascentis circa tenues harundines, hoc est in cortice calamorum sub ipsa coma, è spuma aquæ dulcis ac marinæ, ubi se miscant,

S P O N G I A E. DCCCCLXXIII.

**S**Pongia Græce σπγγια appellatur, item σπγγια ut dicunt Attici: inter zoophyta, hoc est quæ nec animalium nec fruticum naturam, sed tertiam ex utroq; fortiantur. Nascuntur omnes in petris, Aluntur conchis, pisce, limo. Vbi auulsorem sensere, contrahunt se, ac multo difficilius uelluntur, exprimentes abundantiam humoris: abscissæ uero sanie emittentes. Circa Toronem, ut inquit Aristoteles, uel sci conchis minutis intra eas repertis, constitit: auul sasq; aiunt & ex relictis radicibus recrescere. In petris cruoris quoq; inhæret color, Africis præcipue, quæ generantur in Syrtibus. Maximæ fiunt Maucæ: sed mollissimi circa Lyciam penicilli: in profundo autem nec uentoso molliores, unde ablatae sint spon giæ: in Hellesponto circa Maleam uero asperæ ac den sæ. Putrescunt in apricis, ideo optimæ in gurgitibus. Viuentes madentesq; ac illotæ nigricant. Adhærent nec parte nec toto: intersunt enim fistulæ quæ dā ina nes quaternæ ferè aut quinque, per quas pasci existimã tur: item aliæ sed superne concretæ, & subesse mem brana quædam radicibus earum intelligitur. Viuunt longo tempore. Pessimæ sunt Aplysiæ, quia erui non possunt, in quibus maximæ sunt fistulæ, & reliqua densitas spissâ. Cæteræ aliter discreuere genera earū quidam, tria faciendo, spissum ac prædurum, & aspe rum, quod tragos id est hirculus uocetur: alterū spis sum & mollius, quod Imauos: tertium tenue den sumq; Achilleum, inuentu rarum. Hoc galeis & ocre is inseritur, ne strepitum gestatu cieant. Ex eo penicu li fiunt. Medici inscitia ad duo eas genera redegere: Africanas, quarum firmius sit robur. Rhodiacas, quæ ad fouendum molliores. Nunc autem mollissimæ cir ca Lyciæ urbis Aniphelli muros inueniuntur. Mares quæ dicuntur perforbent, tingunturq; in delicijs ali quando & purpura. Fœminis fistulæ maiores ac per petuæ, tragis tenuissimæ ac densissimæ. Ab aquilone

genitas cæteris præferunt: nec usq; diutius durare soi ritum medici, q̄ in spongijs affirmant. Sic & prodes se corporibus quia nostro suum misceant. Hoc genus remediij apospongismon Archigenes & secuti cui me dici, appellant. Quia uero de peniculis diximus, scire oportet, non spōgias modo, sed & e codis quoq; fetas penicillos à ueteribus esse nominatos, quibus calcea menta tergebantur: ob id & tergentes uocabant eas aliqui, nos uulgo fetulas. Est enim penis idē quod cauda: unde penita ossa oblegmen carnis porcinae cum coda significat.

CORALLIUM. DCCCCLXXIII.

**Q**uantum apud nos Indici margaritis præciū, tantum apud Indos corallio. Gignitur & in ru bro mari, sed nigrius: item in Persico uoca tur iace. Laudatissimum in Gallico sinu circa Orcha das, & in Siculo circa Heliam & Depranum. Nascitur & apud Grauiscas in Italia, & ante Corniculum, & Neapolin Campaniæ, maximeq; rubens, sed molle: & ideo uilissimum Erythris. Color sub aqua uiridis. Baccæ eius candidæ ac molles. Extra rubescunt indu ranturq; ceu corna fatiua magnitudine ac specie. A riant tactu protinus lapidescere, si uiuat: itaq; occupa ri uellitq; retibus, aut acri ferramento præcidi, à quo & corallio quasi curallio & πούρις uocatur nomen inditū: nec aliter sane Theophrastus q̄ curallium appellat, radendo scilicet, ob id & Gorgonia quoq; dictum pu tatur, itemq; dendrite hoc est arboreum. Probant q̄ maxime rubens, & q̄ ramosissimū. Damnant inane aut concuum. Autoritas baccarum Indis, utroq; se xu pretiosa. Religiosum etiam id gestamen aruspice eorum uatesq; in primis habent, priusq; hæc no telserent. Galli gladios, scuta, galeas adornabant corallio: postea Indis uniones suas pro corallio mutatibus, in penuria esse cepit. Surculi eius infantie ad alligati, tutelam habere creduntur: Ig nibus diu repu gnant. Est & lapis corallius, uel ut quidam scribit co laris, multum à corallio diuersus, pyrites à quibusdā appellatus, quoniã sit plurimus ignis illi. Sed est ali us etiamnum pyrites in mentionem suam seruandus. Qualis porrò lapis erythros hoc est rubens ab Hip pocrate significetur, quo mulieres, inquit, exploran tur an sint prægnantes, nisi aut corallium sit, aut py rites, aut etiam hæmatites, affirmare nihil habeo.

ANTIPATHES. DCCCCLXXV.

**A**ntipathes pro genere corallij, quale sit in Pli nio, haud facile docuerim: nisi quis intelligat fruticem circa Troglodytarum insulas nascē tem in alto quem Isidos plocamon uocari tradit, corallio similem: sine folijs sentiri eum, se capi durariq; colore in nigrum: cum cadat frangi. Theophrastus corallij duo uidetur statuerè fastigia: unum quod ru bens rotundumq; est, ut radícula in mari nascens: al terum huic non multum dissimile, quod calamus, in quit, uocatur Indicus, qui duratur in silicem. Plinius inter gemmas enumerat corallida, minio similem, quæ in India Syenæq; gignatur: fortasse per Theo phrastum tempora minus erat corallij uulgatus usus.

LAPIS PHRYGIUS. DCCCCLXXVI.

**L**apis Phrygius, gleba est pumicosa Plinius me dicinæ utilem negauit.

LAPIS ASIUS. DCCCCLXXVII.

**A**sius & asia petra dicitur. Est & Assius per du plex ff. ab Assio Troadis, ut inquit Plinius, sed ab assio diuersus: ille sarcophagos quoq; no mina;

minatur ab effectu, qualis & in Lycia & in Oriente habetur, & in Mysia quoque inueniri eum Stephanus affirmat: nos hic per simplex s. ferē scribitur ab autoribus nostris, gustu salus. Corpora defunctorū condita sarcophago, consumi intra quadragesimū diem. Sed illara quoque mortuis lapidea fieri tradūtur. In Oriente adalligata uiuentibus, erodunt ea.

## PYRITES. DCCCCLXXVIII.

**P**yriten sunt qui & sideriten uocentur, & androdamanta & bostrychiten. In Cypro reperiri uolunt & in metallis, quæ sunt circa Acamaniam: unum argenteo colore, qui & argyritis à Democritō cognominatus uidetur, alterum aureo: aliqui tertium genus faciunt, quod plurimū ignis habeat ponderosissimumque sit, quos & uiuos appellamus. Hi exploratoribus castrorum maxime necessarii: quia clauo altero uel lapide percussis, excutiuntur scintillæ: quæ sulfure exceptæ, aut fungis aridis aut folijs, ceterissime ignem trahunt. Pyrites & gemma est: nec scio an diuersa ab hac. Nigram esse inuenio, & attritū digitos urentem. Pro pyrite in medicina uenit mylios siue mylitis, cochylax appellatus, hoc est molaris, insula Nisyro plurimus, ab Hippocrate lapis niger, ut Galeno placet. Mylias ab Theophrasto & Aeliano ex Aethna monte fluens, luti nigri modo in Sicilia, post durefcens colore custodito. Fluunt & pyromachi dicti, ut idem Theophrastus ait.

## LAPIS HAEMATITES. DCCCCLXXIX.

**H**æmatites reperitur in metallis. Vltus minij colorem imitatur. Adulterant schisto: sed distinguunt uenæ rubentes. Est & Magnetis generis hæmatitarum traduntur: Aethiopicum, cui & principatus datur: alterū androdamanta uocant, colore nigro, pondere ac duritia insignem, & inde nomen, præcipueque in Africa. Trahere autem in se argentum, æs, ferrum. Experimentum eius esse in cote ex lapide basanite, reddere enim succum sanguineū. Tertium genus Arabici, uix reddentis succum ad cotem aquariam, aliquando croco similem, pari duritia cum secundo. Quartum generis Helatites uocatur, quod diu crudus sit: coctus uero milites aut etiam milites, ad omnia utilior quæ rubrica. Quartum huius adijcitur schistos, de quo protinus mox agitur.

## LAPIS SCHISTOS. DCCCCLXXX.

**L**apis schistos cognitionem cum hæmatite habet: sed peculiare in schisto, quod splendet. Est & schistos alterius omnino generis quæ hæmatites, quem cognominant anthracitū, nasci tradentes in Africa nigrum, quia attritus reddat aquarijs coribus ab ea parte quæ fuerit ab radice, nigrum colorem: ab altera parte croci. Sunt & gemmæ plures hoc nomine carbunculi, quarum aliæ pretiosæ sunt, aliæ uiliores, ut quæ nascuntur in Græcia: Theophrastus auctor ac Plinius.

## LAPIS GAGATES. DCCCCLXXXI.

**G**agatem aiunt & in Leuco Pamphylia, ut arbitror, promontorio, aut Lyciæ prope Cyprū insulam expelli mari, atque infra duodecim stadia colligi. Solinus & in Britania gagatem gigni tradidit. Planus est pumicosusque, non multū à ligno differens, fragilis odore: si teratur, grauis. Fictilia ex eo inscripta non delentur. Accenditur aqua, oleo restinguitur. Deprehendere dicitur uirgines suffitu. Hoc &

magi utuntur in ea quam à securis argumēto uocant axinomantiā, peruri eum negantes, si euentus sit quod quisque optet. Dictum à fluuio in Lycia cognomine Dioscorides affirmat. Nullum se Galenus in Lycia cōperisse tradit amnem, qui Gages aut Gagates uocetur. Photion grammaticus oppidum in Lycia fuisse: Gagas à Rhodis conditum scribit. Plinius Rhodiopolin à Gagis diuersam facit. Stephanus Gagas oppidū in Lycia fuisse, quod Palæontichos ante diceretur: Crustaceos uero lapides atque nigros, qui in ignem additi exilem flammam ederent, bituminis odorem in Syria coele inuentos sibi meminit, in collibus mari mortuo circumdatis ad orientem solem spectantibus, ubi & bitumen quoque nascitur: utilissimos tumoribus ingenu diuturnis.

## LAPIS THRACIAS. DCCCCLXXXII.

**F**it lapis Thracias, qui exemplaribus Plinij quibusdam meuiulla dicitur, trium generis, uiridis, pallidæ, sanguineis guttis, non habeo certū proferre. Nomen gentis suæ habet, ut cecinit Nicander, quemadmodum & Cappadoces in Argæo Cappadociæ nascentes, similibus prioribus natura, qui & in lacteum cremorem soluantur, ut Galenus & Paulus Aegineta scribunt: qui & ageraton lapidem commemorant, astrictoriam & discufforiam uim habentem, & gutturis inflammationibus auxiliarem, quo sutores uti soleant ad dandū calceis nitorem: præterea & hieracitin, ut Diogenes scriptum reliquit, sub uiridem ex atro, coloribus item alijs respersum: quæ qui gestet, muscæ non infestent. Hunc literis quibusdam inscriptis contra sanguinis eruptiones ualere perhibent. Ad dederunt huius & Indicum, subrufum colore, attritūque succo purpureo manantem: nec ualido nec denso corpore. Inuenio & perdicitin siue perdiciatin, & alium à forbi similitudine, ut uitrum cognomento Scythicum, ad omnes duritias pollentes, in compositionem illam quæ sitas quæ pamplethes, & diacinnabareos uocatur ab Aegineta Paulo. Vitæ ad oculorum quoque suffusiones commendant, cum felle aspidis acontia uocata, mirabili effectu, post quintum diem representata curatione: id fel in serpens eius dorso iocinori annectitur, ut Aërio placet.

## LAPIS MAGNES. DCCCCLXXXIII.

**L**apis Magnes, quem & Magnitin Græci dicunt. Item fideritin & Heraclion idest Herculeum. Magnes ab inuatore uidetur appellatus. In India nunc, & passim inuenitur in Hispania quoque. Repertus autem scribitur clauis crepidarum, & baculi cuspidate ferrate hærentibus, cum armenta pasceret. Quinque genera eius feruntur: Aethiopicum principatum dant, argentoque rependitur. Inuenitur in Aethiopia Zmiri: ita uocatur regio harenosa: ibi & sanguinei coloris sanguinemque reddens, si teratur: sed & crocum hæmatites cognomine, in trahendo ferrum non eadem natura qua cæteri Magnetes. Aethiopicum argumentum est, quod Magnetem quoque alim ad se trahit. Secundum genus Magnesiacum est Magnesia, & contermina ei Macedonia, à bebonea locatum petentibus dextra. Tales ruffi nigrique sunt. Tertium in Echio Boeotiæ, ruffi coloris, plus habens quæ nigri. Quartum circa Alexandriam, Troadem nigrum, & foeminei sexus, ideoque sine uiribus. Quintum in Magnesia Asiæ, deterrimum: nam & candidus est, neque attrahit ferrum, similis pumici. In eadem Aethiopia

COROLLARIJ,

mons haud procul gignit lapidem theamedem, cui contraria Magneti natura, ferrū omne abigens respuensq; Trahitur ad Magnetem ferrum, quia sola ferre materia ea vires ab eo lapide conceptas diu retinet. Aliud apprehendens ferrū, ut annuloꝝ catena uideatur: quod quidem imperitū uulgus appellat ferrū uiuum, uulneraq; ex tali asperiora fiunt. Lapis hic & in Cantabria eruitur. Non ille Magnes uerus caute cōtinua, sed sparsa bubbatione, ita appellant, nescio an uitro fundendo perinde utilis: nondum enim expertus est quisq;, autor Plinius: ferri utiq; inficit aciem ut Magnes. Dinocrates archi tectus Alexandriae templū Arfinoēs concamerare coeperat Magnete lapide: intercessit mors & ipsius, & Ptolemæi regis, qui id sorori suæ fieri cupierat, ut simulacrum eius e ferro pendere in aëre uideretur: quod genus præstigii ad superstitionē suam Arabes commenti dicuntur in eo feretro, ubi autor eius sectæ conditus existimatur. Diogenianus Magnetem uerum argento scribit esse tam similem, ut decipiat. Nec hunc lapidē, qui ferrū ad se trahat, Magnetē, sed Heracleoten appelladū eē.

LAPIS ARABIVS. DCCCCCLXXXIII.

LAPIS GALACTITES DCCCCCLXXXV.

**G**alactites ait Plinius ex uno colore lactis est, succo quoq; eius & sapore, à quo nomen: de hac intelligat an diuersa, dubiū: quando cineris colore traditur à Dioscoride, nō lactis. Est & galaxia, quā aliqui galactitem uocant, intercurrentibus sanguineis aut candidis uenis: nam chalaxia grandinum & colorem & figurā habet, unde appellata est, adamantinæq; duritiæ: narrant etiam in ignem additæ manere suū frigus. Ergo Pliniana galactites, quā aliqui & leucogageam, & sinephyten, & leucographin appellant, uidentur ei proprior quæ & marochthos, & leucographis, & galaxia Dioscoridi & Galeno dicitur, ut paulo post liquebit. Vt cunq; infantii ad alligata collo, saluam facere dicitur: in ore autē liquefcere: memoriam adimere uel iniuriarum. Mittit eam Nilus, & Achelous quoq; amnis. Sunt qui & smaragdum albis uenis circumligatū galactitem, inquit, uocent. Est & gemma galaicos distans ab hac, argyrodamanti similis, paulō sordidior. Inueniuntur autem binæ aut senæ.

LAPIS MELITITES. DCCCCCLXXXVI.

**M**elitites lapis dictus, quia succum tonsus melis emittat. Differt ab hoc melichrus, cuius plura sunt genera: Melleus colore: differt & melitis à malo, cuius imitatur colorem appellat.

LAPIS MOLOCHTHVS. DCCCCCLXXXVII.

**L**apis molochthus aut morochthus, siue ut Galenus & Paulus uocauit, moroxus & graphis, haud uideo eundē cum eo esse, qui molochitis à colore maluæ dicitur, spissius, uirens, nec translucida: reddēdis laudata signis, & infantii custodiæ. Sit autem morochthus, quē Plinius in ore ait liquefcere, de quo in galactite diximus, ex collatione Dioscoridis subodorari potest aliquid, dicentis mollem eum esse, diluīq; facilem: ut uel idem cum Pliniano, uel similis esse uideri possit. Nominatur & morochthos Plinio, sed inter gemmas, lacte sudās porraceo. Idem autor & leucographin inter herbas collocat: nec qualis ea sit, reperisse unq; fatetur, eosdem ei effectus reddens, quos hoc loco Dioscorides, Galenus, ceteri: ut propterea non desint, qui Plinio quasi pro herba lapidem acceperit, increpitent: sed autor gra-

uissimus, aliorū sententiā, non suā, opere toto recitat.

LAPIS ALABASTRITES. DCCCCCLXXXVIII.

**A**labastrites siue onyx, in Alabastro Aegypti circa Thebas nascitur, quē in ædificiorū q; ornamentis includunt. Nascitur in Syria Damasco, candore interincto, uarijs coloribus, ceteris omnibus candidior. Probatissimus in Carmania, mox India. Tam quidem & in Syria Asia q;. Viliissim⁹ & sine ullo nitore in Cappadocia. Probatur maxime mellei coloris in uertice maculosi, atq; non translucidi. Vitia in ijs corneus color atq; candidus, & quicquid uitro simile est. Alabastrites ad unguentorū fidem laudatissimus: unde uas id est onychem unguentarium uocamus, quod & Alabastrum, & Alabastrum quoq; dicitur, etiam e uitro interim. Est & onyx in ostrea, ut uolumine secundo patuit. Habetur & onyx in gemma, in qua unguis humani similitudine candorem esse dicunt. Alabastrites porro & in Arabia montibus & Germania quoq; reperitur, ex quo & uasa portoria, & pedes lectorum, & sellæ delicijs factæ: item amphoræ & ut cej cadorum magnitudine. Iam colūnæ triginta duos pedes longæ. Sunt qui hac amplitudine non onychem, sed onychitin uocent. Etenim Alabastrite alabandicus, siue ab alandico subnigrat ex utroq; modo legitur. Color alabandico subnigrat ex ruffo. Perspicuus est ut ignis, & quibusdam quasi rimulis uenisq; dehiscit. Capillos albos attritus inficit. Dicitur Alabastrus Democrito & sal omnis, & calx uiua, quæ de putaminibus ouorum conficitur. Hæc ipsa encephalos quoq; dicit à chymicis, & marmor Thebaicum, & Claudianum.

LAPIS THYITES. DCCCCCLXXXIX.

**L**apis Thyites à Plinio mortarium uocatur, quoniam thya mortariū significet, etiam acone dictum Hippocrati, ut Galeno placet.

LAPIS IYDAICVS. DCCCCXC.

**H**ic & tecolithos uocari ceptus, quia calculus absumat, q; à Galeno falsum existimatur.

LAPIS AMIANTVS. DCCCCXCI.

**L**apis amiantus ueneficis resistit omnibus pestim magorū. Hoc q; de lapide adianto dicit, texti ex eo uela, quorū ignis uelut aqua sordes eluat, de lapide quodā nascente in Carysto Eubœæ, Strabo retulit.

LAPIS SAPPHIRVS. DCCCCXCII.

**S**apphiri aureis punctis collucet: ceruleæ, raroq; cum purpura. Optimæ apud Medos, nusq; tamen perlucidæ: præterea inutiles sculpruræ, interuenientibus cristallinis centris, Sapphirū gemmarū inter iaspides collocant.

LAPIS MEMPHITES. DCCCCXCIII.

**L**apis Memphites gemmantis est naturæ.

LAPIS SELENITES. DCCCCXCIII.

**S**elenites, fulgore melleo perspicuus: nomine accepto, quia imaginē lunæ reddat, in dies singulos augetur: numero, hunc semper Galenus aphroselenon appellat: chymistæ aphrolithon, & argyrolithon quandoq; uocitant. Habetur & comaris apud eos Scythica pro arsenico & sulphure: itemq; pro lapide philosophico toties à nobis indicato, coarguendi potius & irridendi proposito, q; monstrandi. Seleniten Eustathius alium quoq; lapidē monstrandi, qui & asterius & lychnites uocetur, nascens in Thracia Pallenes littoribus, autore Dionysio.

no. Plinius lychniten ab asterio diuidit, iteq; selenite: sed ut herbar; sic & lapidū uocabula confundimus.

**LAPIS IASPI S. DCCCCXCV.**

**L**apis sæpe trāflucet ac uiret. Smaragdo similis Indica est. Cypria colore glauco & pingui. Persica similis aëri, quæ ob id aërizusa uocatur. Thermodontiaca cœrulea, & Scythica inter cœruleas omnes optima. Phrygia purpurea. Cappadocia ex purpureo cœrulea atq; non refulgens. Thracia Indicæ similis. Chalcidica turbida. Præfertur omni bus, quæ purpuræ quicq; habet: secunda, quæ rosæ: tertia, quæ smaragdi: quarta celo autumnali matutino similis, quæ boëa appellatur & aërizusa. Similis est & Sardæ imitata & uiolas. Non minus multæ species reliquæ, sed omnes in vitro cœruleæ, aut cristallo similes, aut pituitæ atq; mucosæ, siue ut Plinius, myxam uocant, inter cœruleas & ipsam marem existimantes; nam quæ iaspachates appellatur, ex iaspide smaragdo simili & achate proprietatem suâ habet. Præstantiores sphenone, id est fundâ cludi solent, id est patentes nec præterq; margines auro amplectente. Vitiū est & breuis nitor, & longe splendens, & sal, & omnia quæ in cæteris gemmis. Vitro adulterata coarguitur extra fulgorem spargendo, atq; non cōtinendo in se: nec in diuersa, quæ sphragides uocantur, quoniam optimæ omnium signent: ea quæ smaragdo similis per transfuersum linea candida præcincta. Orienti familiarissima pro amuleto Garamanias uocatur, quæ pluribus polygrammos. Est & onychipuncta, quæ iaspox dicitur, & nubem complexa & niues imitata, quæ stellata rutilis punctis est, & sal Megarico similis & fumida, capnias siue capnitis appellata. Magnitudinem iaspidis undecim unciarum uidit antiquitas, effigie Neronis thoracata. Inter cœruleas post Scythicam Cypria: post quam Aegyptia. Adulteratur maxime tinctura: id est in gloria regum Aegypti ascribitur ei qui primus tinxit. Inest aliquando cœruleis aureus puluis: non ut in sapphiris puncta. Calenus iaspidem medicinæ utilem chlofit in iaspide draconem radios habentem Necepsos rex, ad stomachi fulturam: sed idem profectus est in torque suspenso eo rudi, ita ut os stomachi attingat.

**LAPIS AETITES. DCCCCXCVI.**

**L**apis aëtites, quem aliqui gagiten dixerunt, Strabon gangiten in Armenia repertum scribit, quo serpentes fugantur: hunc alium accipiat, nondum liquet. Inædificatur nido aquilarum non tamen omnium, nihil igne deperdens: sed uis eius medica non nisi nido direpti. Aiunt binos inueniri marem & foeminam: nec sine ijs parere aquilas, & ideo binos tantum. Genera eius quatuor feruntur. In Africa pusillus & mollis, ac uelut in aluo habens argillam suauem, candidam. Ipse friabilis, quem foeminam existimant. In Arabia mas durus, & similis gallæ aut subrutilis, in utero continens lapidem durum. Tertius in Cypro, colore Africani, amplior tamen atq; dilatatus: cæteris enim globosa facies. Habet in aluo harenam iocundam & lapillos: ipse tam mollis, ut etiam digitis fricetur. Quartus generis Taphiusus uocatur, nascens iuxta Leucadem in Taphiusa, qui locus est dextrâ nauigantibus ex hac ad Leucadem, inueniturq; in fluminibus candidus ac rotundus. Huic est in aluo lapis qui uocatur callimus,

nec quicq; tenerius: nam calais aliud gentis est lapidis, à quo & calainus color pro Veneto, si Photioni credendum est. Ego etiam sordidum colorem Pliniū secutus, calaini appellatione possum capere: Amplitudine, inquit, conspicua sed fistulosa & sordidum plena est calais. Hic & augites à multis dicitur. Quæ uero calaina ostraca nominat Aëtius, pilos extenuantia, considerantibus relinquo. Apud chymistas uiuæ calcis aquam inuenio calaion uocari. De calaino etiam colore Dioscorides in iaspide supra mox cōmminit. Idem aëtiten pro chrysolitho, & porphyrite, & chrysochromo cognomine Macedonico & polychromo accipiunt.

**LAPIS OPHITES. DCCCCXCVII.**

**O**phites marmor est serpentium maculis simile, à quo nomen. Duo eius genera: molle, candidum: nigricans, durum. Ex ophite columnæ nisi paruæ admodum inueniuntur. Inter ophitas existimari ferè possunt propter colorem quod Augusteum uocant & Tiberium, in Aegypto utriusq; principis temporibus reperta. Differunt, quæ maculas diuerso modo colligunt: Augusteum undatim crispatur in uertices: Tiberium sparsim conuoluta canicie spectatur. Theophrastus lapidem Chium uocando, uidetur ophitem intellexisse: In Aegypto, inquit, nascitur lapis niger, translucidus Chio similis: quem locum Plinius ita uertit: Theophrastus, inquit, autor est, translucidos lapides in Aegypto inueniri, quos ophitæ similes ait: fortasse quia uersicolores illas maculas, ut ait Plinius, primæ Chiorum lapidicinæ ostenderunt.

**LAPIDES SPONGIARVM. DCCCCXCVIII.**

**L**apides qui nascuntur in spongijs, & ipsi uocantur spongiæ: quidam eos cysteolithos uocant, quia uesicæ medeantur. Sunt & pumicum in genere quos spongias uocant, ut in pumice docuimus.

**LITHOCOLLA. DCCCCXCIX.**

**L**ithocolla nomine significat glutinum ex lapidibus.

**LAPIS OSTRACITES. M.**

**O**stracites à testa nomen habet. Tranfilit & ad gemmas, siquidem ut Plinio placuit, ostracitas siue ostracites altera est testacea & durior, altera achate similis: nisi quod achates politura pinguescit. Duriori tanta uis inest, ut alia gemmæ scalpantur fragmentis eius. Habetur & ostracides, cui ostrea nomen & similitudinem dedere.

**LAPIS SMIRIS. MI.**

**N**ora uulgo smiris uel ipso nomine: quæ smiriū potius quæ smirin officinæ appellant, cuius fragmentis gemmæ alia scalpantur: quo usu Plinius secundus non smirin sed ostraciten uocauit, ut superius proxime notauimus.

**HARENA LITTORVM. MII.**

**H**arena littorum Græce psammos & ammos ægialitis uocatur. Quæ porro calculosa lapidosaq; est, acholax poetis dicitur. Harena secantur marmora, premente eam sera, in prætenui linea uersando, tractuq; ipso diuidentem. Aethiopica ad hoc maxime probatur: proxima Indica & scabrius, qua combusta poliunt marmora. Scabra est & Naxia, & acoptis quæ uocatur Aegyptia: postea inuenta est non minus probanda ex quodam Adriatici maris uado æstu nudante, obse-

COROLLARI,

observatione nō facili, Fraus deinde secandi quacūq; harena fluuiatili: quæ quod crassior est, laxioribus segmentis terit: ita sectæ attenuantur crustæ. Polituris accommodantur Thebaica, & quæ fit e pumice aut porro lapide, hoc est tofo. De sabulo Puteolano Campano uel, item de Etrusco, quod proprie carbunculus uocatur, nihil dicitur sum, nisi quod Campanū ex uita terra, carbunculus ex cocta materia efficit, autor Vitruuius. Romæ uulgo Puteolana dicitur harena quocūq; loco fossilis, modo quæ in calcem conueniat.

COTES. MIII.

**C**otes siue lapis Naxius id est acone, sicut olearis cotes elgacone. Diu placuit cotes e marmo re Naxio, ut & simpliciter Naxium dicatur: ita uocant in insula Cypro genitas. Vicere postea ex Armenta. Differre putant cotem a lapide coticula, non solitum inueniri nisi in flumine Timolo siue Tmolo: (nam utroq; modo recte dicitur) a mōte, ut arbitror, cognomine in terra Lydia: nunc uero passim quæ alij Heraclū & Lydium appellāt. Sunt autē lēues & calculis similes, quaternas uncias longitudinis binasq; latitudinis nō excedentes: siue, ut Theophrastus inquit, calculi amplissimi, dupla magnitudine, præterea specie lata, non rotunda: quod a sole fuit in ijs, melius q̄ quod a terra. Sed & caloribus immodicis deterius respondent: sūt em̄ aspergine quadā ex alto reuocata quasi lubricæ, ut idem Theophrastus ait. Is coticulis periti cum e uena siue nūmo lima rauerint, experimentū protinus dicunt, q̄ tum auri, q̄ tum argenti aut æris habeant, scrupulari differētia, nunq̄ fallente ratione. Incipiētibus a minimis notis, hoc erat granū, post colybus, tum duo chalchi, dein quatuor moria, ut Theophrasti uerbis agam. Lapis et chrysitis, & basanos chrysochoice, hoc est index aurarius uocatur, quo, ut Græci aiunt, aurū explora tur obryzum sit atq; probū, an improbū uitiosumq; q̄q; basanistes & pro morrario quandoq; accipitur. Porro dicitur obryzū quasi abryzū, hoc est delicatū syncerumq; ut Photionis etymo utar. Vocāt autem obryzū quoties simili colore rubet ignis, ut inquit Plinius: & aurum quod apyron appellant purū est, idq; habet nomē, quia igne nō egeat quale Arabicū esse Diodorus tradit: quod inter Abileos Galandosq; foditur. De Arabico auro & literæ sacræ meminerūt.

LAPIS GEODEOS. MIII.

**G**eoden ex argumēto appellant, quoniam amplexus est terram.

TERRA IN COMMUNE. MV.

**T**erra hoc est ꝓ omnis sicca est in medicina uel, præsertim appellata georgumene hoc est agricolaris: nam terra Aegyptia e luto eius fit. Sūt qui Aegyptiam pro singulari terra interpretētur. In nomine est & Cretica, minus pollens, & plus habens aëris q̄ cæteræ: usus ad exterendas sordes argenteis uasis celebratissimus. Et Armeniæ glebæ locus siue lapis ea, siue ut Galenus mauult, terra nomine: quia madefcat aqua interius, nō summa tantū cute, ut lapides: uulgate eius usu contra pestilentia quæ Galeni ætate fuit, & contra deploratos phthificos: ob id in Africam & Alexandriā nauigare solitos. Ex Armenia Cappadociæ contermina inuehitur, ui maxime sicca, luteo colore aut pallido, teri facilis, usti modo lapidis, minimū tamen arena fosa lapidosa uel, sed Samio asteri lēuore similis, uerū ponderosior ac densior. Sy

ri eam zazinacha appellant, ut Aëtius inquit: urbem in cuius monte nascitur, Vagauanaga uocari: agrū in quo mons ille sit, Agaraces uulgo dici: cui similis est effectu quæ Alane cognominatur. Est & Caracenia ex oppido Tauricorum peninsulæ, qua uulnera omnia sanantur. Quod autē genus cretæ sit quā Hippocrates schediada nominauit, duosq; discriminum, haud plane scio: quemadmodū nec illam quā cōchi lium Xenophon: alij cenchiliū uocant lapidem, ut inquit Pollux, Agricolaris duæ summæ differētæ, in finitibus inter eas medijs: nigra, quæ & pinguis est: alba, quæ Græci uocant argilon, hoc est argillam, sabuloni similem ac ieiunam, sordidā, famelicam. Sunt & alia duo terræ genera: pharmacitis, hoc est medicata, cuius species Eretrias, & Samia, & rubrica, & Lemnia, & quæ sequuntur cæteræ. Metallicū in quo lapides ferē quæcūq; supradiximus, orsi a cadmia.

TERRA ERETRIA. MVI.

**E**retria & Eretrias terræ suæ nomen habet. Hac Nicomachus & Parafius usi.

TERRA SAMIA. MVII.

**T**erra Samia genus est candidi coloris, quæ admodum & melinon, de quo in creta Melina dixerit. Porro Samia quæ aster uocatur, glebo sior est q̄ species eius altera collyrion, utraq; tamen candida. Nascitur & in Samo quoq; Melinū, sed pictores eo quod sit e Samo, nō utebantur, propter nimiam pinguitudinē, sed eo quod e Melo. Accubates effudit ibi, hoc est non stantes, sed aut in obliquū aut supini uenas scrutantur in saxis, autore Theophrasto, quæ ut Iulius Pollux inquit, Geophania uocantur. Aster non nisi quarta demum aggressione proditur.

LAPIS SAMIUS. MVIII.

TERRA CHIA. MIX.

TERRA SELENSIA. MX.

**S**elenusia lactei coloris est, eademq; lacte diluta renouandis albarijs rectoriorum probatur.

TERRA CIMOLIA. MXI.

**T**erra Cimolia, siue ut Hippocrates & Pollux & Nicocharis appellāt, terra metis siue smectis ab exterfu, a Cimolo quidē una Cycladū: sed tamen laudatur maxime Thesalica. Nascitur & in Lycia circa Bubonem oppidū. Est & alius usus Cimolia in uestibus: nam Sarda quæ afferitur de Sardinia, candidis tantū probatur, inutilis uersicoloribus: & est utilissima omnium Cimoliæ generæ. Pretiosior Umbricæ, & quæ uocent saxum. Proprietas saxi q̄ crefcit in macerando, atq; pondere emitur: illa uero mensura, Umbricam nō nisi poliendis uestibus assuuebāt. Primum igitur uestibus abluetur Cimolia Sarda, in sulphure suffiebatur, mox desquamatur Cimolia, quæ est coloris ueri: fucatus em̄ nigrescit & effundit sulfure. Veros autē & pretiosos colores emollit Cimolia & quodā nitore exhilarat, contristatos sulfure. Candidis uestibus saxum utilius a sulfure, inimicū coloribus. Græcis uicem Cimoliæ gypsum Tymphaicum implebat.

TERRA PNIGITIS. MXII.

**P**nigitis nigra est, ut ampelitis, glutinosior quæ doq; q̄ Samia.

TESTAE FORNACIVM. MXIII.

**T**estas ostraca uocant Græci.

TERRA VSTA. MXIII.

Terra

**T**erra usta siue tosta, itemq; ruffa, quæ à Græcis catopos, & caminitis atq; pyrha dicitur, nõ ea dem est cum ea de qua Plinius ita meminit: Vta casu primum reperta incendio, pyræ cerussa in orcis cremata, quam primus Nicias tabulis inusserit. Optima nunc Asiatica habetur usta, quæ & purpurea, inquit, uocatur. Pretium eius in libras æris quinq; fit & Romæ usta cremato silice marmoroso, restinctu aceti, purpureo colore, ut inquit Vitruuius. Sine usta non fiunt umbræ.

**TERRA MELINA.** MXV.  
Olores præter cerussam candidi erant antiquitus duo: Melinum ab insula Cycladum Melodictum, quod & in Samo quoq; nascitur, ut diximus. Linguam tactu siccat omne Melinum. Taxara Melina, siue ut Græci appellant, Meliade atq; Melia, nihil distat. Alterum candidi genus Paretonium uocatur, nomen loci habens ex Aegypto. Spumam maris esse dicunt, solidatam cum limo: Propterea & minutas in eo spectari conchulas. Fit & in Creta insula & Cyrenis. Adulteratur Cimolia decocta candidis coloribus pinguisimo & propter leuorem tenacissimo tectorijs. Fuit & Smyrnæ terra Theodotios, ita nominata, quia Theodoti fundus is erat, in quo id genus cretæ primo fit inuentum: hanc Plinius inter candidas enumerat: qua ueteres, inquit, ad nauium picturas utebantur: Vitruuius inter uirides optimam credi uoluit.

**TERRA AMPELITIS.** MXVI.  
Ampeletis bitumini est simillima: uocatur ita, quoniam uitibus quæ gemmant illitis, arce-re creditur uermes ipas siue senipas à Græcis appellatos, à nobis uoluoces & conuoluolos: etiam

si uoluocem alij duntaxat intelligunt qui prærodant pubescentes uuas. Theophrastus hanc in Cilicia coqui tradit, atq; ita lentescere, uitesq; obungere. Hæc & pharmacitis dicitur, etiam si nomen hoc medicatis omnibus commune est, ut inquit Galenus.

**FVLIGO PICTORIA.** MXVII.

**F**vligo hæc à Græcis asbolon & asbole uocari solet. Inuenti sunt pictores qui è sepulchris carbones infectos effoderent, ad atramentum tectorium, siue quod idem est, pictorium: sed commodius tamen fit ex fuligine, resina exusta aut pice: propter quod officinas & Laconica etiam ædificauere fumo excipiendo. Fit ex sarmentis, sed laudatissimū è tædarum schedijs: ita enim uocat assulas Vitruuius. Igitur fuligo quæ parieti & cameræ curuaturis adhærescit, collecta, partim componitur ex gummi subacto, ad usum atramenti librarij: partim tectores glutino admixto in parietibus utuntur. Adulteratur fornicium balnearumq; fuligine, quo ad uolumina scribenda utuntur. Sunt qui & uini fecem arefactam excoquant: quæ si ex bono uino fuerit, Indici speciem imitari uideatur. Polygnotus & Mycon è uinaceis fecere, tryganon uocatum. Apelles commentus est ex ebore combusto, quod elephantium uocant. Fit & è tædis ligno combusto, tritisq; in mortario carbonibus. Mira in hoc sepiarum natura, sed ex ijs non fit. Omne autem atramentum sole perficitur, librarium & tectorium, glutino admixto: quod autè aceto liquefactum est, ægre eluitur.

**ATRAMENTVM SCRIPTORIVM.** MXVIII.

**D**e atramento scriptorio quod & librarium uocatur, & Græce melan graphicon, dictum est in fuligine pictoria, chalcantho, melanteria.

HERMOLAI BARBARI PATRITII VENETI ET  
AQUILEIENSIS PATRIARCHAE, CO.  
ROLLARII FINIS.



LIBER DE VITAE

Faint, mostly illegible text in two columns, possibly representing a list or index of names and titles.

RECTORI BARRABE PATRITII VENTII ET  
PATRITII BARRABE PATRITII VENTII ET  
PATRITII BARRABE PATRITII VENTII ET